Rare Book
QK495
.A1
G32
1791
v.2

JOSEPHI GÆRTNERI

M. D. ACAD. SCIENT. IMPER. PETROP. MEMB. ET SOCIET. SCIENT. REG. LOND. SODAL.

Dr George Engelmann
St Louis 1865
R 2029-4

DE

FRUCTIBUS
ET
SEMINIBUS PLANTARUM

VOLUMEN ALTERUM

CONTINENS

SEMINUM CENTURIAS QUINQUE POSTERIORES

CUM TABULIS ÆNEIS CI.

TUBINGÆ

TYPIS GUILIELMI HENRICI SCHRAMMII.

1791.

Nullius in verba.

HORAT.

PRÆFATIO.

Datam ante triennium fidem, nunc demum B. L. ſolvo, tradendo Tibi alteram obſervationum mearum carpologicarum partem, & cum illa ſimul totius operis finem. Habes in duobus hiſce voluminibus completum mille fructuum numerum, qui dimidium numeri generum omnium hactenus rite cognitarum plantarum non modo explet, ſed & aliquantum ſuperat; habesque iſtos ſecundum omnes ſuas partes ita dilucidatos atque explanatos, ut Ipſe nunc, absque notabilis erroris metu, non ſolum generatim de uſu, quem penitior fructuum cognitio in univerſam rem herbariam diffundit, ſed & ſigillatim de cujuslibet partis privo valore atque pondere, in deſignandis generum limitibus, æſtimandaque naturali ſtirpium affinitate, juſtum fere queas judicium.

Bifariam nempe botanici, hoc fuper argumento, fuis difcedunt opinionibus: dum fcil. alii fructibus parum vel nihil in conftituendis generibus tribuant, & contemtâ omni partium fabricâ internâ, in folo rudiori fructuum contextu, eorumque forma externa acquiefcant: Alii contra fructuum cognitionem maxime quidem cenfeant neceffariam, & intimam quoque partium ftructuram minime negligendam, immo potius curatiori fcrutinio judicent digniffimam, fimul autem — quod quidem a nonnullis factum, — partibus quibusdam multo majorem in definiendis generum ordinum claffiumve characteribus tribuant dignitatem, quam quæ a Natura videatur confirmata atque probata.

Ita inter pofteriores funt, qui ex folo & unico corculi fitu, ex albuminis præfentia aut defectu, ex pericarpii confiftentia atque dehifcentia, quin, ex feminum quorumdam umbilicis fungofis, eorumvis ftriis ocellaribus, certa generum ordinumve naturalium deducere velint criteria. E priorum autem numero, vel unum inftar omnium nominaffe fufficiat LINNÆUM, qui non folum difertis verbis declaravit: florem longe præferri debere fructui in determinandis generibus, fed qui etiam ad tenorem hujus falfi dogmatis, toties genera fua alieniffimis adulteravit fpeciebus; qui plurimos fuos fructuum characteres, non ex Natura, fed ex folis *Tournefortii*, *Plumieri*, *Rheedii*, *Commelini* &c. iconibus ita haufit, ut fimul quoque omnes earundem mendas & errores fuos fecerit & fubinde auxerit; aut qui, fi tales defuere fontes, fructus fæpe adeo negligenter & quafi ex infomnio defcripfit, ex. gr. in *Coldenia*, *Eriocaulo*, *Scoparia*, *Cephalantho*, *Nauclea*, *Trollio* &c. ut ubique luculenta fummi fui fructuum contemtus dederit teftimonia.

Inter contrarias hasce opiniones mediâ tutiffime ambulari via, faniores omnes facile perfpicient. Natura enim flores atque fructus dignitate omnino

fecit

fecit pares, singulisque suos indidit characteres, ut ex iis similia similibus jungi, & vicissim dissimilia a se invicem tuto separari queant: at distinctiva generum signa non potuit ubique inter flores & fructus æqua lance dispensare, quoniam flores, vi compositionis & conformationis suæ, multo majoris modificationum numeri sint susceptibiles quam fructus, fructibus contra major constantia & immutabilitas partium suarum essentialium in dotem concessa sit: unde sequitur, quod generum signa diagnostica, generatim quidem ex flore fructuque simul haurienda sint, quod autem illa speciatim ex floribus frequentiora, vicissim vero ex fructibus certiora & constantiora manare debeant.

Quicunque igitur hæc omnia, mente a præjudiciis purgata perpenderit, facile convincetur, quod omnis decisio universalis præferentiam uni istorum organorum præ altero afferens, sit temeraria & progressui scientiæ nociva, quum plerumque plenarium neglectum organi degraduati post se trahat; sicuti id quoque in plerisque recentiorum, præsertim peregrinatorum scriptis confirmatum videmus, in quibus omnis cura unice floribus impenditur, fructus autem adeo negligenter tractantur, ut dedecori sibi duxisse videantur auctores, si nobis curatas & aliquantulum extensas dedissent fructuum descriptiones, quales nobis reliquerunt Rumphius & diligentissimus Kæmpferus. Saniores itaque dabunt præferentiam floribus, in omnibus iis casibus, ubi ex fructibus, ob ingentem suam conformitatem certa signa diagnostica elici nequeunt, ex. gr. in Graminibus, Verticillatis, Liliaceis variis &c: contra autem non hæsitabunt, fructibus in omnibus iis casibus palmam tribuere, in quibus eorundem fabrica interna certos constantes & quasi e meditullio plantarum manantes characteres largitur, ut in Umbelliferis, Cucurbitaceis, Siliquosis, multisque generibus sporadicis, in quibus sane seminis fructusque fabrica interna, suam manifeste

tuetur

tuetur dignitatem. Cetera autem & ipsi dabimus præferentiam flori in concinnanda methodica stirpium dispositione, siquidem experientia docuerit, quod ista ratione multo concinniores & naturæ magis congruæ emergant plantarum combinationes atque consociationes, quam si talis methodus a fructu solo desumatur: nam hoc modo familiæ & genera naturalia sæpe vehementer deformantur atque dilacerantur, nec aliud inde — siquidem a merè carpologico recesseris — emergit commodum, nisi ut contraria juxta se posita magis elucescant.

Si autem floribus amplior patet utilitatis campus, minime inde sequitur, quod non fructibus, in dijudicandis plantarum affinitatibus & in constituendis multorum ordinum naturalium veris & essentialibus characteribus, nonnunquam liquide præferentia præ floribus debeatur; quin dantur casus, ubi ordinum character ita privative a fructus seminisque fabrica pendet, ut floris consideratio ei parum vel nihil novi roboris addere possit, immo ubi flores ne in censum quidem venire queant. Ita pulchra & fastuosa *Palmarum* cohors, nullis a flore ductis regulis, se in unum contubernium cogi patitur: at in albumine ruminato aut cavo, & in embryone monocotyledone propria papillula crustacea obtecto, omnes Palmæ amicissime conspirant. *Euphorbiarum* difficilem nec parvum gregem, nullis a flore petitis signis sub unum convocabis vexillum; at ex fructu facillime: ut etiam Ill. JUSSIEU non dubitaverit præcipuum hujus ordinis characterem ponere in albumine sebaceo, fructu pluriloculari, loculis oligospermis & elastice dehiscentibus, atque in seminum situ inverso, s. radicula embryonis constanter supera. *Gramina* non levem ex flore facieque externa cum Cyperoideis habent affinitatem, ut etiam a botanicis non infimi subsellii passim inter se fuerint commista; sed solum in graminibus scutellum cotyledoneum, ea ab omnibus reliquis plantis reddit distinctissima, ordinisque characterem præbet essentialem,

tialem, sua simplicitate atque constantia perinde commendabilem. *Umbelliferas* tutius & facilius ex fructu atque semine, quam ex flore ejusque involucris judicari, neminem in arte versatum fugere potest: hinc quoque, ob spretam hanc veritatem, uterque LINNÆUS in manifestum inciderunt errorem, dum scil. alter, *Lagoeciam* male ex hoc ordine deturbavit; alter vero *Coprosmam* perinde male in eum recepit. *Malvæ*, quas LINNÆUS & ADANSON passim cum Geraniis & Tiliis confuderunt, ab omnibus affinibus plantis, sola suarum cotyledonum mira, at definita & constanti contortuplicatione, facile & tuto discernuntur: quare ego quoque *Ayeniam*, ob cotyledones spiraliter & verticaliter convolutas, radiculamque superam! haud genuinam hujus gentis civem esse censeo. Et sic denique etiam, ut brevis sim, *Stellatæ*, a fructibus inferis oligospermis atque embryone erecto dorsali — *Alsinaceæ* & *Lychnideæ*, ab embryone peripherico & extra albuminis farinosi substantiam posito, quibus & ejus figura fere semper circinnalis aut spiralis addi potest — *Nyctagines*, ab albumine toto intra convolutas cotyledones foliaceas concluso — *Dipsaceæ*, a seminibus nudis inferis solitariis ac sæpius albuminosis, embryone autem constanter inverso — contra autem *Compositifloræ*, ab iisdem seminibus nudis inferis atque solitariis, sed constantissime exalbuminosis, atque embryone absque ulla exceptione erecto — distinctivos ordinis sui characteres manifestissime in fructu ejusque fabrica interna gerunt, ut signis istis distinctivis, ex contemplatione floris, quandoque prorsus nihil novi ponderis, quandoque autem leve saltem quoddam roboris augmentum accedere possit.

Quod denique characteres generum inferiorum, s. generum stricte sic dictorum attinet, eos, ceteris paribus, primario a fructibus eorumque fabrica intima, non quidem indistincte, sed cum judicio & instituta prius sedula omnium

partium

partium confrontatione, deducendos esse, adeo multis & per utrumque operis nostri volumen largiter sparsis documentis probavimus, ut heic pluribus ad rem facientibus exemplis omnino supersedere possimus: quare etiam in unico a Siliquosarum generibus petito, etsi plura & perinde ponderosa ex Compositiflorarum familia se nobis quasi obtrudant, subsistemus. Ipse nempe LINNÆUS quasi aperte fassus est, quod genera hujus ordinis a solo flore absolute deduci & stabiliri nequeant, hinc fructus fere ubique in subsidium traxit & in suis systematis vegetabilis editionibus generum characteres essentiales, vix non unice a fructu petiit. At quoniam rudiorem saltem eorum respexit structuram, simulque signa a floribus clancule petita suis characteribus immiscuit, iisque præferentiam tecte concessit: ideo quoque pleraque ejus genera fluxili & infido nituntur fundamento, ut *Myagri*, *Alyssi*, *Cochleariæ*, *Raphani*, *Buniadis* &c.; tantaque est specierum confusio, easque dignoscendi difficultas, ut de variis nullam reddere possis rationem, cur ad hoc potius, quam ad quodcunque aliud genus relatæ sint, quam solam auctoris voluntatem absolutam: unde liquide demonstratum, quod in hoc ordine neque flores, neque sola rudior compages fructuum ad rite stabilienda genera sufficiant. Sed nunc sequamur immortalis TOURNEFORTII vestigia & addamus rudiori fructuum fabricæ, curatum intimi seminis scrutinium: & mox apparebit, in quem concinnum ordinem omnia redibunt, quam certi & stabiles fient generum limites, & quam facile & sponte sub sua vexilla se se collocabunt species, ut etiam tyroni haud amplius arduum sit, eas investigare atque dignoscere.

At vero haud pauci objicient, quod hac ratione in magnum artis dedecus & detrimentum, numerus generum insignem in modum augeri debeat; & suadebunt, ut hanc ipsam ob causam, nonnunquam signa distinctiva etiamsi non

optima,

optima, tamen melioribus præferantur, præſertim ſi iſta præſto ad manum ſint, hæc autem nonniſi poſt plenam ſeminis maturitatem, & ne tunc quidem ſemper, queant haberi & inveſtigari. Si de ordinando amplo quodam herbario, aut de ſuperficiali duntaxat plantarum cognitione ſermo ſit, nihil prorſus habeo, quod ad hæc regeram: ſin vero de ſolida completa ac philoſophica plantarum cognitione agatur, tunc quidem tales objectiones cenſeo futiliſſimas. Quis enim ex. gr. ſanæ mentis hiſtoricus, momentoſa ſupprimet facta, ut minor a ſe prolatorum numerus, tanto facilius memoriæ mandari poſſit! & quis botanicus hoc nomine dignus, liquidum & diſtinctum plantæ cujusdam characterem oblivioni tradet, eundemve alius cujusdam ſtirpis characteri, haud uſque quaque identico, clancule agglutinabit & affiget, ne numerus nominum genericorum augeatur! Hæc adeo abſurda ſunt, ut ſolidis argumentis refelli non mereantur, quare etiam totam rem, brevi hoc expediam exemplo: Detur tyroni, vel & alii cuidam in arte jam jam bene enutrito, *Gorteriæ* aut *Polymniæ* LINN. ſpecies quæcunque, ea lege, ut plantæ nomen genericum & ſpecificum ex ſcriptis Linnæanis definiat atque eruat: & caput ſpondeo, eum non intra menſem aut quodcunque aliud longius tempus, niſi meliores fontes aut bonas icones conſulere poſſit, plantam cum certitudine fore determinaturum. At nunc dividatur Gorteria Linn. in *Gorteriam* ſtricte ſic dictam, *Gazaniam*, *Apulejam* & *Cuſpidiam*, genera manifeſtis ſignis differentia; & dividatur quoque ejus Polymnia, in *Polymniam* antiquam, *Wedeliam* ac *Favonium*, & reddantur Silphio ſpecies perperam ad Polymniam a LINNÆO relatæ; atque tunc brevi experieris, quanta facilitate, idem tyro, ex omnibus prioribus ſuis ærumnis ſe ſe ſit extricaturus. Botanicus igitur artis ſuæ perfectioni ſtudens, non numerum, ſed certitudinem generum curæ habebit, omnesque illos deſidiæ loculos, *Athamantæ*, *Lythri*, *Selaginis*, *Alyſſi*

&c. &c. diligenter excutiet, in quos uterque Linnæus plantas charactere diversissimas & solo habitu externo, aliisve levidensibus notis quodammodo congruentes, indiscriminatim constiparunt, ne generum numerum augere tenerentur.

Atque hæc, de characteribus tam superiorum quam inferiorum generum ex curatiori partium essentialium fructus scrutinio, cum delectu & debita circumspectione designandis, sufficiant. Progredimur itaque nunc ad alias quasdam generaliores contemplationes earumque sequelas, ipsas illas essentiales partes concernentes; ad monita cautelas & exceptiones, quæ in applicatione signorum & præcipuarum modificationum istis partibus competentium, semper præ oculis haberi debent, ne a particulari aut tantum generaliori, præcipitanter ad universale fiat conclusio: quod scientiarum pestis est; porro ad singulares quasdam & inconsuetas fructuum fabricas, generum quorundam characteres sua sponte largientes; addendo his denique quicquid curiosi Carpologi cognitione non indignum, quin utile censuerimus: ut sic brevem observationum nostrarum epitomen & præsentis Carpologiæ status conspectum B. L. ob oculos ponamus.

Prima consideratio generalis debetur divisioni seminum in mono - di- poly - & acotyledonea, utpote totius Carpologiæ inconcussæ basi ejusque principi & solidissimo fundamento. Cum enim in embryonem, quamdiu intra seminis testam hæret, aliæ & plures modificationes respectu propriæ suæ manifestationis aut respectu numeri cotyledonum suarum, absolute cadere nequeant: sequitur, quod classes istæ prorsus sint immutabiles; & quum porro in fructu aut semine soluto, nulla ejus cum partibus extraneis, foliis, floribus, facie ipsa plantarum &c. dari aut in censum venire possit relatio, sequitur etiam, quod quatuor illæ classes non possint non per se esse definitæ & ab extraneis inquinamentis liberæ. Hinc omne semen, quam diu nil nisi semen est, vi propriæ

suæ

ſuæ fabricæ ad unam iſtarum claſſium, ſecundum regulas in Introductione datas, neceſſario referri poſſe debet: quare & fundamentale Carpologiæ principium ab omni parte ſartum tectumque eſt.

Sed tota ſcena mutatur ſimulac ſemen germinationem ſubit atque embryo in veram plantulam ſeminalem convertitur: tunc enim iſtæ claſſes, quæ in Carpologia erant puræ, in Phytologia fiunt paſſim impuræ, uti jam olim monuimus, quoniam fere ſingula earum aliquot plantis extraneis, i. e. primitivo ſuo carpologico characteri non reſpondentibus inquinatur atque ſic limites earum minus fiunt definiti & ſtabiles. Ut ut autem hæc omni dubio exemta & ab experientia quoque confirmata ſint; tamen & in ipſa Phytologia, ſ. methodica plantarum evolutarum contemplatione & coordinatione, quatuor illæ Claſſes nequaquam ſunt rejiciendæ, immo potius in magnum commodum & utilitatem totius rei herbariæ aſſumendæ & aſſervandæ ſunt, quia exceptionum ultro nonniſi paucæ ſunt, & quia per ſedulam germinantis ſeminis contemplationem, nexus inter iſtas diverſas claſſes deteguntur, quos antea nunquam expectaſſes, & qui omnem botanici philoſophi merentur attentionem. Ita nempe ex embryone metamorphoſin per evolutionem paſſo diſcimus, quod monocotyledones ab una parte cum acotyledonibus, & ab altera cum dicotyledonibus cohæreant; quod di- & polycotyledones adeo arcto nexu inter ſe copulatæ ſint, ut fere in unam claſſem confluant; & denique quod acotyledones, præter ſua cum monocotyledonibus vincula, aliis quoque cum ipſis polycotyledonibus ſint revinctæ.

Nimirum monocotyledones cum acotyledonibus cohærent per omnes illas plantas, quarum ſemina loco veri embryonis monocotyledonei, quodam ſaltem ejus ſimulacro dotata ſunt, quod nempe verum embryonem intra ſe continet penitus abſconditum & inviſibilem, eumque nonniſi per germinationem ſenſibus

 offert

offert perceptibilem. Huc refero ex Palmis *Phoenicem*, quod solummodo de ejus evolutione rite constet; ex reliquis autem monocotyledonibus, *Commelinam*, *Bulbinem*, *Anthericum*, *Asphodelum*, *Hyacinthum*, cum aliis pluribus brevitatis causa silendis. In his omnibus, loco veri embryonis, bacillus quidam reperitur solutus & medullaris, qui embryonem invisibili modo in se claudit, eumque per solam germinationem sequenti ratione parit: dum scil. bacillus iste in filum teres, varie longum & crassum, e seminis testa protruditur, ejusque altera extremitas cum semine manet conjuncta, & albumen ejus sensim consumit totum; altera autem ex ultimo suo fine, sursum propellit primum foliolum seminale simplex, deorsum vero in bulbillum l. tuberosum nodum laxatur, ex cujus ima basi plures pullulant radiculæ, mox plantulam seminalem solæ nutrituræ: uti hæc omnia in Bulbines icone tab. 13. ipsis oculis usurpari possunt. Manifestissime igitur ex his liquet, quod in istis monocotyledonibus plantis, manifestatio & evolutio embryonis, prorsus eodem se se habeat modo, ac in variis acotyledonibus; & consequenter quod nexus inter istas Classes minime sit dubius; etsi simul fatendum, quod nec plenus nec arctissimus sit, quia in istis monocotyledonibus, Vitellus, i. e. bacillus semper est solutus, atque semina constantissime crasso præterea & bene conspicuo albumine dotata sunt: quæ quidem modificationes in veris acotyledonibus nunquam reperiuntur.

De monocotyledonum cum dicotyledonibus nexu, pauca heic dicemus, quandoquidem potiora huc spectantia jam in Introductione clare exposita sint. Ergo saltem triplicem istius nexus modum breviter heic explicabimus, quum duobus, quos antea solos novimus modis, nunc ex recentissimis quibusdam observationibus, & tertius novus accessisse quibusdam videri possit. *Primus* itaque & novus ille copulæ modus est: cum ex semine verissime monocotyledone,

done, planta quoque nafcitur, omnibus fuis dotibus, genuinis monocotyledonibus prorfus conformis, nifi quod duplici foliolo feminali fub germinatione e terra emicet: ficuti id de *Afaro* & *Ariftolochia* recentiffime affirmarunt. Verum ingenue fateor, me de veritate hujus phænomeni aut obfervationis ahducdum vehementer dubitare. Nempe non nego, potuiffe plantulam Afari feminalem, e terræ gremio, duplici foliolo cotyledoneo prodiiffe; fed totus dubito id, quod ifti lobuli revera fuerint fimultanei, i. e. quod ambo, eodem temporis momento, e feminis tefta eruperint; & plus quam veri fimile mihi videtur, quod alter eorum paulo præcocior, alter vero paulo ferior fuam evolutionem fubierit, & quod tanto magis fub finem evolutionis, lobuli ifti potuerunt videri æquales & fynchroni, cum nemo non idem prorfus judicium etiam de Nelumbio laturus fit, cui non ipfa prima germinationis ejus initia, fed finem duntaxat infpexiffe contigerit. Ergo rem nondum evictam, fed novo & cum omni præcautione inftituendo experimento ulterius confirmandam cenfeo, donec pro certa admitti poffit. *Secundus* modus eft, cum ex femine veriffime monocotyledone, nunc plantula nafcitur, unica faltem cotyledone, f. ejus fimulacro dotata, omnibus autem reliquis fuis qualitatibus, dicotyledonibus finceris conformis, nunc vero & dicotyledonea declarata eft: prioris exemplum habetur in *Cufcuta*, & pofterioris in *Lonicera* Plum. &, quod nemo expectaffet in *Taxo*; ut itaque his folis exemplis res abunde illuftrata & confirmata fit. *Tertius* denique modus eft, cum ex embryone intra femen manifeftiffime bilobo, nihilominus planta nafcitur veriffime monocotyledonea & pro tali quoque ab accuratiffimis botanicis habita, uti *Trapa* & *Nelumbium*; in cujus pofterioris femine, unius folioli feminalis præcociorem, & tunc alterius feriorem proventum, ipfe meis oculis, plusquam triginta repetitis vicibus vidi atque hoc egregio fpectaculo fæpe delectatus fum.

De

De reliquarum classium nexibus, plane nihil, quod non in Introductione jam dictum sit, addendum habemus. Ergo brevissimis nonnulla de usitatioribus monocotyledonum affectionibus adhuc subjiciemus, notando nempe: quod omnia earum semina, crasso & satis conspicuo albumine constantissime sint dotata, præterquam in *Sagittaria*, *Alisma*, *Butomo*, *Potamogetone* & *Triglochine*, quibus scil. pro nucleo, aut embryo verus nudus, aut Vitellus embryone potentiali, i. e. abscondito dotatus, competit; quæ tamen res per germinationem curatius explorari meretur, cum secundum meas conjecturas embryo nudus in Butomo adsit; & secundum ADANSONI afferta, geminæ sed minutissimæ & fere mere tuberculares cotyledones in Potamogetone adesse debeant: id quod autem si de embryone involuto sermo sit, plane falsissimum, & ubi de evoluto, vix ac ne vix quidem credibile est. Porro, quod embryones curvati aut spirales in tota hac classe sint apprime rari, siquidem vix quatuor aut quinque, & si Alismam, Sagittariam & Potamogeton tuto iis addere licet, vix octo nobis cognita sint genera, in quibus vere & indubie curvatus embryo reperiatur, dum contra ejus in dicotyledonibus frequentia sit enormis & fere stupenda. Denique quod in nulla alia classe, fructuum seminumque abortus sit tam communis & frequens, quam in hac. Non possumus igitur hujus abortus occasione, quin heic egregium & memorabile Cl. MEDICI (*) allegemus experimentum, quo forsan huic abortui aliqua in posterum afferri poterit medela. Nempe Cl. Vir, *Stellarioidis* suæ *canaliculatæ* & *Amaryllidis reginæ*, vix antea unquam fructus producentium, scapos floribus onustos a suis radicibus resecuit, eosque loco sicco atque tepido ita reposuit, ut absolute nullum, nisi forsan parcissimum ex aere, ad eos contingere posset nutrimentum. Dum itaque post aliquod tempus solutos

(*) Roemer und Usteri Magazin für die Botanic. X. p. 6.

ſolutos illos revideret ſcapos, obſtupuit, quod delapſis floribus interea inexpectati & perfecti ſuccreverint fructus, qui & ſemina continerent rite formata. Ex egregio hoc experimento diſcimus itaque, quod frequentes monocotyledonum abortus, ex abundantia nutrimenti potiſſimum proficiſcantur, & quod ſimplici hac encheireſi plures forſan aliæ obſtreperæ monocotyledones, ad producendum fructus cogi queant. Ultimo denique loco, id ſilentio non prætereundum eſſe cenſemus, quod ex univerſo generum a nobis recenſitorum numero, quem ſemel pro ſemper 1050 ſtatuimus, genera *monocotyledonearum* ſint 123; *dicotyledonearum* ſupra 920; *polycotyledonearum* vix 5; & *acotyledonearum* circiter 6. Etſi enim probe novimus, quod reſpectu totius cognitarum plantarum numeri, & reſpectu valde inæqualis & incompleti noſtræ collectionis ſtatus, computus ille non poſſit non eſſe imperfectus & mere conjecturalis, id tamen ex eo cum ſumma certitudine diſcimus, quod ingens ſit inter claſſes iſtas numeri generum diſproportio, & quod illi haud male ſentiant, qui dicotyledones & polycotyledones plantas in unam cohortem volunt junctas, quamvis idem in Carpologia non pari jure fieri poſſit.

Alteram conſiderationem generaliorem demus albumini, viſceri æquivocæ dignitatis, & in praxi cum ſumma circumſpectione inter ſigna diſtinctiva adhibendo. Non eſſe eſſentialem ſeminis partem, adeoque nec ejus uſum eſſe univerſalem, præter nos, omnes agnoverunt auctores, qui vel phyſico, vel carpologico ſcopo, hujus organi fecerunt mentionem. Ita Nobil. a Gleichen (*) cum ſemina univerſa, ex interna ſua fabrica, in tres claſſes dividit, proprie nonniſi ſemina albuminoſa atque exalbuminoſa ſtatuit, quia primam & ſecundam ſuam claſſem omnino in unam fundere debuiſſet. Cl. Adanson jam curatius fami-

(*) Das Neuſte &c. p. 54.

familias indicat, quibus ſemen aut exalbuminoſum, aut albuminoſum eſt; ſed id peccaſſe videtur, quod cum in uno aut duobus claſſis cujusdam generibus ſemen reperit vel albuminoſum vel exalbuminoſum, ſtatim de univerſa familia pronunciet, vel ſaltem exceptionum nullibi faciat mentionem. Et ita denique etiam Ill. JUSSIEU, albumen inter mera ſigna ſecundaria rectiſſime retulit, id cum ADANSONO commune habens meritum, quod primi uſum albuminis dogmaticum in Phytologiam introduxerint. Satis ergo certum, quod valde limitata ſit hujus organi dignitas; & niſi eo tanquam ſigno diſtinctivo cum ſumma circumſpectione utaris, ſeu potius nunquam niſi in conſortio cum aliis ſeminis partibus utaris, craſſos non poteris vitare errores, quia in unius ejusdemque ordinis naturalis generibus, quin in diverſis unius generis ſpeciebus, ſalvis reliquis vinculis omnibus, albumen & adeſſe & abeſſe poteſt: uti id jam olim monuimus, atque ſolius *Scabioſæ* exemplum abunde confirmat. Generatim igitur regula & cautela hæc eſto: 1° ut albumen nunquam per ſe in ſignum ordinis, & rariſſime duntaxat in ſignum generis diſtinctivum erigatur; & 2° ut ejus conſiſtentia ſemper minoris quam ejus ſitus, & hic iterum minoris quam ejus conformatio æſtimetur: ſiquidem ex prioribus iſtis qualitatibus nonniſi rariſſime ſatis certa tutaque ſigna diagnoſtica emergant, contra vero ex ejus conformatione ſæpius non contemnendi generum characteres & inexpectatæ inter plantas diverſiſſimas congruentiæ hauriri queant. Ita ex. gr. ſolis *Plumbaginis*, *Coccolobæ*, *Rhei* & *Fagopyri* ſeminibus datum eſt habere albumen *bipartitum*; *quadripartitum* autem ſoli *Barringtoniæ acutangulæ*, quæ *Stravadium* JUSS. dicitur, conceſſum eſt, nam id quod olim Petiveriæ tribuimus, nimis tenue & varium eſt, quam ut attendi mereatur. Porro, *regulariter transverſe rimoſum*, cum embryone minutiſſimo, ſolis genuinis *Annonis* ut ſignum diſtinctivum datum eſt: quare etiam Ill. JUSSIEU. *Magnoliam*

Lirio-

Liriodendrum & *Micheliam* rectissime ex hac familia expunxit; *grumosum*, s. rude rimosum, nonnisi in *Trichopo*, *Hedera*, & *Grumilea* reperitur; *lobatum*, *Brunnichiæ*, *Coccolobæ* & præsertim *Aquiliciæ* proprium est; & sic denique etiam vere *ruminatum*, inter monocotyledones præcipue *Palmis*, & inter dicotyledones soli *Myristicæ* concessum est: unde plus quam satis apparet, quod omnino conformatio albuminis omnem carpologi mereatur attentionem. Cetera in albumine, de quo in Introductione abunde dictum, non longius morabimur, sed id saltem adhuc notabimus, quod numerus seminum albuminosorum atque exalbuminosorum, cum plena certitudine definiri nequeat, quia albuminis præsentia aut defectus ne ab expertissimo quidem semper liquide & absque remanente scrupulo, præsertim in Malvaceis & Leguminosis, determinari potest. His tamen non obstantibus, ex supra stabilito 1050 generum nostrorum numero, certissime exalbuminosa genera sunt 418; indubitate albuminosa, 600; & dubia, mere vitellata, aut ob defectum nuclei indefinibilia, paulo supra 36. Quod autem de incommodis calculum in superiori paragrapho prolatum concernentibus, diximus, id quoque valet de ipso hoc præsenti; interim tamen & ex hoc cum summa certitudine colligere possumus, quod in universum numerus seminum albuminosorum, longe superare debeat illum exalbuminosorum, siquidem in nostrum computum, completa fere exalbuminosa Compositiflorarum familia intraverit, dum contra de albuminosis ordinibus vix dimidiam aut tertiam partem in censum vocare potuerimus; unde omnino exalbuminosorum seminum disproportionate major, quam aliorum emergere debuit numerus; &, si nihilominus minor evasit quam albuminosorum; id documento est, tantum albuminis dignitati physiologicæ & œconomicæ, per hanc suam majorem frequentiam accedere, quantum ipsi de suo valore carpologico, ob suam inconstantiam decedit. Si

quis otium ſuum explorando albuminis varium uſum œconomicum, aut etiam ſcrutando embryonis germinantis varias modificationes, impendere, atque duas hasce materias graviſſimas ſufficienti accuratiſſimorum experimentorum numero dilucidare vellet, is ſane non propriæ tantum famæ ſuæ, ſed & utilitati publicæ plurimum conſulere poſſet, quum nihil fere, præter iſta duo objecta, in tota Botanica intactum relictum ſit, poſtquam recentiorum diligentia non ſolum omnes fructificationis partes etiam abſconditas & minutiſſimas, ſed & ipſorum foliorum crines glandulas ſtipulas, ſumma exploravit cura.

Tertiæ contemplationis generalioris argumentum præbeat Seminum ſitus, ſub quo & ſitus radiculæ embryonis intelligitur, quum ambo fere ſemper coincidere ſoleant, niſi in paucioribus illis ſeminibus, embryone directe & e diametro ſeminis umbilico oppoſito, dotatis, ut in *Colchico*, *Rusco*, *Smilace*, *Swertia*, *Melampyro*, *Pediculari*, & nonnullis forſan aliis. Magni in carpologia momenti ſcrupuloſam hujus ſitus inveſtigationem eſſe, partim jam olim monuimus, partim quoque omnis attentus Lector, ex toto noſtro tractatu facile ipſe colliget; & ſane, ſi ſitus ſeminis in charactere fructus cujusdam deficit, reliqua omnia fere nihili habenda ſunt. Quintuplicem ſtatuimus ſeminis ſitum: nempe *erectum*; *inverſum*; *centripetum*, tam abſolute quam relative talem; *centrifugum*, qui & uni- & bilateralem complectitur; & denique *vagum*, ubi ſemina in fructu abſque ordine nidulantur. Priores duo ſitus modi, in fructibus oligoſpermis, ſemper abſolute ſumi & curatiſſime definiri debent, contra vero in polyſpermis, adeo ſcrupuloſum ſitus radiculæ ſcrutinium, plus confuſionis & damni, quam veræ utilitatis pareret, quia in his radiculæ conſtans directio non datur, ſed illa plerumque a preſſione vicinorum ſeminum, & a forma atque ſitu receptaculi communis pendet: quare etiam in omnibus fructibus polyſpermis, niſi recepta-

culum

culum iſtud deſit, ut in *Nelitri* & *Embryopteride*, ſemper ad receptaculi communis ſitum primario reſpiciendum, & ex ſola ejus inſertione, ipſe ſitus ſeminum dijudicandus & denominandus eſt. Plerumque in una familia naturali, omnia ejus genera, uno quoque & eodem ſeminum ſitu gaudent; etſi heic pluſculæ dentur exceptiones, uti mox oſtendemus. Sed in uno eodemque genere naturali aut artificiali, omnes ejus ſpecies unico duntaxat & conformi ſeminum ſitu dotatas eſſe debere, conſtantis & inviolabilis legis carpologicæ eſto, niſi rotunda quadratis miſcere velis. Hinc omnes ſic dictæ aut creditæ unius generis ſpecies, quibus diverſus competit radiculæ ſitus, neceſſario a ſe divellandæ & propriis nominibus genericis inſigniendæ ſunt: hinc *Areca* & *Euterpe*; *Bactris* & *Coccos*; *Sagus* & *Calamus*; *Anacardium* & *Acajuba*; *Dalea* & *Lippia*; *Obione* & *Atriplex*; & quæ ſunt ſimilia, ſub uno genere abſolute nequeunt militare. In familiis & ordinibus integris, talem reformationem & præciſionem exequi non conducit, ſed vinculo generum, aliunde perſpicuo & liquido parcendum, atque genera, etiamſi diverſo ſeminum ſitu dotata, tamen ideo a ſe divellenda non ſunt: id quod autem unice in Phytologia, nec in Carpologia valet, in qua quippe ſi puritatem & ſinceritatem ejus ſervare velimus, unice ad propriam fructuum, ſeminumque fabricam reſpicere debemus, quæcunque etiam exinde plantarum ipſarum naſcatur combinatio. At bona ſorte accidit, ut ejusmodi exceptiones & aberrationes, in ordinibus integris, occurrant minus frequentes, ſiquidem nobis haud plura, quam ſequentia cognita ſint exempla: ita *Sicyos*, habet ſemen inverſum, quod vi characteris Cucurbitacearum carpologici, deberet eſſe centrifugum. *Jaſmini* genus ſolum habet ſemina erecta & radiculam inferam, quæ in omnibus reliquis huc ſpectantibus generibus, contraria deprehenduntur. *Hebenſtretia*, *Selago* & *Dalea*, ab omnibus Verbenaceis recedunt, quod ſolæ habeant

 ſemina

ſemina inverſa & radiculas ſuperas. *Melampyrum* & *Pedicularis*, ſtupendo embryonis inverſi & in ſummo albumine hærentis exemplo, ab omnibus Labiatis mirum in modum diſtant. *Phryma*, non tantum radicula ſupera ſed & tota reliqua ſeminis fabrica, ab omnibus Verticillatis ad miraculum differt. In *Ranunculi* genere proprio, idem quod in Jaſmino obſervatur, cum ſcil. in eo ſolo radicula ſit infera, quæ in reliquis hujus ordinis omnibus deprehenditur ſupera. *Geum* & *Dryas*, a charactere Roſacearum faciunt exceptionem, quod ſolæ gaudeant radicula infera, quæ in reliquis ſupera ſit; exceptis tamen ſimul *Piro* & *Meſpilo*, quibus hac in parte cum Geo conformitas eſt. Et ſic denique, ne tædio ſimus & curioſo Carpologo omnem attentionem ſuam exercendi præripiamus materiem, in *Siliquoſis*, *Oleraceis*, *Alſinaceis* & aliis familiis curvembryis, conſtantia ſitus radiculæ, per totum ordinem, non habet locum, ſed in aliis generibus ſuperus, in aliis inferus, & iterum in aliis horizontali - centrifugus eſſe poteſt: unde nos recte illos erroris, paulo ſupra, inculpaſſe cenſemus, qui ex ſolo corculi ſitu, univerſales vel ſaltem certos deducere voluerunt ordinum characteres. De his ultimis, curvembryis nempe ſeminibus, id heic non reticere poſſumus monitum, quod ſcil. poſt ſeriores cogitationes deprehenderimus, ſitum radiculæ in embryonibus *filiformi-teretibus* non ſatis clarum & definitum reddi, ſi ille a determinata ſolius apicis radiculæ directione deſumatur, uti olim in Introductione ſtatuimus: hinc, ut omnis æquivocatio vitetur, in ejusmodi embryonibus hanc nobis præſcripſimus legem, ut omnis radicula ſit infera, quæ tota infra dimidiam ſeminis actu vel idealiter transverſim ſecti partem dimidiam ſuperiorem, & viciſſim ſupera, quæ tota ſupra ejusdem partem dimidiam inferiorem locata eſt: uti prius in *Queria* & poſterius in *Cleome*, *Reſeda* &c. videre eſt. Ubi vero de embryone non tereti ſermo eſt, tunc radicula ex ſitu

ſuo

ſuo manifeſto atque apicis ſuæ directione judicatur: ut in *Acajuba*, *Greggia*, *Meeſia*; aut ubi in filiformibus embryonibus radiculæ apex infra aut ſupra dimidiam ſeminis partem manifeſte deſcendit aut adſcendit, tunc res iterum per ſe clara eſt. Plura de ſeminis & præſertim radiculæ ſitu heic addere tædet, quoniam nullam ſeminis interni modificationem, adeo ſcrupuloſe in deſcriptionibus noſtris expoſuimus, quam hanc ipſam. Ergo nunc, more hactenus obſervato, ſequatur adhucdum computus generum ad ſingulam iſtarum quinque diviſionum pertinentium. Sunt itaque inter genera noſtra, Seminibus *erectis*, circiter 375; *inverſis*, 209; *centripetis*, 241; *centrifugis*, 130; *vagis*, 21; indefinitis ob nuclei defectum, circiter 74. Etiam in hoc computo Compoſitifloræ, quæ ſolæ genera 145 continent, notabilem faciunt diſproportionem; & crediderim numerum Sem. centripetorum naturaliter eſſe maximum.

Ultimam tandem contemplationem generaliorem ſibi vindicant Embryonis figura, & involutarum cotyledonum conformatio, ex quibus ſæpe ſolis naturalem quandam familiam & genera ultro bene multa, quaſi prima fronte dignoſcere licet. De ſitu embryonis, heic dicere non opus, quia, ſi radiculæ, de qua modo ſupra, ſitum novimus, potiora quæ embryonis ipſius ſitum attinent, nobis cognita ſunt: nam reliquæ ejus modificationes ut excentricus, periphericus, dorſalis, unilateralis &c. ſitus, paucas tantum concernunt familias, aut ſæpe etiam non ſatis clare demonſtrandi, adeoque nec tanti faciendi ſunt: ut tamen ſitum periphericum excipias, qui in *Alſinaceis* & *Lychnideis* ipſa embryonis circinnalis aut ſpiralis figurâ conſtantior eſt, ſiquidem in *Ortegia*, *Velezia*, *Diantho*, embryones quidem præter omnem expectationem reperiantur recti, iidem tamen nihilominus extra albuminis ſubſtantiam poſiti ſint, atque ſic ordinis ſui characterem tueantur. Magnitudinem etiam embryonis præterimus, quia deſi-

definitam menſuram non admittit & nonnunquam in diverſis unius generis ſpeciebus diverſa eſt; exceptis embryonibus maximis, qui, ſive grandes ſive parvuli fuerint, ſemper teſtæ ſuæ cavitatem, pro menſura invariabili magnitudinis ſuæ agnoſcunt. De his autem embryonibus, occaſione ſeminum exalbuminoſorum, modo dictum, quia notio & eſſentia ejusmodi ſeminis, ſemper præſentiam embryonis maximi involvit, ut alterum absque altero cogitari nequeat. Miſſis igitur his, progredimur nunc ad embryonis figuram, quæ in albuminoſis omnem meretur attentionem, licet nec in exalbuminoſis vilipendenda ſit. Generatim jam notum eſt, non aliam ejus figuram occurrere frequentius, quam cylindricam aut filiformem, verbo, teretem, eamque nunc longiorem, nunc breviorem, nunc & breviſſimam eſſe, quæ cum ovato-oblonga fere coincidat. Horum embryonum inter noſtra genera, excluſis omnibus Compoſitifloris, reperimus circiter 336; unde ſequitur, quod numerus embryonum teretium, dimidio ſeminum albuminoſorum numero ſubæqualis ſit. Nec id mirum, quia figura teres, præter ſuam ſimplicitatem, & præter anguſtum quod occupat ſpatium, id quoque habeat commodi, ut facilius quam alia in uncum, hemicyclum, annulum aut ſpiram curvari poſſit, quibus etiam modificationibus embryones teretes creberrime afficiuntur, dum tertia fere eorum pars, nempe apud nos genera circiter 103, manifeſto & indubitato embryone curvo gaudeat, ſiquidem ex hoc computo, omnes illos levi tantum & vix ſenſibili curvatura affectos embryones, ut *Ornithogali*, *Codonis*, *Nicotianæ* &c., curate expunximus. At vero hæc ipſa ſimplicitas impedit quominus plures & extantiores qualitates, quam quas jam diximus, in ejusmodi embryones cadere queant, niſi huc forſan relativum cotyledonum inter ſe ipſas ſitum trahere velis, qui in curvatis embryonibus apertius & facilius in accumbentem & incumbentem diſtingui poteſt, quam id in

aliis

aliis fieri poteſt, in quibus ſcil. ſitus generatim cenſetur incumbens, niſi in ſeminibus compreſſis, ut *Zygophylli*, aut in *Leguminoſis* & *Siliquoſis* plerisque, in quibus omnibus cotyledones cenſeri debent accumbentes. Reliquæ embryonis figuræ, in albuminoſis, nam de exalbuminoſis heic ſermo non eſt, ſunt vel globuloſæ vel generatim oblongæ. Globuloſi omnes ſunt minutiſſimi, ut in *Ranunculis*, *Papaveribus*, *Annonis*, multis *Umbelliferis*, plurimisque monocotyledonibus; atque eorum minuties nonnunquam adeo exquiſita eſt, ut vel ab exercitatiſſimo difficulter reperiantur, aut ſi in oculos cadunt, ut vix poſſibile ſit cum certitudine definire, utrum ad mono -- utrumve ad dicotyledones ſpećtent, ſicuti id ipſi de embryonibus *Pyrolæ* & *Begoniæ* ingenue faſſi ſumus. Hinc quando de ejusmodi embryonis perfećta ſoliditate aut in cotyledones ſećtione, nec non de ſitu ejus, nos reddidimus certiores, id ſane omne eſt, quod noſſe de eo ſperare poſſimus. Oblongi autem embryones ſæpe albumini iſometri, ſæpe etiam multo breviores & anguſtiores, nec non ea parte qua ex ſolis conſtant cotyledonibus ſemper vel lenticulari vel fòliaceo-compreſſi ſunt; hinc quoque eorundem figura & reliquæ affećtiones vel prorſus a cotyledonibus pendent, vel etiam cum his plane coincidunt: quare nunc pedem ad harum propiorem inſpećtionem promovebimus, ubi prius monuerimus, quod embryonis figura generatim quidem inter omnes ejus reliquas dotes ſit conſtantiſſima, ſed quod nonnunquam tamen exceptionem patiatur, dum nempe in diverſis unius generis naturalis ſpeciebus, diverſa quoque occurrat embryonum figura, ſicuti id luculentiſſime, in *Aceris* & *Myriſticæ* generibus videmus; quibus etiam embryonum *Rumicis* leviſſimas diſcrepantias & Scorpiuri majorem diſſormitatem omnino addere licet.

Coty-

Cotyledones igitur ipſas quod attinet, neque earum figuram propriam, de qua in Introductione abunde dictum, neque etiam eorum ſitum heic tangemus, niſi quod incumbenti & accumbenti, de quibus modo ſupra, inſolentiſſimum collateralem addamus, qui hactenus in ſolo *Viſco* & *Meniſpermo* & quodammodo etiam in *Cachryde* a nobis obſervatus eſt: miſſis ergo his, unice nobis heic ſermo erit de earundem conformatione generaliori, quam ex plani contactus cotyledonibus interjacientis modificatione in Introductione definivimus, & quæ omnem prorſus meretur attentionem, quoniam iſta conformatio cum ſitu radiculæ combinata, omnium ſolidiſſima & certiſſima præbet ſigna diſtinctiva, quæ ex interna ſeminis fabrica queant expectari. Planum itaque illud tam ſecundum longitudinem quam latitudinem ſuam, in ingenti ſeminum numero, rectum æquabile uniforme, verbo, ipſum quoque planum eſt, ita ut nihil frequentius ſit, quam reperire cotyledones vel plano-convexas, vel & utrinque planas, i. e. foliaceas: uti prius in *Compoſitifloris* fere omnibus; & poſterius in plerisque *Euphorbiis* videmus. Quando autem planum contactus a recta linea deflectit, quod fit vel ſecundum longitudinem ſolam, vel ſecundum ſolam latitudinem, vel ſecundum utrasque dimenſiones, vel denique irregulariſſimo modo in omnem ſenſum, tunc ſemper naſcitur peculiaris embryonis forma, apprime notatu digna. Ita planum a rectitudine in longum diſcedens, parit embryones aduncos, in *Rumice*, *Polygono*, *Atraphaxide*; hamatos, in *Sagittaria*, *Moro*, *Chamælea*, arcuatos, in *Pſydrace*, *Rhexia*, *Osbeckia*; hemicyclicos, in *Linneo*, *Polycnemo*, *Celoſia*; annulares, in *Achyranthe*, *Lychnide*, *Ceraſtio*; denique vermiculari-ſpirales, in *Cannabi*, *Anabaſi*, *Ciſto*, & numeroſiſſimis aliis. Si autem planum ſecundum ſolam latitudinem ſuam a recto declinat, tunc habemus embryones flexuoſos, in *Coccolaba*, *Tilia*, *Antidesma*; ſigmoideos, in *Fagopyro*, *Nerio*,

Geranio;

Geranio; gutturniales, in *Ligustro*, *Emblica*, *Xylophylla*; molendinaceos, in *Combreto*! cylindrico-convolutos, in *Boerhavia*, *Pisonia*; & spirali-convolutos, in *Phryma*, *Punica*, *Ajenia*, *Catappa*, *Myrobalano* & *Gyrocarpo*. Denique si planum secundum longitudinem & latitudinem vel & secundum quascunque dimensiones curvatum est, tunc emergunt cotyledones opposite-conduplicatæ, in *Coldenia*; incumbenti-conduplicatæ aut convolutæ, in *Mirabili* & præsertim in multis Siliquosarum seminibus globosis, ut *Raphani*, *Sinapis*, *Crambes* &c.; involuto-convolutæ, s. contrarie convolutæ, in *Gaura*, *Rivina*, *Aubletia* s. *Sonneratia*; & ultimo denique contortuplicatæ, *Malvis* potissimum propriæ & raro alias, nisi in *Petiveria*, *Celtide*, *Dammara* & *Steripha* occurrentes. Quanti autem momenti sint variæ hæ cotyledonum conformationes atque modificationes in cognoscendis ex sua fabrica seminibus, id res ipsa loquitur, ut de his ne verbulum quidem amplius addere opus sit.

Atque sic potiora, quæ ex partium seminis essentialium generaliori contemplatione fluunt momenta, repetendo quædam ex Introductione, eaqua in recentem memoriam revocando, alia autem haud pauca his addendo nova nec antea prolata, ita exposuisse & in dilucidam epitomen contraxisse speramus, ut convicti fere simus, quemlibet ex iis summam utilitatem atque necessitatem penitioris & severioris Carpologiæ fore agniturum; utque hac ipsa summaria quasi expositione, multos removerimus scopulos, ad quos minus experti vel & præjudicata mente obcœcati, pedem allidere potuissent. Restat igitur, ut adhucdum pauca, de singularibus fructuum quorundam structuris, &, missis, brevitatis causa, aliis quæ huc trahi potuissent, de nostra semina dissecandi methodo subjungamus, utpote quam, scitu non prorsus indignam, ii certe judicabunt,

qui absque irritis tentaminibus & absque temporis jactura, observationes nostras repetere, augere vel & corrigere voluerint.

Primo itaque singulares fructuum fabricas, secundum tabularum nostrarum seriem, brevissime percurremus. In *Eleusine*, proprium & distinctum seminis pericarpium, phænomenon est in tota Agrostographia hactenus inauditum. *Tiphæ* semen proprio pedicello capillari & lateraliter crinito insistens, sui simile non habet. *Sagus* & *Calamus* solæ gaudent pericarpio scutellis retroversis loricato. *Zingiber* & *Alpinia* solæ, nisi & Manglen eis addere liceat, habent embryonem intra vitellum vaginalem conclusum! *Rajania* & *Dioscorea* albuminis cavitate ampla & plana, intra quam parvulus hæret embryo, ab omnibus reliquis cognitis monocotyledonibus longissime recedunt. *Commelina* sola, in quibusdam suis speciebus, valvulam alteram pericarpii sui, proprio & a reliquis difformi semine gravidam gerit! *Flagellaria* sola, si nostræ id nomen recte competit, embryone gaudet patelliformi. *Gloriosa*, embryone aut vitello conduplicato dotata est, qui totus sub germinatione in obtusangulo - bicrurem plantæ radicem, inaudito prorsus exemplo, mutatur!! *Nelumbium* solum, inter omnes monocotyledones, sic dicto embryone germinante fœtum est. *Lagoecia*, unico semine fertili & altero constanter abortiente, ab omnibus reliquis Umbelliferis satis distincta est. *Opercularia*, receptaculo mobili ac flori fructuique superficiebus suis oppositis communi, ab omnibus totius orbis terraquei plantis alienissima est!!! *Trapæ* nux apice perforata & ex foramine unica cotyledone germinans, sui similem non habet. *Embryopteridis* embryo, apice ligulatus, & basi physodes, miraculi loco habendus est. *Combretum* solum, embryonem habet quadri - l. quinquelobomolendinaceum! *Guettarda*, quæ utique Belloniæ restituenda, putamine lateraliter perforato, seminibus gnomonice incurvatis, & radiculis centrifugis, ab

omnibus

omnibus cognitis plantis mirum in modum differt. *Myriſtica*, albumine ruminato & embryone dicotyledone, prima fronte, a quibuscunque aliis fructibus dignoſcitur. *Caryolobis* tota embryonis fabrica, in toto regno vegetabili ſimilem non habet. *Melampyrum* & *Pedicularis*, ſeminibus embryonem in apice & umbilico directe oppoſitum gerentibus, a reliquis Labiatis inſignem in modum recedunt. *Aquiliciæ* albumen lobatum in ſuo genere unicum eſt. *Nitraria*, *Spathelia* & *Gaura*, putamine apice tantum valvato, ſingulariſſimæ ſunt. *Polygalæ* ſeminis umbilicus coronula phyllode munitus, absque alio exemplo eſt. *Coldenia*, cotyledonibus foliaceis, oppoſite - conduplicatis, ab omnibus reliquis Aſperifoliis ſe ſe affatim diſtinguit. *Meniſpermum*, albumine biloculari & intra ſingulum loculum ſingulam claudente cotyledonem, miraculi loco habendum eſt! *Phryma*, ob florem ringentem, & ſemen unicum embryone inverſo & cotyledonibus ſpiraliter convolutis dotatum, ad nullum cognitorum ordinum naturalium jure referri poteſt. *Caranda*, ſolo ſuo ſemine nudo ab omnibus reliquis Palmis mire differt. *Taxus*, embryone ſuo veriſſime monocotyledone, phænomenon eſt in Coniferis nec expectatum, nec auditum. *Gyrocarpus*, nuce diptera & embryone foliaceo in ſpiram convoluto, ab omnibus cognitis fructibus vel primo aſpectu dignoſcitur. *Rhizoboli* radicula, totam fere embryonis molem ſola efficiens, absque alio exemplo eſt. *Barringtonia* & *Mangoſtana* ſolæ habent embryonem pſeudo - monocotyledoneum cum albumine pertinaciſſime conferruminatum! & Barringtonia acutangula præterea habet albumen quadripartitum, in ſuo genere unicum: quare etiam Ill. Jussieu haud iniquo jure eam proprio *Stravadii* generico nomine diſtinxit. *Canarium* ex ſolo ſuo embryone in ſex laminas cotyledoneas foliaceas & inæquales — uti & *Evodia* ex embryone regulariter & craſſe ſexlobato, prima fronte ab omnibus aliis generibus

ribus

ribus dignoſcuntur. *Phyllanthus* & *Andrachne* inter Euphorbias ſolæ habent embryonem manifeſte curvatum aut ſpiralem. *Bradleja*, ſtupendo Naturæ artificio, habet ſeminis teſtam bilocularem, altero loculamento compreſſo ſeminifero, altero autem vacuo & extrorſum feneſtrato aut alia irregulari apertura pertuſo!! *Pectinea*, itidem inaudito & hactenus unico exemplo habet embryonis radiculam, ab umbilico directe verſus ſeminis centrum reflexam!!! *Lini* fructus valvulæ, intergerinis membranis plicatis, follis in modum connexæ, hactenus in hoc unico genere obſervatæ ſunt. *Nerium*, (certe zeylanicum) ſeminis coma, verſus baſin folliculorum directa, ab omnibus reliquis Apocyneis vehementer diverſa eſt; & ſic quoque *Cerbera*, putamine ſuo mire fibroſo, ſeptoque bipartibili & mobili, non tantum ab iisdem Apocyneis ſed ſigillatim quoque ab *Ahovai* facillime diſcernenda eſt. *Portulaca* non alias habet ſpecies genuinas, niſi eas quæ in pericarpio circumſciſſo plura habent ſeminum receptacula diſcreta, hactenus in nullo alio genere viſa. *Eriolithis* ſola gaudet veris ſeminibus bilocularibus! *Lepidium*, & quidem ſativum, ad ſingulam cotyledonem majorem, habet duos lobulos acceſſorios minores: ſi eadem fabrica in reliquis quoque ſpeciebus obtineat, egregium dabit generis characterem eſſentialem; ſin minus, a Carpologo prætervideri non debet. *Pugionium* ob fructus & ſeminis conformationem, haud magis cum Buniade, atque Corvus cum Paſſere ſociari poteſt. *Raphaniſtrum* & *Erucaria*, ſingulariſſima ſiliquarum ſuarum interna ſtructura, ita ab affinibus recedunt, ut omnino proprii generis plantæ ſint. Et ita denique inter Leguminoſas, characteribus liquide diſtinctivis valde pauperes, *Hymenæa* ex ſemine in pulpa ſicca nidulanti, & ex annulo depreſſo totam peripheriam commiſſuræ cotyledonum ambienti, hactenus ſatis fidum traximus ſignum diſtinctivum. In *Caſſia Fiſtula*, albumen utrinque rima longitu-

dinali

dinali inciſum, facillimam præbet ſeminum hujus plantæ notam characteriſticam; & demum in *Moringa* pericarpii conformatio & ſeminum inſertio, adeo inconſuetæ & ſingulares ſunt, ut, ſi genus hoc inter Leguminoſas manere poteſt, affatim in ſolo fructu adſint ſigna diſtinctiva, quibus ab omnibus aliis facillimo negotio diſcerni poſſit. Reliquas, ex. gr. in Compoſitifloris paſſim occurrentes peculiares fabricas, ſilentio plane præterimus, ne Lectoris abutamur patientia, & attentiorum præpediamus propriam diligentiam.

Ultimo denique loco de noſtra ſeminum diſſecandi modo, in commodum minus exercitatorum, non niſi maxime neceſſaria addemus. Generalis itaque regula eſt, ut omnia ſemina, etiam recentiſſima, in aquam tepidulam conjiciantur, & ut ea, quibus ſunt integumenta dura & aquæ liberum acceſſum negantia, iſtis integumentis ante omnia exuantur. Ubi poſtea aliquantum emollita ſunt ſemina, unum eorum extrahitur atque primum ſectione transverſali, a ventre ad dorſum ducta, in duas partes æquales dividitur, fruſta autem ſtatim iterum conjiciuntur in aquam, ut ſectionis planum illam imbibat libere. Poſtea emollitum illud planum vitrea lente non nimis augente contemplatur, quo adminiculo triplex generatim differentia in eo detegitur. Aut enim planum illud, ab uno ſeminis pariete ad oppoſitum, ſimplici rima transverſali, nullam alieni coloris materiem intra ſe continente, manifeſte bipartitum eſt; quo in caſu ſemen certiſſime exalbuminoſum atque embryo dicotyledoneus eſt, ut ejus ulterius ſcrutinium difficultatem nullam habeat: Aut planum illud rima transverſali breviori, vel & areola rotundiuſcula, in quibus utriſque materia peregrina & diverſicolor hæret, inſignitum eſt; atque hoc in caſu ſemen tuto albuminoſum atque embryone dimidio albumine longiore fœtum pronunciatur: Aut denique tertio, nullum penitus rimæ aut areolæ veſtigium detegi poteſt

ſed

ſed planum ubique conſpicitur uniforme & homogeneum; atque tunc certiſſimi eſſe poſſumus, quod vel embryo pſeudo-monocotyledoneus maximus, totum efficiat ſeminis nucleum, ut in *Paullinia*; vel quod embryo parvus aut minutulus alicubi in albumine & vel in ſuperiori l. in inferiori partiti ſeminis ſegmento hærere debeat. In ultimo hoc caſu, eoque longe frequentiſſimo, nam de pſeudo-monocotyledonis embryonis examine neceſſaria jam in Introductione occurrunt, nova in alio ſemine emollito inſtituenda eſt ſectio, quæ ſemen ſecundum axem ſuum in duas partes æquales dividat. Rejecta deinceps in aquam ſegmenta plane eodem modo tractantur, ſicuti de transverſalibus ſegmentis modo dictum; ita fiet, ut embryo, niſi ex minutiſſimis ſit, in alterutra ſegmentorum extremitate aut dorſo, ſpecie cylindruli magis vel minus brevis, aut & globuli nivei vel viridis, facili negotio detegatur, quin, ſi ſectio rite inſtituta eſt, quandoque e cavitate ſua ſponte excidat & aquæ fundum petat. Hic ſimpliciſſimus proceſſus ad detegendum & deinceps penitus denudandum embryonem, in longe maximo ſeminum numero, ſufficit ſolus: ubi autem ſemen occurrit albumine cartilagineo & embryone minutiſſimo dotatum, ut in *Aſaro*; tunc iſtæ non ſufficiunt encheireſes, ſed ſcrutinium alia ratione inſtituendum. Nempe in hoc caſu, in alterutra ſeminis extremitate, in qua ſcil. ſedes embryonis ſuſpicatur, ſuſpenſa manu de albuminis parte dorſali atque ventrali, tenuiſſimæ lamellæ repetito reſecantur, ut tandem media & tenuiſſima albuminis lamina ſuperſtes ſit, quæ deinceps aquæ iterum, aut oleo terebinthinæ immittenda, ut vitri inſtar fiat pellucida. Sic, niſi caſſum ſit ſemen, quod quidem ſæpius evenit, certiſſime bona lente vitrea brevioris foci, embryo detegetur, foma punctuli nivei medullaris, quod ſua albedine haud difficulter ab albumine diſcernitur. Quomodo autem poſtea ejusmodi minutiſſimi embryones a ſuo albumine liberandi ſint, ut per ſe ulterius

ſcrutari

ſcrutari queant, id non facile deſcribi poteſt, ſed cujuscunque propriæ dexteritati relinqui debet. Sive autem ſemina albuminis & embryonis ſcrutandi cauſa, ſive alia de ratione, examini ſubjicere volueris, memento, ut illa ſemper, etiamſi recentiſſima, prius in aquam conjicias & in ea per aliquod tempus detineas; nam ſine hac præparatione nunquam diſces, ex. gr. utrum gelatinoſa ſint, nec ne, quia hæc qualitas vel in recentiſſimo ſemine ſicco, oculis detegi non poteſt; & haud unquam in vetuſtis ſeminibus cognoſces, utrum olim baccata fuerint, nec ne, quoniam carnoſa pellicula, niſi in emollitis ſeminibus, rite dignoſci poteſt: ut de majori albuminis emolliti tractabilitate, & de minori embryonis perinde emolliti fragilitate nihil dicam.

Hæc ſunt, quæ de obſervationibus noſtris collective ſumtis, & de purioris Carpologiæ præſenti ſtatu, generatim dicenda & exponenda habuimus. Subjungemus nunc pauca, ſingulum volumen ſeorſim concernentia, ut erroribus quibusdam in primo volumine commiſſis, aliquam afferamus medelam, ac neceſſaria additamenta, ſuis locis inſerenda, indicemus; maxime vero ut de præſenti volumine B. L. rationem reddamus, ac de eo prænoſcenda breviſſimis exponamus.

In primi voluminis Introductione haud levem commiſi errorem, cum *Lemnam* plantis eſexualibus annumeraverim. Sed involuntarius iſte, quin plane invincibilis fuit error, mihique cum variis magni nominis botanicis recentioribus communis, nam illo tempore, quo hæc plagula Introductionis e prælo prodiit, — fuit autem id circa initium Maji 1787, — mihi recentius ab Ehrharto iterum reperta ſtamina Lemnæ innotuiſſe non potuerunt, quoniam eodem anno ſed ſerius, primus ejus libellus qui hanc obſervationem continet, in lucem prodiit. Neque etiam poſtea, cum meam præfatiunculam conſcriberem, quidquam adhuc

de

de hoc egregio invento mihi innotuit, quia in meo, longe a Bibliopoliis disſito domicilio, non alios ad legendum accipio libros, nisi quos mihi mea comparo pecunia. Quis autem noſtris diebus omnia ad hiſtoriam naturalem facientia ſcripta ſibi comparaverit? ſane ne ditiſſimus quidem. Ergo nihil de meo reſcivi errore, donec ejus a Cl. FIBIG, in ſuo Diario, humaniſſimo & urbaniſſimo, verbo, qui Viros vere doctos & bene moratos decet, modo, conſcius factus fuerim. Dolui eum ſtatim, & quum ei citius medelam afferre non potuerim; redeat nunc omnino Lemna in ſuam priſtinam dignitatem, plantisque biſexualibus in poſterum ſemper annumeretur! quin & aliæ, per me, plantæ eſexuales ad altiores gradus promoveantur, dummodo id perinde bono & fidis obſervationibus afferto jure fieri queat: nulli enim ſyſtemati aut hypotheſi adeo pertinaciter adhæreo, quin meliora edoctus, priſtinam meam opinionem libenter deſeram, ſed argumentis, non conviciis, aures præbeo. Alter, quem commiſi error, in eadem Introductione occurrit, cum *Cocculum* pro peculiari pericarpii ſpecie vendidi, qui omnino cum Capſulis elaſticis miſceri debet. In ejus itaque locum nunc *Angidion* ſufficio, quod Cl. MEDICO & SCOPOLI ſtricte pericarpium audit; quod nunquam ſponte dehiſcit; quod baccas ſiccas, & omnia illa exſucca ſeminum conceptacula complectitur, quæ nec ad Samaras, nec ad Nuces veras & regulares, nec ad aliam quandam pericarpii ſpeciem commode referri poſſunt: ut ſeminum Sagittariæ, Aliſmæ, Neuradæ, Grieli, Aſperifoliarum & quarundam Malvacearum conceptacula, quæ, quod nunquam dehiſcant & peculiaris ſint fabricæ, in poſterum Angidia appellabimus.

Alias emendationes, primi voluminis Centurias concernentes, habeo pauciſſimas. *Scytalia* non fructu gaudet ſimplici, ut ex meis ſpeciminibus & ex SONNERATII deſcriptione pro certo habui, ſed regulariter gemino fructu dotata

eſt,

eſt, uti id Commersoni crebriores obſervationes docuerunt, cum quibus & Laureirius in recentiſſima ſua *Flora cochin-chinenſi* conſpirat, cui quoque ideo hæc ſtirps *Dimocarpos* audit. Capſulam, quam *Hebenſtretiæ* adſcripſi, vereor eſſe nihil aliud, quam calyx floris grandefactus & ſemina obtegens: nam ſic fabrica melius cum charactere Ill. Jussieu congruit, qui ſine dubio ſemina ſub ſuis oculis matureſcere vidit, cum ego ea non niſi ſoluta & ſparſa viderim. Cetera Aubletiam noſtram cum Sonneratia eſſe commutandam facile largior, nec obſum, quin Omphalobium ad Connarum africanum referatur; fructum enim poſterioris nunquam vidi & deſcriptio ejus in Linn. *gen.* 830. adeo ſuperficialis & indefinita eſt, ut perinde ad ſexcentos alios applicari poſſit. Quod autem Meeſiam noſtram attinet, eam nullo modo cum Meniſpermo, nec Sagum cum Calamo miſceri poſſe contendo; ſiquidem fructus harum ſtirpium, fabrica ſua interna, tam enormem in modum inter ſe differunt, ut communi vinculo generico necti abſolute nequeant.

In ſecundo, ſ. præſenti volumine, ſtatim character *Reſtionis* pag. 12. delendus eſt totus. Nuperrime enim ſpicas maturas genuini Reſtionis a Cl. Thunbergio accepi, easque toto cœlo a prioribus differre vel primo oculi ictu perſpexi; & quod magis, ſimul cum ſpicis iſtis, nucularum quoque priorum nova exempla ab eodem Cl. Viro obtinui, ſed cum novo *Wildenowiæ* nomine, ut itaque nunc convictiſſimus ſim, quod nuculæ illæ ad diverſiſſimum a Reſtione genus pertineant. De his itaque & aliis rariſſimis fructibus, quos generoſo Thunbergii mei animo debeo, forſan alio tempore plura in ſupplemento quodam, ni fata & valetudo obſtiterint. In Pini quoque *marianæ* & *americanæ* denominatione error videtur irrepſiſſe: nam Pinus mea americana, certiſſime eſt P. *mariana*. Ehrhart. 3. p. 32.; contra autem mea P. mariana, videtur eſſe

ejusdem P. *canadensis.* Guajacum meum *officinale*, non est officinale, sed G. *sanctum*, uti ex Ill. JUSSIÆO & ex fructibus genuini G. officinalis nuperrime acceptis plene intellexi; didici etiam porro ex iis, quod descriptio fructus Guajaci in Col. SCHREBERI *gen. nro. 727*, omnibus numeris sit absoluta, & quod in G. *officinalem* exactissime quadret, quare ea, quæ p. 149. protuli, penitus delenda, utpote solum G. *sanctum* attinentia. Ceterum, vel me non monente, statim ipse B. L. videbit, quod in hoc volumine, fructus & semina unius fabricæ, non ita sint dispersa ut in priori, quod curaverim similia similibus, quantum quidem fieri potuit, approximare, & quod ordines quidam naturales, absque interventu peregrini cujusdam generis, traditi sint puri atque immaculati. Sed nullam istarum familiarum, præterquam solam illam Compositiflorarum, potui methodice pertractare, quia in reliquis, generum & specierum defectus nimis fuit grandis, quam ut super parvulo generum mihi rite cognitorum numero, solidæ methodi jacere potuerim fundamenta; nec mihi mos eorum placeat, qui ex imperfecte cognitis statim condunt systemata, centies postea mutanda, corrigenda, vel & penitus refundenda. Solam itaque Compositiflorarum familiam, quam ex largitionibus Cl. Thunbergii & Schreberi fere integram possideo — desunt enim vix decem genera linnæana — methodice exposui, quare etiam de hac sola nunc verba facienda erunt. Ingens fabricæ seminum simplicitas atque uniformitas vetuit, quominus superiores methodi divisiones, e principio quodam carpologico potuerint desumi, adeoque puræ fuit necessitatis, ut traherentur ex Anthologia. Itaque summi TOURNEFORTII vestigia, non tantum ob simplicitatem & perspicuitatem suam, sed & quod haud multo crebrioribus & gravioribus exceptionibus impedita sint, quam alia istarum divisionum principia, unice secuti sumus, eaque Vaillantianis, cetera non contemnendis, & multo dete-

deterioribus linnæanis placitis prætulimus. Sed inde factum eſt, ut plura ſic dicta aut putata genera naturalia, non tantum dilacerare & diverſis in locis recenſere, ſed & nominibus diverſis inſignire omnino fuerimus coacti: niſi quidem aut Claſſibus falſa præfigere nomina, aut liquidum generis cujusdam characterem, in gratiam frivolæ, mere hypotheticæ, vel & fictæ ſtemmatis copulæ & cohærentiæ, clancule voluiſſemus abnuere & ſupprimere. Ut ut autem protervìæ noſtræ, quâ ſolos flores diſcoideos cum diſcoideis, & radiatos cum radiatis conjungimus, anathema imminere haud dubitemus, nos tamen facti non pœnitet, immo vel & ideo recte feciſſe putamus, quia primi ordinis botanici idem quoque ſubinde fecerint. Ita ſcil. ipſe LINNÆUS, Bidentem floſculoſam, *Bidentem*, eandem vero radio inſtructam, *Coreopſidem* appellare non dubitavit; ita Ill. JUSSIEU, vel in ipſa ſua naturali plantarum coordinatione, Lanciſiam radiatam, a ſimillima ſed mere floſculoſa Cotula ſeparare rectum putavit juſtumque; & ita ADANSONUS, DILLENIUS & alii clari nominis Viri, plantas cetera magis vel minis affines, ob ſolum radii acceſſum, a ſe invicem ſegregare non metuerunt. Si autem id in uno, duobus, tribus generibus licitum, cur non & in omnibus? & ſi id aliis conceſſum, cur nec mihi? qui nequaquam in hac familia genera naturalia condere mihi propoſui, ſed qui unice confuſionem præpedire ſtudens, claſſium nomina feci inviolabilia, eisque ſola conformia ſubdidi genera. Quodſi autem, his omnibus non obſtantibus, peccavi; minui ſane peccatum quam maxime, addendo ad ſingula genera, ex mera quadam partium floris metamorphoſi enata, notas atque monita, quibus attentum Lectorem in conſuetum tramitem reducerem: ſic, cum de Bidente &c. &c. verba facio, ſubjungo ſemper monitum, genus eſſe bifrons, quod accedente radio in Coreopſidem &c. &c. mutetur; & cum poſtea de Coreopſide ſermo eſt, iterum addo

 notam,

notam, quod Coreopſis nihil aliud ſit, quam Bidens radio larvata. Ita ſane me mei conſilii non pœnitere debere ſpero, quin gaudeo potius quod hac ratione, & Syſtematicorum naturalium, & Botanicorum phyſiologorum atque philoſophorum & denique tyronum commodis aliquantum conſultum ſit. Tyrones enim facilius reperient plantas ſibi oblatas; Syſtematici, nexuum fundamenta diſtinctius perſpicient; & Philoſophi, largam diſquiſitionis habebunt materiem, cur inter *diſcoideas* hæc vel illa tantum definita genera, libenter & quaſi naturaliter talem ſubeant metamorphoſin, alia autem minime? & cur in vaſto *radiatarum* grege, plurima ſint genera, quorum prototypa, ut ita dicam, non habeantur inter diſcoideas?

Secundarias methodi diviſiones deduximus a receptaculo communi, & inprimis a ſeminum *Pappo*, quum pappus una ex frequentiſſimis ſeminum hujus ordinis partibus ſit, & ſimul una, quæ plurimis gaudeat modificationibus diverſis. Etiam in hoc puncto non omnium nobis ſpondemus aſſenſum. Scimus nempe quod LINNÆUS pappum fecerit nullius, eumque ſupine deſpexerit, quoniam illum non novit, vel potius non noſcere voluit, ne ſuis mere phyſiognomonicis harum plantarum dijudicationibus foret impedimento. Sed contra quoque ſcimus, pappum a VAILLANTIO, ſanioribus principiis imbuto, magni fuiſſe habitum, ut eum in ſuis generum characteribus neglexerit nunquam; eumque non obiter tantum & perfunctorie ut LINNÆUS, ſed plerumque cum magna diligentia inſpexerit atque definierit: quare etiam ejus genera, linnæanis, multis paraſangis præferenda ſunt. Cum autem hanc inivimus viam, non potuimus vitare difficultates, quæ nonnunquam pappi non ſatis ſtricte definiendam formam, ejusque difficilem in praxi applicationem comitantur. Sed generatim difficultates atque exceptiones illæ, multo ſunt pauciores, quam vulgo creditur, atque inſuper

multum

multum minuuntur ac diluuntur, si in Introductione nostra positos, inter diversas pappi species, limites, diligenter respicimus, iisque non nimis laxum, sed cum ipsis fere verbis congruum tribuimus sensum: ita enim statim apparebit, quod Pappus, quem vulgo adeo liberaliter plumosum appellat, nequaquam sit adeo frequens; & quod Pappus marginatus cupularis aut cotyleoides, quem LINNÆUS vix nomine insignire dignatus est, plerumque sit satis definitus & conspicuus, ut eo in designandis generum characteribus carere nequeamus, eumque nec intra nec extra Carpologiæ ambitum negligere debeamus. Verum his omnibus nequnquam volumus speciosas, quæ contra figuræ pappi inconstantiam moveri possunt objectiones, eludere; immo potius principaliores quasdam earum nunc proponere, easque breviter discutere, nostri propositi est. Pappus scil. *marginatus* nonnunquam veras suas habet difficultates, cum nempe aut plane deficit, ubi adesse deberet; aut cum dentibus varie profundis inciditur, ut a calyculato aut tenuiter phyllode difficulter discerni possit: prioris exempla habentur in *Rudbeckiæ* speciebus &c.; posterioris vero in *Pyrethri* & *Buphtalmi* speciebus nonnullis. Hisce duabus difficultatibus non aliam licet afferre medelam, nisi ut plurium unius generis specierum semina nobis reddamus cognita; ut flores & plantas ipsas, si fieri possit, in subsidium vocemus; & denique ut ex majoris numeri specierum conformitate, pauciorum semina discrepantia, & ex florum plantarumque ipsarum consensu, leviorem in seminibus dissensum ponderare & negligere discamus: qui enim talia adminicula repudiare atque methodum ab omni labe prorsus puram poscere voluerit, ille sane Naturæ studium ne primis quidem degustasset labris: alias enim ne optimorum quidem signorum diagnosticorum peteret universalitatem, quia Natura istas rationis humanæ habenas non audit, sed quandoque in despectum regularum nostrarum, proprio suo indulget genio.

Altera

Altera difficultas hæret in Pappo *membranaceo - paleaceo* aut phyllode, eoque potissimum oligophyllo, vel & valde angusto: hic enim per maturitatem seminis plerumque defluit, ut in *Scolymo*, *Heliantho* & *Silphii* quibusdam speciebus; aut ita exarescit, ut perdifficulter distinguatur, sicuti in *Eclipta* & *Baltimora*. Optimum quod heic datur remedium est, ut semina ante plenam suam maturitatem examini subjiciantur; & alterum, ut exarida pappi foliola per aquam tepidam emolliri tententur, quo facto, vertex seminum bona lente vitrea inspiciendus, ubi certissime vel pappus integer, vel ejus saltem reliquiæ reperientur. Hunc ex pappo citius delabente manantem errorem, pauci saltem vitarunt, & nos quoque in illum illapsi sumus, qui Scolymo male tribuimus semina calva. Tertia denique difficultas, quæ tangit Pappum *plumosum*, neque tanta est, neque tam crebro occurrit, atque aliquis facile crederet, qui ejus in scriptis Anthologorum adeo frequentem reperit mentionem. Plerumque ita bene & eleganter definita est ejus forma, ut potius difficile sit, eum non statim a primo aspectu dignoscere, præsertim si simul quoque ad longitudinem crinium lateralium attendas, quæ ad minimum scapi crassitiem quadruplo superare debet. Quodsi vero nihilominus dubium inter pappum vere plumosum, eique valde affinem Pappum *dentato-ciliatum* nascatur: probe hæc cautela tenenda, ut comparatio semper inter pappos unius ejusdemque divisionis, minime vero inter diversarum sectionum semina instituatur: sic enim facile *Cirsii* & *Silybi*, nec non *Supraginis* & *Critoniæ* pappos a se invicem secernes, dum contra si Silybi & Supraginis pappos juxta se posueris, prior tibi facile respectu posterioris videri poterit plumosus, cum tamen uterque, in suo ordine, revera dentato-ciliatus dicendus sit. Si autem quandoque discrimen inter modo dictas duas pappi species, vere dubium est, uti in *Capitatis* nonnullis & in quibusdam *Pteroniis*: tunc idem remedium adhibendum, quod

quod ſupra occaſione pappi marginati præſcripſimus, atque ſemper cogitandum, quod in rebus humanis nihil ſit perfecti. Utrum præterea Pappus *penicillaris* a plumoſo diſtinguendus ſit, nec ne? id nos non multum angit, & facile largiemur, meram forſan eſſe ſubtilitatem carpologicam. Quia autem nunc potiſſimum in carpologicis verſamur, & pappus iſte tamen in nonnullis caſibus proprias quasdam habere videtur affectiones: ideo nobis non licuit eum plane negligere aut ſilentio premere. Aliæ pappi ſpecies difficultatem non habent, quare quæ de iis & de receptaculo communi abunde in Introductione prolata ſunt, heic non repetemus.

Infimas denique diviſiones, ſeu ipſas generum deſignationes, deduximus a calyce, ſexu, quin & a colore radii, aut ipſis quandoque foliis integris vel diſſectis; etſi poſteriorum utrumque nonniſi ſemel adhibitum ſit auxilium. Secuti nempe ſumus judicioſum & ingenuum VAILLANTIUM, qui ſuum Helenium ab Aſtere, ſolo radii colore luteo diſtinguere non dubitavit, atque ſic ejus facillimam reddidit diagnoſin, dum contra LINNÆUS, eundem clancule reſpiciens colorem, ſcientificum magis ſed & magis erroneum, publice ei ſubſtituit ſignum characteriſticum, ab antheris caudatis deſumtum, quæ tamen in plurimis ſpeciebus caudis iſtis carent, & viciſſim in generibus ab Helenio diverſiſſimis, caudas iſtas perinde habent: ut ſtudio quaſi Helenii characterem, æquivocum reddere voluiſſe videatur. Generatim in eligendis ſignis diſtinctivis generum artificialium, nos non ita ſumus delicatuli, ut ab illa elegantia ſcholaſtica moveamur, quæ has ſigillatim, nec ullas alias plantæ partes, ad conſtruendos generum characteres pædagogico ſupercilio præcipit; ſed potius nobis, certitudinis, perſpicuitatis & facilitatis characterum genericorum — præſertim in familiis amplis naturalibus, ubi omnia inter ſe cohærere videntur — odor bonus eſt ex re qualibet.

In

In Appendicem conjeci fructus quosdam rariſſimos, maximam tamen partem incompletos; & ſemina quædam Zeylanica, pericarpiis quidem ſuis orba, ſed ob raritatem & fabricam ſuam ſingulariſſimam, notatu omnino digniſſima. Cum vires meæ fractæ & deperdita prorſus valetudo, parum mihi relinquant ſpei, ut ſupplementum quoddam olim hiſce voluminibus addere poſſim: nolui ſupprimere vel fato committere icones, hoc ſcopo jam jam paratas, & magis adhuc nolui oblivioni dare, rariſſima hæc Naturæ producta, quorum maximam partem, celebris ſuo tempore botanicus P. HERMANNUS, cum multo ſudore, periculo & labore, ipſe olim in Zeylona legit; & quorum omnium benevolam & generoſam communicationem eximiæ humanitati Cl. *Dav. v.* ROYEN debeo, qui incomparabilem iſtum theſaurum, cum blattis & tæniis jam per centum hos annos luctantem, ita mecum partitus eſt, ut publicæ inſerviendo utilitati, nihil quicquam integritati collectionis offecerit. Sunt quidem varii iſtorum fructuum prorſus indefinibiles, quare etiam iis barbara ſua nomina reliqui, ut peregrinatorum quidam ſupplenda ſupplere poſſit. Interim tamen nonnulli, ut *Heptapleurum* & *Porocarpus*, fructibus ſuis quovis reſpectu ſingulariſſimis, exceptionem mereri videbantur, quare etiam iis, nec non Palmarum ſingulariſſimæ, *Manicariæ*, propria feci nomina generica latina. E ſeminibus ſolutis nullum præter *Koon* & *Hondalam*, ad cognita genera reducere valui. De *Koon* nempe convictiſſimus nunc ſum, quod nuculæ ſint, genuinæ *Ochnæ* SCHREB.; & de *Hondala* dubium vix ullum eſt, quin ad Granadillæ genus ſpectet.

Atque ſic longo, per inexpectatas moras tædioſo, & ex ſua natura non facillimo labori finem tandem impono. Nihil minus illum, quam perfectum eſſe, probe ſentio; quis enim unquam prima ſua tentamina ad perfectionis umbilicum deduxit? ſed id ab æquis judicibus mihi largitum fore ſpero, quod ſcil. materiem

non

non negligenter tractaverim, & quod omnia fecerim, quæ ab homine privato, a musæis, bibliothecis, hortisque publicis botanicis jam dudum remoto; cetera minime opulento, & tamen sumtuoso itinere Angliam Belgiamque tertia vice propter solos fructus exoticos revisenti; & inde ab isto itinere, per continuos hos undecim annos cum adversa valetudine conflictanti, expectari unquam potuissent.

Meras itaque purioris & perfectioris Carpologiæ, quam hactenus habuimus primas esse lineas facile largior, easque valde adhuc dissitas & interruptas, quin ab omnibus mendis haud puras confiteor: maculam etenim ipsis imprimit: 1° quod multos fructus exoticos molliores, non quales natura fecit, sed quales tempore & exsiccatione deformatos & extenuatos obtinui, describere & delineare fuerim coactus; quod in universum fructuum exoticorum paucissima & sæpe unum duntaxat aut duo habuerim specimina, unde forsan characteres nonnulli nimis manarunt particulares, nec ex sufficienti specierum diversarum numero abstracti; & denique 3°, quod nonnullos fructus exoticos acceperim & iterum vendiderim falsis cum nominibus. In hoc tamen ultimo puncto fui scrupulosissimus, nam de ejusmodi dubiis & generatim de omnibus fructibus exoticis, non tantum icones Rheedii, Rumphii, Commelini, Plumieri &c. consului, sed inprimis quoque auctorum descriptiones de verbo ad verbum cum meis speciminibus contuli, unde de plurimis factus sum certissimus. Ubi autem vel fontes defuere, vel dubium nihilominus mihi remansit, id indicavi ingenue, ut in *Flagellaria*, *Phlebolithide*, *Baltimora* & aliis. Ergo inevitabiles & immedicabiles istas mendas, nemo æquus mihi culpæ vertet, sed earundem correctionem a diligenti quodam expectabit peregrinatore, cui soli tales errores vitare & emendare licet.

Scopum vero & unicum laboris mei præmium attigero & obtenuero, si incitamento fuerit europæis Botanicis, ut nunc ad ulteriorem disquisitionem specie-

rum ſe ſe accingant, ſuisque obſervationibus generum characteres ulterius perficiant, emendent, vel & refundant: Peregrinatoribus autem, ut in poſterum non mera plantarum exoticarum ſceleta, non ſolam florum notitiam, ſed omnium partium fructificationis, etiam minimarum & reconditarum, nobis reportent expoſitionem atque adumbrationem. Ita enim Botanice vere reformabitur, & ad expectatum evehetur perfectionis gradum, a quo ſane adhucdum longiſſime abeſt.

Unicum duntaxat methodicæ fructuum coordinationis ſchema exhibeo, ſeu potius illud, in primo Volumine traditum, heic repeto, ſed emendatum, auctum & ad omnes utriusque voluminis fructus extenſum. Nolui enim, plura ejusmodi tradendo ſchemata, & in aliorum & in meam injurius eſſe crumenam; quia talia ſchemata facillime & absque ullis impenſis, quilibet ſibi ex fructuum deſcriptionibus concinnare poteſt; & quia, ex altera parte, ejusmodi tabellæ ingens ſibi ſumunt ſpatium, & chartam inutiliter devorant. Quod autem charta præſentis hujus voluminis, aliquantum deterior ſit illa prioris, id non mihi, ſed damni & jacturæ plenæ venditioni voluminis prioris adſcribendum: quippe cujus, in hanc uſque diem, nondum plene ducenta diſtracta ſint exemplaria!

Sed vela contraho. Opus meum, qualecunque nunc eſt, Tuæ, B. L. æquitati & benevolentiæ commendo; Teque bene valere jubeo.

Dabam Calvæ Suevorum,

d. 6. Aprilis 1791.

Syntheſi

Synthesis plantarum methodica a partium fructus situ forma consistentia atque numero.

ACOTYLEDONES.

Chara.
Ruppia.
Zannichellia.
Zostera.
Zamia.

* * *

Aphyteja?

MONOCOTYLEDONES.

FRUCTU SUPERO.

Exalbuminosæ.

Triglochin.
Potamogeton.
Alisma.
Sagittaria.
Butomus.

Albuminosæ. Embryone extero, s. non incluso.

GRAMINA.

Flagellaria.
Nymphæa.

excentrico, s. laterali.

Caranda.
Licuala.
Sagus.
Phoenix.
Euterpe.
Bactris.
Caryota.
Chamæriphes.

* * *

Commelina.
Tradescantia.
Asparagus.

centrali. Radicula umbilico contraria.

supera.

Hyphæne.
Hyophorbe.
Cleophora.

infera.

Smilax.
Ruscus.

centrifuga.

Aletris.
Colchicum.

contermina.

supera.

Eriocaulon.
Wachendorfia.
Sparganium?

infera.

CYPEROIDEÆ.

Typha.
Hippuris.

* * *

Coccos.
Manicaria?
Elæis.
Corypha.
Areca.
Calamus.
Lontarus.

* * *

Curculigo.
Asphodelus.
Allium.
Tulbagia.
Calla.
Juncoides. M.

centripeta.

Acorus?
Philydrum.
Dioscorea.

* * *

Ornithogalum.
Cyanella.
Anthericum.
Hyacinthus.
Aloë.
Fritillaria.
Tulipa.
Lilium.
Hemerocallis.
Crinum.
Juncus.
Chlamydia.

* * *

Gloriosa.
Colchicum.
Veratrum.

* * *

Nepenthes.

* * *

Convallaria.
Dracæna.
Paris.
Yucca.

centrifuga.

Arum.
Xyris.
Butomus.

vaga.

Nymphæa.

HETEROCLITÆ.

Nelumbo.

SPURIÆ.

Taxus.
Cuscuta.
Mangostana.
Pyrola?
Petiveria.

FRUCTU INFERO. Rad.

infera.

Trichopus.

supera.

Rajania.

centripeta.

Canna.
Alpinia.

Heli-

Heliconia.
* * *
Iris.
Moræa.
Gladiolus.
Bermudiana.
Ixia.
Hypoxis.
* * *
Alſtroemeria.
Bulbine.
* * *

Hæmanthus.
* * *
Aſarum.
Ariſtolochia.
centrifuga.
Tacca.
Serapias.
Epidendrum.
Stratiotes.
vaga.
Zingiber.

Muſa.
Ananas.
Vanilla.

HETEROCLITÆ.
Trapa.

SPURIÆ.
Lonicera.
Embryopteris.
Barringtonia.
Melocactus.
Begonia?

DICOTYLEDONES.

FRUCTU INFERO.

RADICULA.

INFERA.
MONOCARPÆ.
Exalbuminoſæ.
rectembryæ.
gymnoſpermæ.

COMPOSITIFLORÆ.

LIGULATÆ.

I. Sem. uniformibus.
A. Pappo nullo.
a. *Thal. nudo.*
Lapſana.
Rhagadiolus.
Arnoſeris.
b. *Thal. paleaceo.*
Scolymus.
B. Pappo phyllode.
Catananche.
Cichorium.
C. Pappo capillari.
a. *ſeſſili.*
Zacintha.
Prenanthes.
Sonchus.
Hieracium.
Troximum.
Andryala.
b. *ſtipitato.*
Lactuca.
Chondrilla.
Leontodon.
Crepis.
D. Pappo plumoſo.
a. *Thal. nudo.*
Virea.
Picris.
Scorzonera.
* * *
Helmintia.
Tragopogon.
b. *Thal. paleaceo.*
Seriola.
Achyrophorus.
II. Sem. difformibus.
Rothia.
Tolpis.
Hyoſeris.
Hedypnois.
Hypochæris.
Geropogon.

CAPITATÆ.

I. Congregatæ.
A. Pappo nullo.
Carthamus.
Calcitrapa.
B. Pappo ſetaceo.
Onopordum.
Carduus.
Silybum.
* * *
Lappa.
Serratula.
Onobroma.
Atractylis.
Cyanus.
C. Pappo plumoſo.
Cirſium.
Carlina.
D. Pappo ſpinoſo.
Cnicus.
II. Segregatæ.
Echinops.
Gundelia.

DISCOI-

Discoideæ.

I. Congregatæ.
A. Pappo nullo.
a. *Thal. nudo.*
Artemiſia.
Carpeſium.
Cotula.
* * *
Micropus.
Ethulia.
Hippia.
b. *Thal. paleac. l. vill.*
Santolina.
Gnaphalium.
Tarchonanthus.
* * *
Abſinthium.
Evax.
Iva.
Clibadium.
B. Pappo cotyloide.
a. *Thal. nudo.*
Sparganophorus.
Tanacetum.
b. *Thal. paleaceo.*
Lonas.
Anacyclus.
C. Pappo phyllode l. paleac.
a. *Thal. nudo.*
Ageratum.
b. *Thal. paleac.*
Athanaſia.
Xeranthemum.
D. Papp. capill. l. ſetac.
a. *Thal. nudo.*
Cacalia.
Senecio.
Eupatorium.
Suprago.
Chryſocoma.
Elichryſum.
* * *
Filago.
Baccharis.
Conyza.
Petaſites.
b. *Thal. villoſ. l. paleaceo.*
Anaxeton.
Pteronia.
Calea.
E. Pap. plumoſo l. penicillato.
Sergilus.
Antennaria.
Argyrocome.
Critonia.
Stæhelina.
F. Pappo ariſtato.
Bidens.
Spilanthus.

II. Segregatæ.
Sphæranthus.
Elephantopus.
Trinacte.
Stoebe.
Seriphium.

III. Separatæ.
Ambroſia.
Xanthium.

Radiatæ.

I. Congregatæ.
A. Pappo nullo.
a. *Thal. nudo.*
Bellis.
Matricaria.
Chryſanthemum.
Unxia.
* * *
Calendula.
Lanciſia.
* * *
Milleria.
Oſteoſpermum.
b. *Thal. vill. l. paleac.*
Sigesbeckia.
Phaëthuſa.
Achillea.
Chamæmelum.
* * *
Gorteria.
Sclerocarpus.
* * *
Eriocephalus.
Polymnia.
Parthenium.
B. Pappo cotyloide.
a. *Thal. nudo.*
Pyrethrum.
b. *Thal. alveolato.*
Favonium.
c. *Thal. paleac.*
Leyſera.
Anthemis.
Buphthalmum.
Wedelia.
* * *
Rudbeckia.
* * *
Melampodium.
Chryſogonum.
C. Pappo phyllode.
a. *Thal. nudo.*
Tagetes.
Helenia.
b. *Thal. alveolato.*
Arctotis.
Apuleja.
c. *Thal. paleaceo.*
Eclopes.
Eclipta.
* * *
Osmites.
Helianthus.
* * *
Baltimora.
Silphium.
D. Pap. capill. l. ſetac.
a. *Thal. nudo.*
Jacobæa.
Cineraria.
Tuſſilago.
Solidago.
Erigeron.
Aſter.
Inula.
b. *Thal. vill. l. paleac.*
Perdicium.
Arnica.
Tridax.
* * *

Gazania.

Gazania.
Zoegea.
* * *
Othonna.
E. Pappo plumoso.
a. *Thal. nudo.*
Senecillis.
Mutisia.
b. *Thal. alveol. l. paleac.*
Cuspidia.
Cirsellium.
F. Pappo aristato.
a. *Thal. nudo.*
Pectis.
Synedrella.
b. *Thal. paleac.*
Verbesina.
Coreopsis.
G. Papp. difformi, l. composito.
Doronicum.
Zinnia.
Amellus.
Barnadesia.
Asteropterus.
Bellium.
Pulicaria.
Ursinia.
II. Segregatæ.
Disparago.
Oedera.
angiospermæ.
Syzygium.
Circæa.
Mespilus.
Pirus.
curvembryæ.
Memecylon.
Albuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Opercularia.
angiospermæ.
uniloculares.
Athecia.
Embryopteris.

biloculares.
integræ.
Spermacoce.
Sarissus.
Pavetta.
Ixora.
Coffea.
Lobelia.
bipartibiles.
Diodia.
Knoxia.
Phyllis.
Psychotria.
Grumilea.
tri - l. pluriloculares.
Trixis.
Phylica.
Halesia.
Morinda.
Nenax.
curvembryæ.
Ceratocarpus.
Salicornia.
Boerhavia.
Mirabilis.
Pisonia ?
* * *
Pavetta.
Ixora.
Coffea.
Spermacoce.
Di - l. Polycarpæ.
Crucianella.
Sherardia.
Galium.
Richardia.
Supera.
Monocarpæ.
Exalbuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Valeriana.
Fedia.
Combretum.

angiospermæ.
Corylus.
Carpinus.
Juglans.
Quercus.
Fagus.
Castanea.
* * *
Trapa.
Evodia.
Caryophyllus.
Pimpinella.
Sicyos.
Metrosideros.
curvembryæ.
Catappa.
Badamia.
Myrobalanus.
Gaura.
Grielum.
Nelitris.
Myrtus.
Greggia.
Albuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Scabiosa.
Knautia.
Dipsacus.
Corymbium ?
Thesium.
angiospermæ.
uniloculares.
Lonicera.
Barringtonia.
Viscum.
Viburnum.
Psydrax.
Sambucus.
Triosteum.
Adoxa.
Caprifolium.
biloculares.
Chiococca.
Nertera.

Corn-

Cornus.
tri-l. plurilocularis.
Cercodia.
Hedera.
Erithalis.
curvembryæ.
Ditoca.
Scleranthus.
Salsola.
Ficus.
Tetragonia.
Di-l. Polycarpæ.
Umbelliferæ.
Cephalanthus.
Centripeta.
Exalbuminosæ.
rectembryæ.
Rhipsalis.
Metrosideros.
Melaleuca.
Epilobium.
Onagra.
Ludwigia.
Jussiæa.
Leptospermum.
Fabricia.
Gustavia.
* * *
Syzygium.
Jambolifera.
Caryophyllus.

curvembryæ.
Cactus.
Myrtus.
Melastoma.
Osbeckia.
Neurada.
Albuminosæ.
rectembryæ.
poro dehiscentes.
Jungia.
Heuchera.
Hydrangea.
Gesnera.
Roëlla.
Jasione.
Phyteuma.
Trachelium.
Campanula.
circumscissæ.
Sphenoclea.
valvatæ.
Samolus.
Oldenlandia.
Hedyotis.
Rapuntium.
Portlandia.
Begonia.
Bæckea.
Philadelphus.
Montinia.

* * *
Chrysosplenium.
inapertæ.
integræ.
Randia.
Gardenia.
Mussænda.
Tarenna.
Vaccinium.
Brunia.
bipartibiles.
Cinchona.
Nauclea.
curvembryæ.
Mesembryanthemum.
Centrifuga.
Bryonia.
Cucumis.
Cucurbita.
Momordica.
* * *
Datisca.
Grossularia.
Greggia.
Guettarda.
Jambolifera.
Vaga.
Pella.
Guajava.
Punica.
Aphyteja.

DICOTYLEDONES.

FRUCTU SUPERO.

RADICULA.

Infera.
Monocarpæ.
Exalbuminosæ.
rectembryæ.
capsulares aut nucament.
Salix.
Ceratophyllum.

Ventilago.
Protea.
Banksia.
Gelonium.
Paullinia.
drupaceæ.
Calophyllum.

Zizyphus.
Paliurus.
Tectona.
Lantana.
Gmelina.
Premna.
Vitex.
* Spondias.

Spondias.
baccatæ.
apyrenæ.
Hippophaë.
Jasminum.
Melicocca.
Scytalia.
Baffia.
pyreniferæ.
Volkameria.
Citharexylon.
Clerodendrum.
Ovieda.
Duranta.
curvembryæ.
Gyrocarpus.
Acajuba.
Mangifera.
Alectryon.
* * *
Bafella.
Anabafis.
* * *
Jufticia.
Diantbera.
Cakile.
Albuminofæ.
rectembryæ.
capfulares aut nucament.
Taxus ?
Statice.
Mitella.
Chryfofplenium.
Delima.
Bocconia.
* * *
Plantago.
Scabrita.
* * *
Loefelia.
Phlox.
Roridula.
* * *
Rhamnus.
Evonymus.
Ceanothus.

* * *
Melochia.
Commerfonia.
Tilia.
Swietenia.
drupaceæ.
Elæocarpus.
Elæodendrum.
Microcos.
Ganitrus.
baccatæ.
monofpermæ.
Myriftica.
Mimufops.
Phlebolithis.
difpermæ.
Berberis.
Nyctanthes.
tri-l. polyfpermæ.
Empetrum.
Vitis.
Callicarpa.
Aquilicia.
Sapota.
pyreniferæ.
Tournefortia.
Grewia.
curvembryæ.
gymnofpermæ.
Blitum.
Atriplex.
Spinacia.
Cynocrambe.
Corifpermum.
Acnida.
Petiveria.
Pifonia.
angiofpermæ.
capfulares.
claufæ.
Axyris.
Polycnemum.
Queria.
circumfciffæ.
Amaranthus.
Drypis.

Trianthema.
Cufcuta.
valvatæ.
Buffonia.
Claytonia.
Montia.
Lechea.
Convolvulus.
Pectinca.
baccatæ.
Bofea.
Rivina.
Phytolacca.
Ipomœa.
DI-l. POLYCARPÆ.
Exalbuminofæ.
rectembryæ.
VERTICILLATÆ.
Blairia.
Lippia.
Hebenftretia.
* * *
Schmidelia.
Ochna.
* * *
Geum.
Dryas.
* * *
Bannifteria.
Scytalia.
curvembryæ.
Steripha.
Sapindus.
Urena.
Geranium.
Albuminofæ.
rectembryæ.
Selago.
Dalea.
* * *
Myofurus.
Ranunculus.
* * *
Retinaria.
Tetracera.
Entoganum.

Illycium.

Illicium.
Xylopia.
Magnolia.
Michelia.
curvembryæ.
Limeum.
Nolana.
* * *
Dombeja.
Napæa.
Althæa.
Malva.
Lavatera.

RAD. SUPERA.

MONOCARPÆ.

Exalbuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Anciftrum.
Platanus.
Comptonia?
Stellera.
Anacardium.
angiospermæ.
capsulares.
Betula.
Alnus.
Ulmus.
Ægiceras.
Omphalobium.
Trichilia.
Moringa.
drupaceæ.
Thymelæa.
Myrica.
Chionanthus.
Pygeum.
Nitraria.
Baryosma.
Prunus.
Amygdalus.
Pedalium.
Tetragastris.
baccatæ.
Laurus.

Murraya.
Ardisia.
curvembryæ.
Cannabis.
Lupulus.
Hiptage.
Caryolobis.
Rhus.
Celtis.
Sebestena.
Dammara.
* * *
Biscutella.
Iberis.
Alyssum.
Lepidium.
Anastatica.
Myagrum.
Crambe.
Coronopus.
Isatis.
Bunias.

Albuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Thuja.
Juniperus.
Casuarina?
Urtica.
Parietaria.
Rheum.
Globularia.
Cassyta.
Pimelea.
Dais.
angiospermæ.
capsulares.
Plumbago.
Pedicularis.
Melampyrum.
Fraxinus.
Polygala.
Fagara.
Syringa.
Ptelea.

Triumfetta.
Guajacum.
Cedrela.
Heliocarpus.
Oxalis.
Fagonia.
Linum.
drupaceæ.
Olea.
Nageja.
Antidesma.
Camirium?
Antelæa.
Spathelia.
Styrax.
Melia.
Hugonia.
Messerschmidia.
baccatæ.
Piper.
Nandina.
Ophioxylon.
Aquifolium.
Cyminosma.
Royena.
Ligustrum.
Phillyrea.
Cassine.
Limonia.
Mangostana.
curvembryæ.
gymnospermæ.
Obione.
Phryma.
* * *
Rumex.
Polygonum.
Fagopyrum.
Atraphaxis.
Persicaria.
Kœnigia.
Brunnichia.
Coccoloba.
angiospermæ.
Paronychia.

Achyranthes.
Gomphrena.
Corrigiola.
Morus.
Rauwolfia.

Di - l. Polycarpæ.

Exalbuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Aphanes.
Alchemilla.
Agrimonia.
Sibbaldia.
Pentaphyllum.
Comarum.
Fragaria.
Rosa.
* * *
Cerinthe.
Buglossum.
Borrago.
Cynoglossum.
Symphytum.
Onosma.
Echium.
Lithospermum.
Lycopsis.
Myosotis.
Heliotropium.
angiospermæ.
Nephelium.
Cerbera.
Tropæolum.
Quassia.
Spiræa.
Rubus.
Sitodium.
curvembryæ.
Acer.
Triopteris.
Rhizobolus.
Ajenia.
Mecsia.
Nelumbo.

Albuminosæ.
rectembryæ.
gymnospermæ.
Callitriche.
Myriophyllum.
* * *
Anemone.
Adonis.
Atragene.
Clematis.
Thalictrum.
angiospermæ.
Mercurialis.
Tithymalus.
Acalypha.
Ricinus.
Clutia.
Croton.
Jatropha.
Emblica.
Excœcaria.
Ægopricon.
Buxus.
Bradleja.
* * *
Bartramia.
Forskohlea.
Diosma.
Zanthoxylon.
curvembryæ.
Andrachne.
Phyllanthus.
Xylophylla.
Chamælea.
* * *
Menispermum.
Coldenia.

Rad. Centripeta.

Monocarpæ.

Exalbuminosæ.
rectembryæ.
uniloculares.
Pinguicula.
Cuphea.
biloculares.
Acanthus.
Barleria.
Ruellia.
Dianthera.
triloculares.
Hypericum.
Thea.
quadriloculares.
Elatine.
Ammannia.
Sesamum.
Alcanna.
quinque - l. pluriloccul.
Balsamina.
Citrus.
Cacao.
curvembryæ.
Justicia.
Dodonæa.
Hippocastanum.
Rhexia.

Albuminosæ.
rectembryæ.
uniloculares.
Ortegia.
Velezia.
* * *
Trientalis.
Euparea.
Centunculus.
Anagallis.
Limosella.
Lysimachia.
Cortusa.
Androsace.
Dodecatheon.
Primula.
biloculares. Septo simplici
Receptac.
obsoleto aut *sessili*.
Veronica.
Euphrasia.
Sibthorpia.
Rhinanthus.

Stemodia

Stemodia.
Erinus.
Buchnera.
Browallia.
Scoparia.
Gratiola.
Melafma.
* * *
Peplis.
Exacum.
Celfia.
Hydrolea.
Codon.
Saxifraga.
Lythrum.
difcreto.
Antirrhinum.
Mimulus.
Dodartia.
Cymbaria.
Calceolaria.
libero.
Polypremum.
Ophiorrhiza.
favofo.
Glaucium.
bilamellofo.
Digitalis.
Scrophularia.
Capraria.
Chelone.
Manulea.
Schwalbea.
* * *
Buddleja.
Houftonia.
Verbafcum.
Nama.
triloculares.
Olax.
Enargea.
Celaftrus.
Polemonium.
Peganum.
Azalea.
Clethra.
quadri - l. 5. locular.
Erica.
Pyrola.
Andromeda.
Kalmia.
Rhododendrum.
Gaulteria.
Epacris.
Arbutus.
* * *
Penthorum.
Ledum.
Antichorus.
Fraxinella.
curvembryæ.
capfulares.
uniloculares.
circumfciffæ.
Celofia.
Portulaca.
trivalves.
Talinum.
Telephium.
Loefflingia.
Alfine.
Polycarpon.
quadrivalves.
Sagina.
Mœhringia.
Dianthus.
quinquevalves.
Agroftemma.
Lychnis.
Spergula.
plurivalves.
Stellaria.
Arenaria.
Holofteum.
Ceraftium.
biloculares.
Nicotiana.
Hyofcyamus.
triloculares.
Pharnaceum.
Mollugo.
Saponaria.
Silene.
Cucubalus.
* * *
Pittofporum.
quadri - l. plurilocul.
Stramonium.
Ruta.
Glinus.
Ciftus.
Aizoon.
Hermannia.
Corchorus.
Zygophyllum.
* * *
Abroma.
Ceiba.
Velaga.
Goffypium.
Pentapetes.
Sida.
Hibifcus.
Kleinhovia ?
baccatæ.
Ceftrum.
Lycium.
Capficum.
Atropa.
Solanum.
Phyfalis.
Nicandra.
Mandragora.
* * *
Canella.
Malvavifcus.

DI - l. POLYCARPÆ.
Exalbuminofæ.
rectembryæ.
Staphylea.
Tribulus.
curvembryæ.
Nerium.
Cardiofpermum.
Helicteres.

Albu-

Albuminosæ.
rectembryæ.
Blakwellia.
Asclepias.
Cynanchum.
Vinca.
* * *
Tillæa.
Sedum.
Sempervivum.
* * *
Pæonia.
Delphinium.
Aconitum.
Helleborus.
Garidella.
Nigella.
Cimicifuga.
Aquilegia.
Isopyrum.
Caltha.
Trollius.
* * *
Annona.
curvembryæ.
Abutilon.

RAD. CENTRIFUGA.

MONOCARPÆ.
Exalbuminosæ.
rectembryæ.
Populus.
Tamarix.
Ascyrum.
Androsæmum.
Parnassia.
Martynia.
* * *
Cynometra.
Pterocarpus.
Arachis.
Hymenæa.
Guilandina.
Tamarindus.
curvembryæ.
SILIQUOSÆ pleræque.
LEGUMIN. pleræque.
Albuminosæ.
rectembryæ. Receptac.
obsoleto, s. indefinito.
Drosera.
Gentiana.
Viola.
Papaya.
definito.
unilaterali.
Fumaria.
Actæa.
* * *
Cæsalpinia.
Acacia.
Adenanthera.
Gleditschia.
Cassia.
Senna.
Poinciana.
Ceratonia.
Cercis.
bilaterali.
Chironia.
Swertia.
Menyanthes.
Allamanda.
Lathræa.
Cysticapnos.
Capnoides.
Chelidonium.
trilaterali.
Sarothra.
Granadilla.
Hydnocarpus.
multilaterali.
Argemone.
Papaver.
curvembryæ.
Beta.
Chenopodium.
Salsola.
* * *
Reseda.
Turnera.
Helianthemum.
Bixa.
Hypecoum.
LEGUMIN. quædam.
Cleome.

DI-I. POLYCARPÆ.

Liquidambar.
Samadera?
Balanopteris.
Uvaria.

RADIC. VAGA.

rectembryæ.
Hydrophyllum.
Vareca.
Kiggelaria.
Melicytus.
Besleria.
Muntingia.
Apeiba.
curvembryæ.
Myrsine.
Anguillaria.
Aubletia.
Morisona.
Adansonia.

POLYCOTYLEDONES.

Pinus.
Cupressus?
Rhizophora.
Canarium.
Hernandia?
Lepidium.

CENTURIÆ

CENTURIÆ.

CENTURIA SEXTA.

DI. PASPALUM. Linn. *gen.* 75.

Flores in altero latere racheos linearis ſecundum longitudinem digeſti. Cal. uniflorus, bivalvis, ovato rotundatus. Cor. bivalvis, calyci æqualis, per maturitatem ſemen involvens. Semen corolla corticatum, exſulcum, plano-convexum.

Paspalum virgatum. Tab. 80. fig. 1.

Gramen dactylon majus, panicula longa, ſpicis plurimis nudis craſſis. Sloan. *hiſt. jam. 1. p. 112. t. 69. f. 2.*

Paſpalum ſpiculis paniculatis alternis baſi villoſis, floribus geminis. Linn. *ſyſt. veg. 105.*

Per. nullum, præter corollæ maturæ cruſtam corneam, ſaturate ferrugineam aut caſtaneam, bivalvem: Valvula *exteriore* convexa, punctis excavatis longitudinaliter ſtriata atque margine ſuo inflexo complectente v. *interiorem* planiuſculam, obſolete puncticulatam.

Rec. nullum.

Sem. ellipticum, plano-convexum, ſpadiceum.

Int. ſimplex, membranaceum, arcte adnatum.

Alb. ſemini conforme, farinoſum, duriuſculum, album.

Scut. orbiculatum, tertia parte albuminis brevius.

Emb. linearis, compreſſiuſculus, luteſcens.

*

a.) Spiculæ cum ſitu floſculorum quadruplici ſerie longitudinali in rachi membranacea digeſtorum. b. c.) Floſculi maturi facies anterior & poſterior. d.) Calycis valvulæ diductæ. e. E.) Corollæ cruſtaceæ latus planum. f. F.) Ejusdem pars convexa dorſalis. g. G.) Seminis decorticati dorſum ſcutelligerum. H.) Ejusdem pars ventralis plana. I.) Scutellum cum embryone. K.) Embryo ſeparatus.

Calyces in meis exemplis æquivalves ſunt, nec Valvula exterior breviſſima, ſicuti habet Linnæus l. c.

Paspalum paniculatum. ibid.

— *Gramen miliaceum panicula viridi & purpurea.* Sloan: *hist. jam. 1. p. 115. t. 72. f. 2.*

Paspalum spicis paniculatis verticillato aggregatis. Linn. *l. c.*

Paniculae scapus, ut in praecedenti, triqueter, spiculis (a) inferioribus oppositis, mediis ternato-verticillatis, summis alternis: omnibus ad basin barbatis, cetera autem multo gracilioribus, quam in priori, atque irregularibus flosculorum seriebus stipatis. Flosculi (b) pusilli, in communi pedunculo capillari gemini, plano convexi. Crusta seminis (c. C. D.) coriacea, glabra, nitida, vix striata, straminea aut pallide viridis. Semen (e. E.) rotundatum, plano-convexum, pallidum. Reliqua ut in praecedenti.

Paspalum distichum. ibid.

— *Paspalum spicis duabus: altera sessili, floribus acuminatis.* Linn. *syst. veg. 105.*

Spicae terminales (a) geminae, flosculis subalternis, in singula serie circiter vicenis. Calyx (b. c. d.) ovato-acuminatus, valvula altera (d) concava, altera plana; utraque in medio linea longitudinali exarata. Corolla matura (e. E. f. F.) calyci conformis, crustacea, nitida, minutim puncticulata, pallide straminea. Semen (g.) ovatum, sursum angustatum, plano-convexum, rufescens aut ferrugineum. Reliqua ut in prioribus.

Paspalum tenue. ibid.

— *Paspalum spicis conjugatis.* Berg. *Act. helv. VII. p. 129. t. 8.*

Habitus antecedentis, sed culmi duplo longiores atque graciliores. Spicae terminales (a) geminae, subquadripollicares, lineares, distichae, flosculis in singula serie circiter octogintis. Calyx (b. B. C.) ovato-acuminatus, membranaceus, tenuissimus, subdiaphanus, ad oram ciliatus. Seminis crusta (D.E.) pallida, cetera praecedenti similis.

DII. HOLCUS. Linn. *gen.* 1146.

Flores masculi atque hermaphroditi in eodem culmo, quin saepe intra eundem calycem communem: isti corolla destituti. Cal. bivalvis, uni-bitriflorus. Cor. bivalvis: valvula altera e dorso aristata. Semen exsulcum, nudum aut calyce tectum.

Holcus Sorghum. Tab. 80. fig. 2.

— *Sorghi album. Milium indicum.* Bauh. *hist. 2. p. 449.*

Sorghum fructu albo. Besl. *Eyst. autumn. II. t. 13. f. 2.*

Holcus panicula coarctata ovali, locustis hermaphroditis ovatis villosis, seminibus rotundis compressis. Mieg. *Act. helv. VIII. p. 125. t. 4. f. 3.*

Holcus glumis villosis, seminibus compressis aristatis. Linn. *syst. veg. 759.*

PER. & REC. nullum.

SEM. nudum, liberum, ſubgloboſum, utrinque compreſſiuſculum, absque ſplendore glabrum, lacteo-album, puncto umbilicali nigro.

INT. ſimplex, membranaceum, arcte adnatum.

ALB. ſemini conforme, ſubcartilaginoſum, opacum, album.

SCUT. rotundatum, longitudine dimidii fere ſeminis.

EMB. linearis, ſigmoideus, luteſcens.

*

a.) Ramulus paniculæ maturæ ſeparatus, calycibus maſculis ſubulatis atque hermaphroditis ſubgloboſis ſtipatus. B.) Floſculus hermaphroditus, naturali paulo major, calyce membranaceo, villoſo, albo. C.) Corolla bivalvis, membranacea, tenuiſſima, diaphana, roſeo colore ſuffuſa & ad margines villoſa: Ariſta dorſali tortili, geniculata, caduca. d. e.) Semen nudum, ab utroque latere ſpectatum. f) Ejusdem ut & albuminis ſectio transverſalis. G.) Scutellum cotyledoneum cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

Varietates hujus inſigniores ſunt:

Holcus *bicolor.* LINN. l. c.

Calyx maturus cartilagineus, ater, ſplendens. Semen nudum, præcedenti per ſingula puncta adeo ſimile, ut demtis calycibus nullo modo ab invicem diſtingui queant.

Holcus *rubens.*

Sorghum fructu rubro. BESL. *Eyſt. autumn. II. t. 13. f. 1?*

Cholomou-mille. Caffris. A Sereniſſ. CAROLINA March. Bad. miſſus.

Calyx maturus cartilagineus, dilute caſtaneus, glaberrimus, ſplendens, ſemine dimidio brevior. Semina nuda, obovato globoſa, verſus baſin valde acuminata, rutilantia l. ſubſanguinea, non ſplendentia. Scut. cotyled. grande, dimidio albumine longius.

HOLCUS ſaccharatus. ibid.

Milium arundinaceum ſive indicum, ſemine ſubrotundo. MORIS. *hiſt. 3. S. 8. t. 5. f. 7.* ob floſculos turbinatos.

Sorgum Battari. RUMPH. *amb. 5. p. 194. t. 75. f. 1.* ſecundum LINN.

Holcus panicula ſparſa laterali, locuſtis hermaphroditis villoſis ellipticis, ſeminibus ovalibus. MIEG. *Act. helv. VIII. p. 119. t. 4. f. 1.*

Holcus glummis villoſis, ſeminibus omnibus ariſtatis. LINN. *l. c.*

Panicula oblonga, laxa: *Racemulis* maturis (a) horizontaliter patentibus. Flores (a. b.) fere obovati, obſolete angulati. Calyx (b. c.) uniflorus, valvulis maturis coriaceis, glaberrimis, ſplendentibus, ſtramineis aut ferrugineis, ſemen arcte claudentibus. Corolla (c) membranacea, tenuiſſima, ad margines villoſa: Ariſta dorſali ſetacea, brevi, geniculata. Semen (d. e.) ellipticum,

ticum, calyce & corolla perſiſtentibus tectum, hinc (d.) convexum, inde (e) planiusculum. Albumen (F) cartilagineum. Scutellum atque Embryo ut in præcedenti.

Calycis villoſitas æque inconſtans eſt atque ejus color: illa enim per maturitatem fere ſemper exuitur; hic autem ſæpius in nigrum vel atrum mutatur, quare ab iſtis notis in definienda ſpecierum differentia plane abſtinendum. Inter H. *Sorghum* atque *Saccharatum* non aliud certius datur diſcrimen, quam quod a ſemine vel nudo, vel incruſtato deſumitur, nam in habitu & reliquis partibus, diſcrepantia levis aut nulla eſt.

DIII. CENCHRUS. Linn. *gen.* 1149.

Involucrum commune monophyllum, hiſpidum, lacerum, bi-tri-quadriflorum. Flores geminati, altero maſculo, altero hermaphrodito. Calyx & Corolla bivalves: valvulis acuminatis, muticis. Semen exſulcum, liberum, tectum.

Cenchrus echinatus. Tab. 80. fig. 3.

Gramen americanum, ſpica echinata, majoribus locuſtis. Pluk. *phyt. t. 92. f. 3.*

Panicaſtrella americana major annua, ſpica laxa purpuraſcente. Mich. *gen. p. 36. t. 31.*

Cenchrus ſpica oblonga conglomerata. Schreb. *gram. 2. p. 9. t. 23. f. 1.* Linn. *ſyſt. veg. 907.*

Per. & Rec. nullum.

Sem. liberum, calyce & corolla perſiſtentibus tectum, ellipticum, plano-convexum, pallide ferrugineum.

Int. ſimplex, membranaceum.

Alb. farinoſum, duriuſculum, album.

Scut. ellipticum, dimidio ſemine paulo longius ac in ejus latere plano locatum!

Emb. linearis, rectus, intra ſcutelli rimam deliteſcens.

*

a. b.) Involucrum ſubgloboſum, coriaceum, extus ſpinulis ſurſum convergentibus echinatum, intus (c) glabrum, cetera monophyllum, ſuperne autem in varias lacinias ſpinoſas ſectum, & a latere, quo culmum reſpicit, fiſſura longitudinali ad baſin uſque diviſum. Floſculi ſeſſiles, plerumque gemini (d.), etiam terni aut quaterni, ſed hi fatui & mere membranacei. e.) Calyx cum corolla., f.) Corolla ſemen includens. g. G.) Seminis latus convexum. H.) Ejusdem pars plana, ſcutelligera. I.) Albuminis ſectio transverſalis. K.) Scutellum cum ſitu embryonis. L.) Embryo ſeparatus.

DIV. MELICA.

DIV. MELICA. LINN. *gen.* 82.

Calyx bivalvis, biflorus cum *Rudimento* unius aut duorum flosculorum fatuorum. Corolla inaequivalvis, mutica. Semen sulcatum, nudum.

MELICA nutans. Tab. 80. fig. 4.

Gramen montanum avenaceum. MORIS. *hist. 3. p. 215. S. 8. t. 7. f. 48.*

Poa panicula laxa, locustis nutantibus dianthis, alterno flosculo imperfecto. HALL. *hist. n. 1472.*

Melica petalis imberbibus, panicula nutante simplici. SCHREB. *gram. 1. p. 62. t. 6. f. 2.* LINN. *syst. veg. 112.*

PER. & REC. nullum.

SEM. nudum, liberum, ovato-oblongum, deorsum attenuatum, subteretiusculum, hinc convexum, inde sulco longitudinali medio inscriptum, cetera glabrum, lucidum, quasi oleo illitum, saturate spadiceum, ut fere castaneum.

INT. simplex, tenue, membranaceum.

ALB. farinosum, album, subtransparens.

SCUT. oblongum, quarta parte seminis brevius, angustum, profundo sulco inscriptum.

EMB. linearis, rectus, lutescens.

*

a.) Paniculae pars suprema cum locustis. B.) Locusta naturalis major, cum duobus flosculis fertilibus, totidemque incompletis pyriformibus. C.) Corollae valvulae diductae. d. D.) Seminis pars convexa, scutelligera. E.) Ejusdem pars ventralis sulcata. F.) Albumen transverse sectum. G.) Scutellum cum Embryone.

DV. ORYZA. TOURN. *inst. t.* 296.

Calyx uniflorus, bivalvis, corolla multoties minor. Cor. bivalvis, valvulis navicularibus sulcatis: altera ex apice aristata. Stam. sex. Semen exsulcum, inclusum, liberum, aut corolla adnata incrustatum: Scutello marginali.

ORYZA sativa. Tab. 80. fig. 5.

Oryza. DOD. *pempt. 509.* CAM. *epit. 192.* LINN. *syst. veg. 345.*

PER. & REC. nullum. Corolla pallide straminea, longitudinaliter sulcata, crustacea, semen arcte claudit, nec dimittit.

SEM. ellipticum, lenticulari compressum, duabus in utroque latere atque unica in ventrali acie striis obsoletis notatum, pallide albicans.

INT. tenuissimum, arctissime adnatum, ut vix ullum.

ALB. farinosum, durissimum, semipellucidum, albicans.

SCUT.

Scut. ellipticum, tertia ſeminis parte brevius, & in ejus acie dorſali poſitum.
Emb. linearis, rectus, niveus.

*

a.) Paniculæ racemulus. b.) Corolla aperta cum ſemine in ſitus. c. C.) Semen a latere ſpectatum. D.) Albuminis ſectio transverſalis, cum ſitu Scutelli in acie ſeminis dorſali. E.) Scutellum a fronte ſpectatum. F.) Embryo ſolutus.

Oryza *Paddy-kooning* ſumatrana. Calycis valvulæ lineari acuminatæ, appreſſæ, ſplendentes, niveæ. Corollæ maturæ theca cruſtacea, oblonga, ſtriata, utrinque acuminata, ſubfalcata, extus fulva, intus pallida. Semen oblongum, curvulum, ſtriatum, compreſſum, pallidum, ſubtranſparens.

Oryza in ſiccis creſcens, *Ebbas* dicta. Cum præcedenti a Car. Millero e Sumatra miſſa. Calyx ut in priori, ſed ſpadiceus. Corollæ theca elliptico-oblonga, non falcata, ſed altero tantum latere paulo magis gibba, ſordide lutea, ſubpubeſcens. Semen longe ellipticum, ſtriatum, album, opacum.

DVI. PHALARIS. Linn. *gen.* 74.

Involucrum uniflorum, bivalve: valvulis compreſſis, navicularibus: carina ſupra medium membranaceo marginata. Calyx bivalvis, inæqualis, corolla dimidio brevior. Cor. bivalvis, ſubæqualis. Semen liberum, corolla incruſtatum, exſulcum: Scutello marginali.

Phalaris canarienſis. Tab. 80. fig. 6.

Phalaris major, ſemine albo. Moris. *hiſt.* 3. *S.* 8. *t.* 3. *f.* 1.

Phalaris panicula ſubovata ſpeciformi: glumis carinatis. Schreb. *gram.* 83. *t.* 10. *f.* 2.

Phalaris canarienſis, & *bulboſa.* Linn. *ſyſt. veg.* 103. 104.

Per. nullum, præter corollæ maturæ cruſtam coriaceam, glaberrimam, ſplendentem, cujus valvula altera, alteram fere totam complectitur atque ſemen arcte claudit.

Rec. nullum.

Sem. ovato acuminatum, lenticulari compreſſum, turgidulum, melinum; margine altero linea nigro fuſca notatum, altero ad baſin ſcutelligerum.

Int. membranaceum, tenue.

Alb. farinoſum, candidum.

Scut. oblongum, dimidio ſemine brevius, marginale.

Emb. teretiuſculus, rectus, lacteus.

*

a.) Panicula matura, naturali dimidio minor. b.) Involucrum clauſum. c.) Calyx cum corolla. d.) Corollæ valvulæ diductæ. e. E.) Semen a latere ſpectatum. F.) Albumen transverſe ſectum cum ſitu Scutelli. G.) Scutellum a fronte ſpectatum. H.) Embryo ſeparatus.

Corollæ

Corollæ maturæ theca colore multum variat, deprehenditur enim lactea, ftramineo albicans, cinerafcens, livida, fpadicea, caftanea, quin & nigra; femper autem glabra & fplendens eft.

DVII. ANTITRAGUS.

Flores capitati, duobus aut tribus foliis, bafi ventricofis, involucrati. Cal. uniflorus, bivalvis; valvulis inæqualibus, compreffo-carinatis. Cor. æquivalvis. Stam. duo aut tria. Semen nudum, exfulcum: Scutello marginali.

ANTITRAGUS aculeatus. Tab. 80. fig. 7.

Gramen aculeatum. CAM. *epit. 745.*

Graminis fpecies fingularis — an Dactylis. PALL. *it. ruth. 2. p. 733. t.* K. *f. 1.* & *tab.* Q. *f. 2.*

Schoenus aculeatus. SCHREB. *gram. 2. p. 62. t. 32.*

Schoenus — Phleum — Anthoxanthum aculeatum. LINN. *fyft. veg. XII. p. 81. — XIII. p. 92. — XIV. p. 73.*

PER. nullum.

REC. *commune* conicum tuberculatum, undique flofculis tectum; *partiale* nullum.

SEM. liberum, exfulcum, calyce & corolla perfiftentibus laxe cinctum, fubellipticum, lenticulari compreffum, pallidum, ad fcutelli fedem fufcum aut caftaneum, glabrum, non fplendens.

INT. fimplex, tenuiffimum.

ALB. farinofum, album, fubtranfparens.

SCUT. lineari-lanceolatum, longitudine fere ipfius feminis & ad alterum ejus marginem pofitum.

EMB. longus, fubulatus, lutefcens.

*

a.) Capitula matura, fubglobofa. b. B.) Flofculus feparatus. c. C.) Semen a latere fpectatum. D.) Albumen transverfe fectum, cum fitu fcutelli. E.) Scutellum folutum cum fuo Embryone.

A Schoeno abunde differt embryone fcutellato; a Phleo, calycis & fcutelli cotyledonei forma atque fitu; & ab Anthoxantho, defectu nectarii ariftati, ut & tota fua facie externa. Ergo proprii generis planta, cui cum Kali f. Trago aliqua fimilitudo eft. Anne autem jam PLINIO nota fuerit? quando inquit: *Eft alia herba Tragos, femipedem alta, fruticofa, fine foliis, pufillis racemis rubentibus, grano tritici, acuto acumine, & ipfa in maritimis nafcens.* L. XXV. fect. 17. p. m. 440. — id aliis enodandum relinquo.

DVIII. TRI-

DVIII. TRITICUM. Tourn. *inst. t.* 292. 293.

Flores fpicati. Calyces bivalves, fubmultiflori, ad fingulum racheos dentem finguli. Cor. bivalvis: valvula exteriore fæpe ex apice ariftata. Semen fulcatum, nudum aut corolla incruftatum. Embryonis radiculæ ternæ.

Triticum hybernum. Tab. 81. fig. 1.

Triticum hybernum ariftis carens. Bauh. *pin. 21.* Tourn. *inft. t. 292. f. M. M. M.* Blakw. *herb. t. 40. f. II. III.* Gleich. *t. 16.*

Triticum locuftis imbricatis quadrifloris, glabris muticis. Hall. *hift. n. 1422. α.*

Triticum calycibus quadrifloris ventricofis lævibus imbricatis fubmuticis. Linn. *fyft. veg. 126.*

Per. & Rec. nullum. Corolla per maturitatem coriacea femen involvit.

Sem. ovatum, utrinque acuminatum, apice pubefcens, hinc triquetro-convexum, inde fulco profundo exaratum, melinum aut fubrufefcens.

Int. tenuiffimum, membranaceum.

Alb. farinofum, friabile, candidum.

Scut. ovatum, vix tertia feminis parte longum, lacteum.

Emb. ovato-oblongus, lutefcens. *Plum.* fubparabolica, compreffa. *Radic.* tres, fubcylindricæ, in Scutelli bafi nidulantes.

*

a.) Spicæ maturæ truncatæ pars inferior. b.) Locufta, racheos denti infiftens, feparata: Calyce bivalvi, emarginato-truncato: Corollis quaternis l. quinis, muticis aut ex apice ariftatis: Ariftis ipfa corolla raro longioribus. c.) Seminis pars ventralis, fulco exarata. d.) Ejusdem latus dorfale fcutelligerum. E.) Scutellum a fronte fpectatum cum Embryone toto denudato. f. g.) Semen germinans, producens deorfum lacinulam carnofam (γ), e fcutello oriundam, furfum vero vaginam cotyledoneam (h), membranaceam, purpurafcentem, e qua demum rupta, verum folium gramineum (i.) truditur.

Triticum album. ibid.

Triticum ariftis longioribus, fpica alba. Bauh. *pin. 21.* Tourn. *inft. t. 293. f. F.*

Triticum chalepenfe, fpica breviore nitidiffima alba. Moris. *hift. 3. p. 175.*

Triticum calycibus quadrifloris ventricofis glabris imbricatis ariftatis. Linn. *fyft. veg. l. c.*

Icon. Sem. Malpigh. *Op. omn. p. m. 89. t. 54. f. 325. A—G.*

Spica, heic truncata (a), fubquadrangula, difticha, arcte imbricata *Locuftis* (b.) tri-l. quadrifloris; flofculis duobus inferioribus folis fertilibus. Calycis glumæ leviter ventricofæ, glaberrimæ, nitidæ, albæ, in dorfo argute carinatæ, mucrone fubadunco terminatæ. Corollæ fertiles longiffimis ariftis ex apice inftructæ: reliquæ muticæ. Semen (c. d.) priori fimillimum, paulo falte…

ſaltem ventricoſius & magis ruſeſcens. Albumen (e. E.) profunda rima inciſum, nivei coloris. Scutellum (F. α.) & Embryo (F. β) ut in praecedenti. Semen germinans (g. h.) ab utroque latere ſpectatum. Vagina (i.) pallida; Folium primum (k) leviter pubeſcens.

TRITICUM monococcum, ibid.

Frumentum monococcum. DOD. *cereal. p. m. 34.*

Zea oriza dicta, ſeu monococcos, germanica. BAUH. *theat. 415.* MORIS. *hiſt. 3. S. 8. t. 6. f. 2.*

Triticum ſpica diſticha, floribus ternis, fertili unico, glumis tridentatis, florali ariſtata. HALL. *hiſt. n. 1425.*

Triticum calycibus ſubtrifloris: primo ariſtato, intermedio ſterili. LINN. *ſyſt. veg. l. c.*

Spica (a) diſticha, arcte imbricata, compreſſiuſcula, ſubanceps. Locuſtae (b) floſculis tribus aut quatuor, quorum unicus fertilis & longiſſime ariſtatus, reliqui ſteriles, mutici, aut ariſta breviſſima muniti. Semen (c. d.) ovatum, utrinque acuminatum, triquetro-compreſſum, hinc ſulcatum, pallide ruſeſcens. Albumen (e.) farinoſum, fere bipartitum. Scutellum (F.) & embryo ut in reliquis. g. h.) Semen germinans, cito quinque radiculas, uti T. *aeſtivum*, promens.

DIX. SECALE. TOURN. *inſt. t. 294.* LINN. *gen. 97.*

Flores ſpicati. Calyces bivalves, biflori, in ſingulo racheos dente ſinguli. Cor. bivalvis: valvula altera ex apice ariſtata. Semen liberum, nudum, ſulcatum, vertice obtuſo. Embryonis radiculae ternae.

SECALE cereale. Tab. 81. fig. 2.

Secale. FUCHS. *germ. ic. 439.* DOD. *cereal. p. 50.* CAM. *epit. 190.* MORIS. *hiſt. 3. S. 8. t. 2. f. 1.* BLAKW. *herb. t. 424.*

Secale glumarum ciliis ſcabris. HALL. *hiſt. n. 1421.* LINN. *ſyſt. veg. 125.*

PER. & REC. nullum. Corolla ſemen dimittit.

SEM. oblongum, apice pubeſcens & quaſi truncatum, inferne anguſtatum & valde acuminatum, hinc triquetro convexum, inde profundo ſulco inſcriptum, melinum.

INT. tenuiſſimum, membranaceum.

ALB. farinoſum, duriuſculum, album.

SCUT. ovato-oblongum, tertiam circiter ſeminis partem aequans, lacteum.

EMB. oblongus, luteſcens. *Plum.* oblonga, compreſſa. *Radiculae* tres, ſubcylindricae.

*

a.) Spicæ maturæ & truncatæ pars inferior. b.) Locusta separata. c. d.) Seminis facies anterior & posterior. e.) Albumen transverse sectum. F.) Scutellum cum Embryone denudato. g. h.) Semen germinans: vagina cotyledonea saturate purpurea.

DX. HORDEUM. Tourn. *inst. t.* 295. Linn. *gen.* 98.

Flores spicati, ad singulum racheos denticulum terni. Cal. uniflorus, bivalvis: valvulis angustis, acuminatis, distantibus, involucrum (sic dictum) hexaphyllum junctim formantibus. Cor. aristata. Semen corolla corticatum. Embryonis radiculæ senæ.

Hordeum hexastichon. Tab. 81. fig. 3.

Hordeum polystichon hybernum. Bauh. *theatr.* 439. Moris. *hist.* 3. S. 8. *t.* 6. *f.* 3.

Hordeum spica polysticha, floribus omnibus hermaphroditis, longe aristatis. Hall. *hist. n.* 1534.

Hordeum flosculis omnibus hermaphroditis aristatis, seminibus sexfariam æqualiter positis. Linn. *syst. veg.* 125.

Per. & Rec. nullum. Corolla matura coriacea semen involvit, nec dimittit.

Sem. ovatum, utrinque acuminatum, subangulatum, area dorsali planiuscula, ventre gibbo, profunda rima cæso.

Int. tenuissimum, membranaceum, lividum.

Alb. farinosum, durum, album.

Scut. ovatum, quartam seminis partem longum, niveum.

Emb. compressus, oblongus. *Plum.* linguiformis. *Radic.* papillosæ, senæ, duplici serie positæ.

*

a.) Spica matura truncata. b.) Flosculi racheos denticulo instentes. c. d.) Corollæ maturæ facies anterior et posterior. e.) Seminis decorticati pars dorsalis. f.) Ejusdem latus ventrale. G.) Albumen transverse sectum. H.) Scutellum cum Embryone denudato.

Hordeum distichum. ibid.

Hordeum vulgare distichum. Moris. *hist.* 3. *S.* 8. *t.* 6. *f.* 1.

Hordeum flosculis lateralibus masculis muticis, seminibus angularibus imbricatis Linn. *syst. veg. l. c.*

Spica (a.) compressiuscula, seu transversim latior quam crassa, duplici serie flosculorum defectivorum (α. α.) in utroque latere plano, atque simplici ordine florum fertilium ad utrumque marginem stipata. Calycis valvulæ (β.) lineares, corolla dimidio breviores. Corolla matura (b. c. d.) coriacea, angulata, semini adnata, apice desinens in Aristam sibi sedecies lon-

giorem

giorem. Semen decorticatum (e. f. G.) ovatum, ſulcatum, angulatum. Scutellum (H.) rotundatum. Embryonis radiculæ ſex, papillares.

DXI. ZIZANIA. Linn. *gen.* 1062.

Flores maſculi & feminei in eodem culmo. MAS. Cal. nullus. Cor. bivalvis, mutica. Stam. ſex. FEM. cal. nullus. Cor. bivalvis, ex apice ariſtata. Semen ſulcatum, corolla incruſtatum.

Zizania paluſtris. Tab. 82. fig. 1.

Zizania ſylveſtris aſſurgens tenuis & ramoſa, panicula laxa racemoſa. Brown. *hiſt. jam. 340.*

Zizania panicula inferne racemoſa, ſuperne ſpicata. Schreb. *gram. 2. p. 54. t. 29.*

Zizania panicula inferne racemoſa maſcula, ſuperne ſpicata feminea. Linn. *ſyſt. veg. 855.*

Per. & Rec. nullum. Corolla matura coriacea ſemen arcte claudit, nec dimittit.

Sem. oblongum, teretiuſculum, inferne paulo anguſtius, nigro aut ferrugineo-fuſcum, hinc convexum ſtria notatum, inde ſulco parum profundo exaratum.

Int. ſimplex, membranaceum.

Alb. farinoſum, durum, ex aquo aut livido albicans.

Scut. lineari-lanceolatum, acuminatum, longitudine fere albuminis.

Emb. figura & longitudine ſcutelli, luteſcens.

*

a.) Corolla matura a dorſo ſpectata, ad ortum ariſtæ ſubulato-ſetaceæ barbata. b.) Ejusdem latus ventrale. C.) Ejusdem nec non Albuminis ſectio transverſalis, qua angulata corollæ forma & valvularum ſuarum arcta commiſſura monſtratur. d.) Valvulæ diductæ, utraque ſed inæqualiter ariſtata. e.) Seminis pars dorſalis ſulcata. f.) Ejusdem latus convexum ſtria tenui notatum. G.) Albumen denudatum. H.) Scutellum embryoni junctum. I.) Embryo ſeparatus.

DXII. SACCHARUM. Linn. *gen.* 73.

Calyx bivalvis, uniflorus, extus ad baſin longa lanugine ſtipatus. Cor. bivalvis aut nulla. Semen liberum, exſulcum.

Saccharum ſpontaneum. Tab. 82. fig. 2.

Kerpa. Rheed. *mal. 12. p. 85. t. 46.*

Saccharum foliis convolutis, panicula effuſa, ſpicis capillaribus ſimplicibus, floribus remotis involucratis geminatis: altero pedunculato. Linn. *ſyſt. veg. 103.*

Ex herbario Bankſiano.

PER. & REC. nullum. Calyx aut corolla ſemen laxe involvit & ſponte dimittit.

SEM. minutulum, ovato globoſum, obſoletiſſime trigonum, exſulcum, pallide rufeſcens.

INT. tenuiſſimum, membranaceum.

ALB. farinoſum, aqueo-pallidum, ſubtranſparens.

SCUT. ſubrotundum, quartam ſeminis partem longum, niveum.

EMB. linearis, rectus, luteſcens.

*

a.) Paniculæ portio. A.) Floſculorum ſitus proprius. B.) Calycis, baſi lanati, valvulæ diductæ. c. C.) Semen a ventre, & D.) idem a latere ſpectatum. F.) Scutellum cum Embryone.

Corollam univalvem, quam LINNÆUS *mant. p. 183.* huic gramini tribuit, in meis exemplis fruſtra quæſivi.

DXIII. RESTIO. LINN. *gen.* 1331.

Flores maſculi & feminei in diſtinctis culmis. MAS. Spica ovata, imbricata ſquamis unifloris membranaceis. Cor. hexapelata, perſiſtens. Stam. tria. FEM. Involucrum ſpiciforme, uniflorum, ovatum, imbricatum ſquamis quatuor l. ſex, membranaceis, ovatis, longe acuminatis. Cal. nullus, ſed ejus loco orbiculus ſpongioſus, corollæ ad aliquam diſtantiam ſubjectus, nunc rotunde trilobus, nunc vero ſtellato-ſexdentatus. Cor. membranacea, hexapelata: petalis rotundatis, concavis, ſpadiceis, margine albis. Styli tres. Nux lapidea unilocularis. Semen unicum, ſubgloboſum.

RESTIO dichotomus. Tab. 82. fig. 3.

Equiſetum junceum nigrinodium. BREYN. *Cent. 176. t. 91.*

Reſtio dichotomus, ſcapis floriferis longiſſimis, panicula filiformi nutante laxa, ſpicis oblongis ſquarroſis. ROTTB. *deſcr. p. 2. t. 1. f. 1.* mas.

Reſtio culmis dichotomis, ſpicis ſolitariis. LINN. *ſyſt. veg. 881.*

Ex dono Cl. THUNBERGII, qui monuit, eſſe varietatem majorem R. *dichotomi* communis.

PER. Nux elliptico globoſa, lapidea, glabra, extus & fractura nigro-caſtanea, intus pellicula alba veſtita, unilocularis, evalvis, corolla perſiſtente baſi cincta.

REC. nullum: ſemen vertici nucis affixum.

SEM. unicum, ovato-globoſum, pallide ſtramineum aut rufeſcens, lata area umbilicali nigro-fuſca in vertice notatum.

INT.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, aqueo - pallidum.

Emb. ſubcylindricus, breviſſimus, monocotyledoneus, in baſi albuminis locatus.

*

a. b.) Involucrum femineum nucem excipiens. c. d.) Nux in ſitu naturali atque inverſo, cum adhærentibus ſibi feminei floris reliquiis. E.) Corolla ſeparata. F. G.) Eadem inverſa, cum orbiculo fungoſo, trilobo, aut ſexdentato. h.) Nux transverſe ſecta. i.) Semen in ſitu naturali, cum fuſca verticis area. K.) Albumen transverſe — & l.) idem longitudinaliter ſectum.

Floris maſculi characterem Linnæus rectius, quam Rottboellius tradidit; ſed feminei floris character Linnæanus, maximam partem erroneus eſt, & præter falſam fructus fabricam, id quoque peccat, quod ſemineas ſpicas, maſculis ſimiles, adeoque & multifloras, innuat. Monemus cetera, quod in noſtris exemplis ne unicum quidem ſemen fuerit probe maturum; quare alii in veram ſedem Embryonis ulterius inquirant: nam poterit ille forſan in vertice ſeminis, ſub area umbilicali eſſe locatus, etſi Scleriæ & congenerum fabrica, id ſuadere non videatur.

32* *HYPHÆNE.* vid. Vol. 1. p. 28.

Hyphæne crinita. Tab. 82. fig. 4.

Ex ſeminario hort. Amſtelod.

Drupa (α. β. γ.) obovata, verſus alterum, ſ. rectiuſculum latus in aciem obtuſiſſimam compreſſa, ſpadiceo fuſca, magnitudine volæ manus. *Cuticula* (β.) tenuis, membranacea. *Putamen* (β. γ.) uniloculare, corneo-coriaceum, tenaciſſimum, fibris capillaribus rigidiuſculis denſiſſime contectum, æquabiliter craſſum, præterquam in ſupremo dorſi arcu, ubi craſſities ita deliqueſcit, ut ſoli fere crines regionem iſtam teneant & proxime ſubjectam embryonis papillulam obtegant. *Receptac.* in fundo putaminis ex fibris lignoſis, baſi ſeminis inſertis. *Semen* (δ.) grande, ſubgloboſum, hinc in obtuſiſſimam aciem compreſſum, inde inſigniter gibbum & rotundatum, ac ad apicem in brevem umbonem productum. *Integ.* ſimplex, craſſum, rufeſcens, extus furfuraceum, intus cruſtaceum, albumini arctiſſime adnatum. *Albumen* (ε.) ſemini conforme, cartilagineum, obſoletis ſtriis ſubruminatum (η.), album, juxta verticem area ſubrotunda (ζ.) cum papillula embryonitega (ϑ) notatum, intus ampliſſima cavitate inani exſculptum. *Embryo* (ϑ. ι.) monocotyledoneus, conicus, inverſus, lacteus, in vertice albuminis locatus. *Radic.* orbiculata, planiuſcula, ſupera.

Ergo Hyphæne omnino proprii generis Palma eſt, cui hactenus ſoli embryo contingat in vertice ſeminis poſitus.

DXIV. ERIOCAULON. Linn. *gen.* 100.

Flores aggregati, maſculi atque feminei in eodem receptaculo communi globoſo paleaceo. MAS. Cal. nullus. Cor. tripetala, extus hirſutula. Stam. ſex. FEM. Cal. nullus. Cor. hexapetala, maſculæ ſimilis. Ovar. ſubrotundum, trigonum. Styl. tres. Capſ. pedicellata trilocularis. Sem. ſolitaria.

Eriocaulon ſetaceum. Tab. 83. fig. 1.

Tsjern - kotsjiletti - pullu. Rheed. *mal.* 12. *p.* 129. *t.* 63.

Randalia malabarica, capillaceo folio. Petiv. *gaz. t.* 53. *f.* 10.

Gramen junceum, chamæmeli capitulis albis aphyllis, minus. Burm. *zeyl.* 109.

Eriocaulon culmo ſexangulari, foliis ſetaceis. Linn. *ſyſt. veg.* 127.

Per. Capſula ſubrotunda, argute trigona, membranacea, diaphana, pedicellata, trilocularis, vix dehiſcens.

Rec. nullum, præter angulum internum loculamentorum, cui ſemina ſuperne affixa.

Sem. in ſingulo loculo ſingulum, minutulum, compreſſum, ovatum, ſupra roſtellatum, glabrum, rufeſcens.

Int. ſimpliciſſimum, tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, pallidum.

Emb. monocotyledoneus? minutiſſimus, in ſuprema albuminis parte locatus.

*

a. α.) Planta magnitudine naturali, cum vaginis foliorum, ipſis autem foliis delapſis. b. B.) Corollula maſcula. c. C.) Corolla feminea. d. D.) Capſula integra. E.) Eadem transverſe ſecta. F.) Semen in ſitu naturali. G.) Idem transverſe — & H.) longitudinaliter ſectum, cum rudimento Embryonis. I.) Palea receptaculi communis, ſuperne villoſa & inſigniter aucta.

Embryonis formam atque fabricam in minutiſſimis nec rite maturis ſeminibus non diſtincte vidi, quare alii determinent, num monocotyledoneus, anne vero dicotyledoneus ſit? prius interim ſuadent, ternarius loculamentorum & ſenarius ſtaminum numerus, nec non plantæ habitus, ad Juncos accedens.

DXV. HEMEROCALLIS. Linn. *gen.* 433.

Liliaſphodelus. Tourn. *inſt. t.* 179.

Cal. nullus. Cor. ſexpartita, campanulata, æqualis, ſuperne reflexo-patens. Stam. ſex, declinata, incurva. Ovar. ſuperum, ſubrotundum. Styl. ſimplex. Stigm. trigonum. Capſ. ovata, trilocularis. Sem. plura ſubgloboſa.

Heme-

Hemerocallis lutea. Tab. 83. fig. 2.

Liliasphodelus luteo flore. Clus. *hist. 1. p. 137. c. ic.*

Asphodelus liliaceus, luteo odorato flore. Besl. *Eyst. vern. IX. t. 5. f. 3.*

Hemerocallis foliis lineari subulatis carinatis, corollis flavis. Linn. *syst. veg. 339.*

Icon. Jacq. *hort. 2. t. 139.*

Per. Capsula supera, elliptica, utrinque profunde umbilicata, trigona, trilocularis, trivalvis. Valvulæ coriaceæ, cinnamomeo-rufescentes, extus e sulco depresso, nervis transversis elevatis, intus autem septo medio longitudinali stipatæ.

Rec. nullum, præter angulum centralem loculamentorum, e quo semina duplici serie pendent.

Sem. plura, 6 — 8 in quolibet loculamento, grandiuscula, ovato-globosa, versus umbilicum acuminata & ad mutuum contactum angulata, aterrima, lævigata, splendentia. Umbilicus linearis, brevis, niveus, prope apicem seminis.

Int. duplex: *exterius* chartaceum, aridum, tenue; *interius* spongiosum, adnatum, spadiceum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. monocotyledoneus, longitudine fere albuminis, subteretiusculus, leviter incurvatus, lacteus. *Cotyl.* subclavata, angulato-compressa. *Rad.* capitata, centripeto-supera.

*

a.) Capsula integra. b.) Eadem dissecta, cum situ seminum naturali. c.) Semina soluta. d.) Testa seminis aperta, cum situ & figura nuclei. e.) Albumen denudatum. f.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ embryonis. F.) Embryo solutus.

DXVI. CRINUM. Linn. *gen.* 405.

Involucrum spathaceum umbelliferum. Cal. nullus. Cor. infundibuliformis, monopetala sexfida: laciniis alternis apice incrassato uncinatis. Stam. sex. Ovar. oblongum superum. Styl. simplex. Stigm. trifidum minimum. Capf. oblonga trilocularis. Sem. numerosa imbricata alata.

Crinum africanum. Tab. 83. fig. 3.

Hyacinthus africanus tuberosus, flore cæruleo umbellato. Comm. *hort. amst. 2. p. 133. t. 67.* Breyn. *ic. 23. t. 10.* Mill. *ic. t. 210.*

Crinum foliis sublanceolatis planis, corollis obtusis. Linn. *syst. veg. 319.*

Ex horto regio Kewensi.

Per. Capsula supera, triangulari-prismatica, utrinque acuminata, trilocularis, trivalvis. Valvulæ planiusculæ, extus linea longitudinali depressa, intus septo medio stipatæ.

Rec.

Rec. nullum, præter angulum centralem loculamentorum, cui ſemina, duplici ſerie atque ſurſum imbricata, affixa.

Sem. numeroſa, circiter 24 in ſingulo loculamento, parva, compreſſa, ovato acuminata, ſpadicea, Ala membranacea oblonga alba ſuperne inſtructa.

Int. duplex, utrumque membranaceum, tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, aqueo-pallidum.

Emb. monocotyledoneus, ... in baſi albuminis.

*

a.) Capſula integra. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Valvula a parte ſua interna ſpectata, cum ſitu & inſertione ſeminum. d. D.) Semen ſeparatum. E.) Albumen denudatum.

Ob immaturitatem ſeminum, in omnibus meis ſpeciminibus, embryonis formam conſpicere non licuit.

Errat certe Breynius l. c. quando fructum tricapſularem & ſemina rotunda dicit.

DXVII. LILIUM. Tourn. *inſt.* t. 195. Linn. *gen.* 410.

Cal. nullus. Cor. hexapetala campanulata: petalis apice incraſſatis reflexis; unguibus intus linea canaliculata nectarifera exaratis. Stam. ſex. Ovar. ſuperum angulatum. Styl. ſimplex. Stigm. triangulare. Capſ. trivalvis: Valvis interjecto filo reticulato connexis. Semina plana, diſcoidea.

Lilium bulbiferum. Tab. 83. fig. 4.

Hemerocallis. Cam. *epit. 616.*

Lilium cruentum bulbiferum. Besl. *Eyſt. vern. V. t. 7. f. 1.*

Lilium caule folioſo, foliis ſulcatis gramineis, floribus campaniformibus intus floccoſis. Hall. *hiſt. n. 1232.*

Lilium foliis ſparſis, corollis campanulatis erectis: intus ſcabris. Linn. *ſyſt. veg. 324.*

Icon. Jacq. *auſtr. 3. t. 226.*

Per. Capſula ſupera, priſmatica, rotundato-trigona, coſtis ſex dorſalibus ſuperne membranaceo-alatis, totidemque nervis mediis longitudinalibus exarata, trilocularis, trivalvis. Valvulæ coriaceæ, intus ſeptigeræ, filo ſuturis interjecto & fibrillis ſubalternis pectinato connexæ.

Rec. nullum: ſemina diſſepimentorum margini centrali duplici ſerie longitudinali affixa.

Sem. numeroſa, diſcoidea, plana, verſus umbilicum acuminata, extrorſum vero rotundata, ſubmarginata, e cinnamomeo-ruſeſcentia.

Int. duplex: *exterius* albumine latius, ſubſpongioſum; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, pallidum.

Alb.

ALB. ſemine anguſtius, ovato acuminatum, compreſſum, carnoſum, album.

EMB. monocotyledoneus, linearis, dimidio albumine longior, leviſſime ſigmoideus, lacteus.

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem transverſe ſecta, cum ſitu ſeminum. c.) Semen ſeparatum. d.) Albumen denudatum integrum. E.) Idem longitudinaliter apertum, cum figura & ſitu Embryonis.

LILIUM Martagon. ibid.

Martagon. CAM. *epit.* 617.

Lilium foliis verticillatis, floribus pendulis, corollis revolutis. HALL. *hiſt. n.* 1233. LINN. *ſyſt. veg. l. c.*

Icon. JACQ. *auſtr.* 4. *t.* 351.

Capſula (f.) turbinata, coſtis & nervis ſex, uti præcedens, exarata. Semina (g.) numeroſa, prioribus ſimillima, aliquantulum tamen majora, craſſiora & evidentius marginata. Albumen (h.) ſubellipticum. Embryo (I.) præcedenti ſimilis.

DXVIII. CARANDA.

Spadix .... Spatha .... Cal. triphyllus coriaceus. Cor. nulla. Ovaria intra eundem florem uno plura. Semen ſuperum nudum pedicellatum! embryone laterali.

CARANDA pedunculata. Tab. 83. fig. 5.

Ghalkarande. Zeylonens. E collect. ſem. hort. lugdb.

PER. nullum.

REC. fundus calycis, cui unum, duo, an regulariter tria? ſemina affixa ſunt.

SEM. ſuperum, nudum, grandiuſculum, ſubclavatum, ſeu ex pedunculo tereti, plus minus longo, in ventrem ovato globoſum intumeſcens & deinceps iterum in mucronem conicum, ſubcompreſſum, coarctatum, glabrum aut obſoletiſſime ſtriatum, cinnamomeo-ſpadiceum, *Papillula* embryonitega, pallida, paulo infra verticis mucronem, notatum.

INT. ſimplex, coriaceum, arctiſſime albumini adnatum.

ALB. figura & magnitudine ſeminis, ſuberoſo-cartilagineum, ſordide albicans, punctis fuſcis & ſtriis obliquis, ex axi radiatim divergentibus, ſubruminatum, in medio cavitate longitudinali anguſta & cylindrica exaratum, ac in latere alia cavernula embryonifera exſculptum.

EMB. monocotyledoneus, pyramidatus, lacteus, lateralis. *Rad.* orbiculata, centriſuga.

*

a.) Semina duo, naturali magnitudine, calycis reliquiis basi cincta. b.) Semen transverse — & c.) idem longitudinaliter sectum, albuminis fabricam & embryonis sedem ostendens. d. D.) Embryo naturali & aucta magnitudine.

Ghal, Zeylonensibus significat lapidem; adeoque *Ghalkarande* est Carande, lapidea, in contradistinctionem *Carandie*, *Carendang* aut *Carandas*, quæ secundum BONTIUM, Prunus sylvestris, aut secundum iconem RUMPH. *amb*. 6. t. 25. genuina Randiæ *aculeatæ* species est. Carandam nostram ad Palmas pertinere, vel cœcus videt.

DXIX. NEPENTHES. LINN. *gen*. 1019.

Cal. inferus, quadripartitus, persistens, foliolis ovatis, acuminatis. Cor. nulla. Antheræ quatuor ovario affixæ. Caps. supera, quadrilocularis. Sem. lineari - paleacea.

NEPENTHES destillatoria. Tab. 83. fig. 6.

Utricaria vegetabilis zeylanensium. PLUK. *phyt. t. 237. f. 3.*

Cantharifera. RUMPH. *amb. 5. p. 121. t. 59. f. 2.*

Bandura zeylanica, in extremo foliorum folliculum peniformem expansum habens. BURM. *Zeyl. 42. t. 17.*

Nepenthes. LINN. *syst. veg. 820.*

E seminario hort. Amstelod.

PER. Capsula supera, oblonga, in medio ventricosa, utrique attenuata, disco depresso quadrangulari ex stigmatibus quatuor sessilibus coronata, tetragona, quadrivalvis. Valvulæ extus linea depressa, intus septo longitudinali stipatæ.

REC. nullum præter dissepimenta capsulæ, quibus semina undique in situ suberecto affixa.

SEM. numerosissima, lineari oblonga, utrinque attenuata, sordide straminea.

INT. duplex, *exterius* spongiosum, farctum, nucleo multoties longius; *interius* membranaceum, tenuissimum, ut vix ullum.

ALB. ovato oblongum, teretiusculum, inferne subacuminatum, carnosum, album, in medio seminis collocatum, & a spongiosa testæ substantia arcte involutum.

EMB. monocotyledoneus, filiformis, lacteus, longitudine fere totius albuminis. *Rad*. subacuminata, infera.

*

a.) Pars racemi frugiferi pedalis & ultra: scapo obsolete pentagono, pedunculis primoribus distitis, patenti adscendentibus; secundariis plerumque ternatis. b.) Capsula integra. c.) Eadem ab apice

apice dehifcens. d.) Ejusdem fectio transverfalis. e.) Valvula a parte interna fpectata, cum feminibus fepto undique affixis. f. F.) Semina feparata. G.) Albumen integrum in medio femine hærens. H.) Idem folutum & longitudinaliter diffectum, cum fitu & figura Embryonis.

DXX. PARIS. Tourn. *inft. t.* 117. Linn. *gen.* 500.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala, petalis linearibus. Stam. octo. Ovar. fuperum, fubglobofum. Styl. quatuor. Bacca quadrilocularis. Sem. plura, gemino ordine pofita.

Paris quadrifolia. Tab. 83. fig. 7.

Herba paris. Cam. *epit. 835.* Blakw. *herb. t. 286.* Oed. *flor. dan. t. 139.*
Paris. Hall. *hift. n. 1006.* Linn. *fyft. veg. 381.*

Per. Bacca fupera, globofa, obfolete quadrifulcata, glabra, atro-cærulefcens, fucculenta, quadrilocularis. Pulpa fubaquofa, evanefcens.

Rec. nullum, præter angulum loculamentorum centralem, cui femina duplici ferie affixa.

Sem. fex l. octo in quolibet loculamento, ovato-globofa, hilo filiformi a bafi ad apicem producto notata, ferruginea.

Int. fimplex, membranaceum, albumini arcte adnatum.

Alb. femini conforme, carnofum, pallidum.

Emb. monocotyledoneus, minutulus, ovato acuminatus, lacteus, in bafi albuminis prope umbilicum locatus. *Rad.* acuminata, centripeta.

*

a.) Bacca integra, vegeta, calyce corolla & filamentis perfiftentibus bafi cincta. b.) Eadem marcefcens transverfim fecta, cum infertione feminum. c.) Semina foluta, magnitudine naturali. C.) Semen auctum, inverfum, ut umbilicus cum hilo filiformi appareat. D.) Albumen longitudinaliter diffectum, cum fitu embryonis. E.) Embryo folutus & infigniter auctus.

Facillime minutulus embryo in albumine confpicitur, quando hoc per aliquot horas in aqua detinetur diffectum; tunc enim ifte, punctuli nivei fpecie prope umbilicum apparet.

DXXI. ARUM. Tourn. *inft. t.* 69. Linn. *gen.* 1028.

Spatha floralis monophylla, oblonga, inferne convoluta, fuperne acuminata, interne colorata. Spadix clavatus, inferne ovariis & in medio antheris ftipatus, cetera vero nudus. Bacca unilocularis. Semina pauca, fubglobofa.

Arum Dracunculus. Tab. 84. fig. 1.

Dracontium. Dod. *pempt. 329.* Blakw. *herb. t. 269.* — majus. Besl. *Eyft. æftiv. IV. t. 1. f. 1.*

Arum palustre polyphyllum. Riv. *monop. t. 125.*

Arum foliis pedatis: foliolis lanceolatis integerrimis æquantibus spatham spadice longiorem. Linn. *syst. veg. 827.*

Per. Bacca obovata, a vicinarum pressione subangulata, ad verticis scrobiculum quadri-l. pentacollis, glaberrima, nitida, coccinea, carnosa, unilocularis. Loculamento propria membrana vestito, a seminibus discreto.

Rec. filiformi-compressum, parietale seu loculamenti lateri superiori appressum & cum eo conglutinatum, quatuor circiter funiculis umbilicalibus brevissimis stipatum.

Sem. duo, reliquis abortientibus, horizontalia, ovato-globosa, a mutuo contactu subangulata, utrinque in mucronem producta, subcarnosa, albicantia aut rufescentia, rugosula.

Int. duplex: *exterius* spongioso carnosum, ad umbilici sedem insigniter crassum; *interius* membranaceum, tenuissimum, albumini adnatum.

Alb. obovatum, prope umbilicum fovea infundibuliformi exsculptum, ut sectio ejus longitudinalis cordata appareat, cetera farinosum, friabile candidissimum.

Emb. monocotyledoneus, teretiusculus aut subclavatus, rectus, lutescens, in parte albuminis umbilico opposita locatus. *Rad.* leviter incrassata, verticem seminis & latus baccæ receptaculo oppositum respiciens.

*

a.) Baccæ aggregatæ in inferiori parte spadicis. b.) Bacca separata integra. c.) Eadem longitudinaliter dissecta, cum situ seminum naturali. d.) Ejusdem sectio transversalis, cum receptaculo seminum parietali. e. e.) Semina soluta. F.) Seminis & albuminis sectio longitudinalis, cum situ embryonis. G.) Embryo separatus.

Etiam in Aro *maculato* semina video parieti baccæ affixa, secus atque habet icon Flor. dan. t. 505, in qua & justo plura, & versus centrum vergentia ac rubicunda pinguntur semina.

DXXII. CALLA. Linn. *gen.* 1030.

Spatha monophylla, ovato-cordata, patentiuscula. Spadix subulatus simplex fructificationibus tectus. Stamina nunc supra ovaria in spadice posita nunc iis intermixta. Bacca carnosa plurilocularis. Semina solitaria erecta.

Calla æthiopica. Tab. 84. fig. 2.

Arum æthiopicum, flore albo odorato moschum olente. Comm. *hort. amst.* 1. *p. 95 t. 50.*

Calla foliis sagittato-cordatis, spatha cucullata, spadice superne masculo. Linn. *syst. veg. 829.*

Ex horto regio Kewensi.

Per.

PER. Bacca turbinata, vertice turgido pulvinato carnoſo, lateribus angulatis, deorſum attenuatis & prope baſin ſubmembranaceis diaphanis, cetera ſex-l. octolocularis, e minio rubra.

REC. nullum: ſemina fundo loculamentorum affixa.

SEM. in ſingulo loculamento ſingulum, ſubteretiuſculum, utrinque obtuſum, ad latus internum hilo protuberante compreſſo ab umbilici foramine ad ſeminis apicem decurrente notatum, nigro fuſcum, glabrum.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, foraminulo umbilicali in baſi perforatum; *interius* membranaceum, luteſcens, chalaza fuſca in vertice notatum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, album.

EMB. monocotyledoneus, ſubulatus, rectus, luteſcens. *Rad.* incraſſata, infera.

*

a.) Baccæ ad baſin ſpadicis aggregatæ. b.) Bacca ſeparata, integra. c.) Eadem longitudinaliter diſſecta. D.) Ejusdem, inverſæ, ſectio transverſalis, cum ſitu & numero loculamentorum. e. E.) Semina in ſitu naturali. F.) Seminis atque albuminis ſectio transverſalis. G.) Utriusque ſectio longitudinalis, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

DXXIII. SAGITTARIA. LINN. *gen.* 1067.

Flores ſexu diſtincti in eodem caule. MAS. Cal. triphyllus. Cor. tripetala. Stam. triginta. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovaria plurima compreſſa. Capſulæ *utriculares* numeroſiſſimæ, ſemilunatæ, compreſſæ. Semen teretiuſculum, conduplicatum.

SAGITTARIA ſagittifolia. Tab. 84. fig. 3.

Sagitta. DOD. *pempt. 588.* CAM. *epit. 874.* OED. *flor. dan. t. 172.*

Sagitta foliis acuminatis. HALL. *hiſt. n. 1185.*

Sagittaria foliis ſagittatis acutis. LINN. *ſyſt. veg. 856.*

PER. Capſulæ ſuperæ, numeroſiſſimæ, in globum collectæ, ante maturitatem lenticulari compreſſæ, poſtea membranaceo - bracteatæ, ſubſemilunares, ſtylo breviſſimo recurvo terminatæ, uniloculares, non dehiſcentes, pallide ſtramineæ.

REC. *commune* globoſum, nudum, puncticulatum; *proprium*, Funiculus filiformis brevis, intra loculamentum e baſi capſulæ porrectus, ſemen ſuſtinens.

SEM. unicum, ovato-oblongum, ſtria media longitudinali, ex umbilico, utrinque inſcriptum, ut conduplicatum videatur, minutiſſime puncticulatum, rufeſcens.

INT. ſimplex, tenuiſſimum, tranſparens.

ALB. nullum.

EMB.

EMB. magnitudine feminis, tereti acuminatus, conduplicatus, albus. *Rad.* incraffata, infera.

*

a.) Capfulæ maturæ in globum collectæ. b.) Recept. commune denudatum. c. C.) Capfula feparata, integra. D.) Eadem aperta cum fitu & figura feminis. E.) Semen funiculo umbilicali inftructum. F.) Embryo denudatus, cruribus diductis.

DXXIV. ALISMA. LINN. *gen.* 460.

Cal. monophyllus, trilobus. Cor. tripetala. Stam. fex. Ovar. plura: ftylis fimplicibus. Capfulæ plures, coriaceæ, uniloculares. Semen conduplicatum.

ALISMA Plantago aquatica. Tab. 84. fig. 4.

Plantago aquatica. DOD. *pempt. 606.* CAM. *epit. 264.* OED. *flor. dan. t. 561.*

Damafonium foliis ellipticis lanceolatis, capitulo rotunde triquetro. HALL. *hift. n. 1184.*

Alifma foliis ovatis acutis, fructibus obtufe trigonis. LINN. *fyft. veg. 350.*

PER. Capfulæ fuperæ, quindecim ad viginti, intra calicem perfiftentem in capitulum rotunde trigonum atque depreffum collectæ, cruftaceæ, obovatæ, cuneiformi-compreffæ, uniloculares, non dehifcentes, fumofo-ftramineæ.

REC. *commune:* fundus calycis fpongiofus, leviter convexus; *proprium,* Funiculus umbilicalis brevis, e bafi capfulæ ad femen pertinens.

SEM. unicum, oblongum, utrinque linea longitudinali ex umbilico notatum, ut conduplicatum appareat, glabrum, rufefcens.

INT. fimplex, membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine & figura feminis, tereti-acuminatus, conduplicatus, albus. *Rad.* incraffata, infera.

*

a. A.) Capitulum fructigerum a fuperiore — & B.) idem ab inferiore parte fpectatum. c. C.) Capfula integra. D. E.) Eadem longitudinaliter & transverfim diffecta. F.) Semen cum fuo funiculo umbilicali. G.) Embryo denudatus, cruribus diductis.

ALISMA natans.

Damafonium repens, potamogetonis rotundifolii folio. VAIL. *Act. paris. 1719. edit. germ. p. 332. t. 17. f. 8.*

Alifma foliis ovatis obtufis, pedunculis folitariis. LINN. *fyft. veg. l. c.*

Capfulæ fex l. octo, teretiufculæ, ftylo brevi terminatæ. Semen figura & magnitudine cavitatis capfulæ, pallidum. Embryo conduplicatus ut in præcedenti, fed multo obefior.

DXXV. POTA-

DXXV. POTAMOGETON. Tourn. *inſt. t.* 103. Linn. *gen.* 174.

Cal. nullus. Cor. tetrapetala. Stam. quatuor aut octo. Ovaria quatuor: ſtylis ſimplicibus, breviſſimis, recurvis. Drupæ quatuor uniloculares. Semen uncinato incurvum.

Potamogeton natans. Tab. 84. fig. 5.

Potamogeton. Fuchs. *hiſt. lat.* 651. *germ. ic.* 371.

Potamogeton foliis firmis oblongo ovatis petiolatis natantibus. Hall. *hiſt. n.* 843. Linn. *ſyſt. veg.* 168.

Per. Drupæ ſuperæ, quatuor, exſuccæ, ovatæ, hinc gibbæ, inde in aciem rectam compreſſæ, ſtylo brevi recurvo terminatæ. Cortex per maturitatem coriaceo - membranaceus, tenuis. Putamen ſuboſſeum, ſemibiloculare, ſeu in duo crura teretia, ope ſepti incompleti diviſum.

Rec. nullum: ſemen fundo loculamenti affixum.

Sem. teretiuſculum, ſurſum attenuatum, uncinato - curvatum, pallidum aut rufeſcens.

Int. ſimpliciſſimum, tenue, membranaceum.

Alb. nullum.

Emb. magnitudine ſeminis, uncinatus, albus. *Rad.* incraſſata, infera, in loculamenti putaminis crure exteriore locata.

*

a. A.) Drupæ aggregatæ. B.) Drupa ſingula, integra. C. D.) Eadem longitudinaliter & transverſim ſecta, putaminis fabricam internam oſtendens. E.) Semen membrana ſua tectum. F.) Embryo denudatus.

Potamogetonis embryoni duas cotyledones breviſſimas, tuberculorum ſpecie, Adansonus *fam.* 2. *p.* 467. tribuit; ſed illas ego, omni quamvis data opera, reperire non potui.

DXXVI. RUPPIA. Linn. *gen.* 175.

Spatha nulla. Spadix ex axillis foliorum, filiformis, brevis, partibus maſculis & femineis communis. Antheræ octo, ſeſſiles, nudæ, in ſpicam ovatam diſticham digeſtæ. Ovaria aggregata, quaterna aut plura, in anteriore & inferiore, — totidemque in poſteriore ac ſuperiore ſpicæ facie inter antheras poſita. Nuculæ quatuor aut plures, monoſpermæ, pedicellatæ: pedicellis longiſſimis, ex uno ſpadicis maturi, inſigniter elongati, puncto oriundis.

Ruppia maritima. Tab. 84. fig. 6.

Fucus ferulaceus. Lob. *ic.* 255. Oed. *flor. dan. t.* 364.

Pota-

Potamogeton pusillum alterum, seminibus singulis longis pediculis insidentibus. PLUK. *phyt. t. 248. f. 4.* RAJ. *angl. 3. t. 6. f. 1.*

Bucca ferrea maritima, foliis acutissimis. MICH. *gen. p. 72. t. 35.*

Ruppia. LINN. *syst. veg. 169.*

PER. Nuces quatuor aut plures, aggregatæ, pedunculatæ, ovato-acuminatæ, corticatæ. Cortex coriaceo-membranaceus, tenuissimus. Putamen crustaceum, nigrum, uniloculare, evalve.

REC. nullum, præter nucis pedunculum longissimum, filiformem.

SEM. unicum, ovato globosum, supra leviter acuminatum, pallidum.

INT. simplicissimum, membranaceum, tenue.

ALB. nullum, nisi Vitellum velis.

VIT. figura seminis, amygdalino-carnosus, albicans, subtransparens, canali l. sulco brevi, in vertice exsculptus, in quo embryo jacet.

EMB. incompletus, teretiusculus, parte sua posteriore & inferiore in vitello radicatus, reliqua vero liber & solutus in ejusdem sulco decumbens.

*

a. A.) Nuces pedunculatæ integræ. B.) Nux transversim secta. C.) Semen propria sua membrana vestitum. D.) Vitellus a parte anteriore spectatus, cum rima verticis, embryonem a corpore vitelli discernente. E.) Vitelli sectio longitudinalis, intacto embryone, ex ipsa Vitelli substantia oriundo. F.) Embryo paululum elevatus & extra Vitelli sulcum protractus.

Plantam florentem nunquam vidi; hinc characterem floris & inflorescentiæ ex ADANSONO & OEDERI icone mutuatus sum. Secundum RAJUM atque MICHELIUM masculæ partes, a femineis, longo spatio remotæ, atque hæ, in distinctis spadicibus filiformibus collocatæ sunt.

DXXVII. HIPPURIS. LINN. *gen.* 11.

Cal. nullus. Cor. nulla. Stam. unicum, vertici ovarii innatum. Ovarium subglobosum: Stylo simplici, capillari, longitudine staminis. Nux ovato-globosa, unilocularis, monosperma.

HIPPURIS vulgaris. Tab. 84. fig. 7.

Polygonum femina. CAM. *epit. 689.* OED. *flor. dan. t. 87.*

Limnopeuce. HALL. *hist. n. 1572.*

Hippuris foliis octonis subulatis. LINN. *syst. veg. 53.*

PER. Nux infera, elliptico-globosa, brevissimo pedunculo nixa, glabra, spadicea. Cortex tenuissimus, membranaceus. Putamen crassum, durum, album, uniloculare, evalve.

REC. nullum.

SEM.

SEM. unicum, magnitudine & figura cavitatis putaminis, molle, albicans.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum.

ALB. ſemini conforme, amygdalino-carnoſum, craſſiuſculum, album.

EMB. teretiuſculus, ſurſum attenuatus, rectus, longitudine fere albuminis, lacteus. Rad. leviter incraſſata, infera.

*

a.) Nuculæ in verticillis foliorum ſeſſiles. b. B.) Nucula ſeparata, cum ſuo ſtamine atque ſtylo. C.) Putamen denudatum. D.) Idem transverſe ſectum. E.) Semen in cavitate putaminis, longitudinaliter aperti. F.) Albumen longitudinaliter diſſectum cum embryone. G.) Embryo ſolutus.

DXXVIII. CHARA. LINN. *gen.* 1203.

Maſculi flores nulli conſpicui, niſi globulos quosdam velis croceos aut rubicundos, juxta ovaria nonnunquam reperiundos, quorum vero maſculus uſus, ſi non plane fictitius, certe nondum liquide demonſtratus eſt. FEM. Cal. nullus. Cor. nulla; ſed eorum loco integumentum ovarii membranaceum, inapertum. Nux ſpiraliter ſtriata, unilocularis, polyſperma.

CHARA vulgaris. Tab. 84. fig. 8.

Chara vulgaris foetida. VAIL. *Act. paris. 1719. edit. germ. p. 332. t. 16. f. 1.*

Chara caule lævi fragili. HALL. *hiſt. n. 1681.*

Chara caulibus lævibus, frondibus interne dentatis. LINN. *ſyſt. veg. 839.*

PER. Nux veſtita *Integumento* membranaceo, viridi aut pallido, diaphano, integerrimo, nunquam ſponte ſecedente l. dehiſcente, nec niſi data opera a Nuce ſeparando. Putamen ovato globoſum, ex vertice obtuſo lineis ſpiralibus ſtriatum, cruſtaceum, fragile, uniloculare, ferrugineum, pro Nuculæ magnitudine ſatis craſſum.

REC. nullum, præter ſubſtantiam herbaceo-carnoſam, pallidam, friabilem, quæ totam nucis cavitatem replet, & in qua ſemina nidulantur.

SEM. numeroſa, minutiſſima, exacte ſphærica, primum vitreo pellucida, demum opaca, albicantia.

INT. tenuiſſimum, arachnoideum.

ALB. nullum, ſed ejus loco

VIT. ſemini conformis, totus ſolidus, carnoſus, pallidus.

EMB. nullus, præter punctum medullare Vitello innatum, quod ſub germinatione demum evolvitur & in plantam abit.

*

a.) Pars frondis cum foliolis verticillatis, introrſum dentatis. A.) Folium ſeparatum cum denticulis ſuis folioloſis, fructum amplexantibus. B.) Denticulorum foliola magis aucta, gemina, terna,

terna, aut quaterna, inæqualia. c. C.) Nux integumento ſuo veſtita. D.) Eadem, ſuperne ab integumento transverſim ſecto, denudata. E.) Nux longitudinaliter diſſecta, cum ſeminibus globoſis, in pulpa nidulantibus.

Stigmatis ſic dicti pentacollis nullum in hac veſtigium adeſt.

DXXIX. TRIGLOCHIN. Linn. *gen.* 453.
Juncago. Tourn. *inſt. t.* 142.

Cal. triphyllus. Cor. tripetala, calyci ſimilis, niſi quod paulo minor ac tenerior. Stam. ſex. Ovar. ſubrotundum aut oblongum: ſtigmatibus tribus aut ſex. Capſ. tres aut ſex, uniloculares, evalves. Sem. ſolitaria.

Triglochin maritimum. Tab. 84. fig. 9.

Triglochin capſulis ſexlocaribus ovatis. Linn. *act. holm.* 1742. *p.* 147. *t.* 6. *f.* 4. 5. *ſyſt. veg.* 348.

Icon. Oed. *flor. dan. t.* 306.

Per. Capſulæ ſex, ſuperæ, in fructum ovato-globoſum ſtriatum coadunatæ, triquetræ, hinc gibbæ, ſulco depreſſo inſcriptæ, inde acutangulæ, rectæ; cetera coriaceæ, uniloculares, evalves.

Rec. *commune* filiforme, triquetrum, in axi fructus poſitum; *proprium*, Funiculus umbilicalis breviſſimus, ab apice loculamenti ad ſeminis apicem ductus.

Sem. in ſingula capſula unicum, longum, utrinque acuminatum, triquetrum, pallide virideſcens.

Int. membranaceum, tenue, facile ſecedens.

Alb. nullum.

Emb. magnitudine & figura ſeminis, monocotyledoneus, luteſcens. *Rad.* acuminata, infera.

*

a. A.) Fructus integer. B.) Ejus ſectio transverſalis. C.) Recept. commune. D.) Capſulæ ſolutæ integræ. E.) Capſula longitudinaliter aperta, cum ſitu ſeminis. f. F.) Semen ſeparatum. G.) Ejus ſectio transverſalis. H.) Embryo denudatus.

Triglochin paluſtre. Oed. *flor. dan. t.* 490. Hall. *hiſt. n.* 1308. Linn. *l. c.*

Fructus anguſti, elliptici, tripartibiles, tricapſulares. Capſulæ deorſum acuminatæ, triquetræ, evalves. Recept. commune, ut in præcedenti triquetrum, ſed inſuper tribus alis, quaſi totidem diſſepimentis intercalaribus auctum, quæ forſan totidem fuerint capſulæ abortivæ & a vicinis ſuffocatæ? Reliqua ut in priori.

Per germinationem ulterius explorandum eſt, num ſeminum Triglochines, Sagittariæ, Aliſmæ & Potamogetonis nuclei, ſint embryones ipſi, anne vero alius intra eos hæreat embryo minutiſſimus? Poſterius tamen non videtur veriſimile; atque ſecundum nuperiores meas obſervationes, vel ipſum Butomi embryonem, Vol. 1. p. 75. deſcriptum, expungendum eſſe cenſeo, quoniam ejus nuclei, teſta ſua orbati & penitus denudati, ubi per aliquot horas aquæ innatarunt, ut ſimul aëris acceſſu fruerentur, ex pallidis, qui antea fuerunt, toti ſaturate virides facti ſunt: id quod ſolis veris embryonibus, neutiquam autem albumini aut vitello contingere ſolet.

DXXX. ACORUS. LINN. *gen.* 434.

Spadix ſubcylindricus, undique floſculis tectus. Cal. nullus. Cor. hexapetala. Stam. ſex. Ovar. oblongum, ſtigmate ſeſſili. Capſ. inverſe pyramidata trilocularis. Sem. . . . . .

ACORUS Calamus. Tab. 84. fig. 10.

Acorum. CAM. *epit.* 5.

Acorus verus. BESL. *Eyſt. vern. VIII. t. 9. f. 1.* BLAKW. *herb. t. 466.*

Acorus. HALL. *hiſt. n. 1307.* LINN. *ſyſt. veg. 339.*

PER. Capſula ſupera, oblonga, quaſi ex duabus pyramidibus compoſita: *Pars ſuperior*, brevior & craſſior, ſubcoriacea, parabolice-convexa, ſtriis tribus depreſſis inſcripta, & ad latera in marginem incraſſatum, obtuſe crenatum, ſeu in tubercula diviſum, protuberans. *Pars inferior* longior, inverſe pyramidata, rugoſe angulata, membranacea, tenuiſſima, diaphana. Loculamenta tria, non dehiſcentia, farcta gelatina vitreo pellucida, quæ etiam in vetuſto fructu, in aquam conjecto, reproduci poteſt.

REC. nullum, prætèr columnam centralem ex concurſu diſſepimentorum formatam.

SEM. . . . .

*

a.) Spadix magnitudine naturali. A.) Floſculi inſigniter aucti, capſulas continentes. B. C.) Capſulæ a parte ſua ſuperiori atque inferiori ſpectatæ. D.) Capſulæ ſectio transverſalis, cum diſſepimentis axem centralem formantibus.

Incompletam hujus fructus deſcriptionem atque iconem tradere cogor, quia, omni licet adhibita diligentia, nullas tamen ejus capſulas fecundas in hunc uſque diem obtinere potui. Neque etiam recentiorem quemquam reperio, qui matura hujus plantæ ſemina certa fide viderit, præter ſolum MICHELIUM; ut tamen vel ipſa illa Michelii ſemina tria ſolitaria aliquantum ſuſpecta ſint, quum in loculamentis farctis fere ſemper uno plura reperiri ſoleant, niſi ipſa baccata ſint.

DXXXI. FE-

DXXXI. FERULA. Tourn. *inſt.* t. 170. Linn. *gen.* 343.

Umbella compoſita. Involucrum *univerſale* caducum: *partiale* polyphyllum, parvum. Corollæ petala lutea. Fructus ellipticus, ſtriatus, ſubmarginatus.

Ferula tingitana. Tab. 85. fig. 1.

Ferula tingitana folio latiſſimo lucido. Herm. *parad. bat. p.* & *t. 165.* Riv. *pent. t. 10.*

Ferula foliolis laciniatis: lacinulis tridentatis inæqualibus nitidis. Linn. *ſyſt. veg. 281.*

Per. nullum. Fructus inferus, lenticulari-bracteatus, ecalyculatus, ſordide ſpadiceus, bipartibilis.

Rec. filiforme, bifidum.

Sem. duo, figura fructus, foliaceo-compreſſa, hinc leviſſime convexa, tribus ſtriis elevatis, filiformibus notata, atque anguſto margine circumdata, inde plana aut vix ſenſibiliter concava, ſtriis & margine conſpicuis deſtituta.

Int. duplex: *exterius* nucleo latius, ſubcoriaceum tenue; *interius* membranaceum, arcte adnatum.

Alb. ellipticum, ſemine paulo anguſtius, in dorſo obſolete ſtriatum, ſubcartilagineum, album, inodorum.

Emb. dicotyledoneus, inverſus, compreſſus, quinta parte albuminis brevior, lacteus. *Cotyl.* ſubrotundæ, foliaceæ. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Fructus & ſeminis pars exterior dorſalis. b.) Ejusdem facies interior cum inſertione receptaculi. c.) Semina transverſim ſecta. d.) Albuminis denudati latus dorſale. e.) Ejusdem pars ventralis. f.) Embryonis in ſupremo albumine ſitus. G.) Embryo ſolutus & parum auctus.

DXXXII. LIGUSTICUM. Tourn. *inſt.* t. 171. Linn. *gen.* 346.

Umbella compoſita. Invol. utrumque penta-l. pluriphyllum. Cor. petala lutea aut pallida. Fructus oblongus, molendinaceus: alis inæqualibus, nunc marginalibus, nunc dorſalibus latioribus.

Ligusticum Leviſticum. Tab. 85. fig. 2.

Leviſticum vulgare. Moris. *umbell. t. 1. f.* M. m. *hiſt. 3. p. 275. S. 9. t. 3. f. 1.* Riv. *pent. t. 60.* Blakw. *herb. t. 275.*

Liguſticum foliis multiplicibus: foliolis ſuperne inciſis. Linn. *ſyſt. veg. 283.*

Per. nullum. Fructus ovato-oblongus, obſoleto calycis rudimento coronatus, apice & baſi emarginatus, alatus, bipartibilis.

Rec. filiforme, bifidum.

Sem.

SEM. duo, figura fructus, hinc convexa, tribus alis angustis approximatis instructa & ad oram latiori margine rigido nec flexili cincta; inde plana atque linea longitudinali elevata notata; spadiceo albicantia.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum.

ALB. ovatum, acuminatum, hinc leviter convexum, obsolete striatum, inde planum; album, odoratum.

EMB. inversus, tertia albuminis parte longior, lacteus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ. *Rad.* teretiuscula, supera.

*

a, A.) Fructus a dorso spectatus. B.) Ejus sectio transversalis. c.) Seminis latus internum. d. D.) Albumen denudatum. E.) Embryonis in albumine situs. F.) Embryo solutus.

LIGUSTICUM peleponense. ibid.

Seseli peloponense. CAM. *epit.* 514.

Cicutaria latifolia foetidissima. Moris. umb. t. 6. folium. & *t. 1. f.* X. x. semen.

Ligusticum foliis duplicato pinnatis, pinnulis acute dentatis longe lanceolatis. HALL. *hist. n.* 758.

Ligusticum foliis multiplicato-pinnatis: foliolis pinnatim incisis. LINN. *syst. veg.* l. c.

Icon. JACQ. *austr.* 5. *app. t.* 13.

Semina matura (a. b. c.) incurva, e luteo ferruginea, hinc profunde sulcata (a. c.) & tribus alis rigidis costata, inde (b) sulco longitudinali exarata atque duabus alis angustissimis reflexis notata. Albumen (d. e. F.) oblongum, odoratum, sulcis duobus depressis (d. F.) in dorso, & unico consimili (e.) in ventre exaratum. Embryo (F. G.) brevissimus, ovato-globosus, lacteus.

Semen abortivum, ut vult LINNÆUS l. c. neque constans, neque *corculum*, i. e. albumen unquam pentagonum est, nisi ipsa sulci ventralis latera, pro angulis habere velis.

DXXXIII. ANGELICA. LINN. *gen.* 347.

Umbella composita globosa. Invol. *universale* subnullum: *partiale* decaphyllum. Cor. petala subviridia, aut ex purpura albicantia. Fructus ovatus, molendinaceus, aut simpliciter sulcatus & marginato-alatus.

ANGELICA Archangelica. Tab. 85. fig. 3.

Angelica. RIV. *pent. t.* 15. BLAKW. *herb. t.* 496. OED. *flor. dan. t.* 206.

Angelica foliis duplicato-pinnatis, ovato-lanceolatis, serratis. HALL. *hist. n.* 807.

Angelica foliorum impari lobato. LINN. *syst. veg.* 284.

PER.

PER. nullum. Fructus ellipticus, turgide lenticularis, apice & basi leviter emarginatus, sulcato-alatus, albicans, aut pallide stramineus, bipartibilis.

REC. setaceum, bifidum.

SEM. duo, fructui conformia, hinc convexa, ala rigida marginali, tribusque consimilibus dorsalibus stipata; inde planiuscula, simplici stria elevata longitudinali insignita.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum.

ALB. semine multo angustius, ovatum, utrinque acuminatum, plano-convexum, album, odoratum.

EMB. minutulus, inversus, lacteus, in supremo albuminis apice hærens. *Cotyl.* angustæ, brevissimæ. *Rad.* ovato-globosa, crassior, supera.

*

a.) Seminis dorsum. b.) Ejus venter. c.) Ejusdem sectio transversalis. d. e.) Albuminis latus utrumque. F.) Embryonis in albumine situs. G.) Embryo solutus.

Hæc fabrica in seminibus plantæ cultæ s. hortensis obtinet; sed in spontaneæ seminibus, alas dorsales nullas, verum tria tantum juga, eaque humillima esse, HALLERUS l. c. & CRANZIUS *Fasc. p. m. 178.* affirmant. Hinc RIVINI figura seminis, nostræ ex asse respondet, neutiquam vero Cranziana.

DXXXIV. HERMAS. LINN. *gen.* 1332.

Umbellæ compositæ: *terminales* in medio fertiles, in ambitu steriles, flosculis caducis; *laterales* totæ steriles, seriores. Invol. *universale* polyphyllum, *partiale* unifolium. Cal. quinquefidus, in fructu persistens. Cor. petala, integra, æqualia. Fructus subrotundus, marginatus, lenticulari-compressus.

HERMAS depauperata. Tab. 85. fig. 4.

Perfoliata foliis oblongis sinuosis subtus incanis. BURM. *afr. 196. t. 71. f. 2.*

Bupleurum frutescens, foliis amplexicaulibus dentatis subtus villosis. LINN. *sp. pl. 343.*

Hermas. LINN. *syst. veg. 913.*

Ex herbario Banksiano.

PER. nullum. Fructus ovato-rotundatus, lenticulari compressus, inferne leviter emarginatus, superne calyce persistente coronatus, bipartibilis.

REC. setaceum, tenuissimum, ut vix ullum.

SEM. duo, figura fructus, pallide straminea, hinc levissime convexa, in marginem rigidum attenuata, glabra, aut tribus obsoletissimis jugis insignita: inde plana, cum stria media longitudinali elevata.

INT

INT. duplex: coriaceum & membranaceum.

ALB. semine multo angustius, ellipticum, plano-aut concavo-convexum, carnosum, pallidum, inodorum.

EMB. minutus, teretiusculus, inversus, lacteus. *Cotyl.* semicylindricæ, brevissimæ. *Rad.* supera.

*

a.) Umbella terminalis partialis, cum radiis duobus centralibus frugiferis, brevioribus, atque octonis sterilibus longioribus in ambitu. A) Fructus integer, naturali major. B.) Idem transverse sectus. C. D.) Seminis latus utrumque. e. f.) Albuminis facies exterior & interior. G.) Situs & figura Embryonis in apice albuminis.

DXXXV. LASERPITIUM. TOURN. *inst. t.* 172. LINN. *gen.* 344.

Umbella composita. Invol. utrumque polyphyllum. Cor. petala inæqualia. Fructus ecalyculatus, molendinaceus. Seminis alæ quaternæ, membranaceæ, æquales.

LASERPITIUM gallicum. Tab. 85. fig. 5.

Laserpitium e regione massiliæ allatum. BAUH. *hist. 3. p. 137. c. ic.*

Laserpitium lobis latioribus, semine crispo. MORIS. *umb. t. 1. f. 10. 10.*

Laserpitium foliolis cuneiformibus furcatis. LINN. *syst. veg. 281.*

PER. nullum. Fructus ovatus, modice gibbus, molendinaceus, albicans aut pallide stramineus, bipartibilis.

REC. filiforme, bifidum.

SEM. duo, fructui conformia, hinc convexa, duabus alis dorsalibus, totidemque marginalibus, omnibus membranaceis, fimbriatis & ad oram nunc integris, nunc erosis insignata; inde plana, cum linea elevata in medio.

INT. duplex: coriaceum, & membranaceum.

ALB. oblongum, angustum, hinc convexum, obsolete striatum, inde sulco depresso exaratum, carnosum, inodorum.

EMB. minutus, inversus, lacteus. *Cotyl.* oblongæ, compressæ. *Rad.* teretiuscula, supera.

*

a.) Seminis pars dorsalis. b.) Ejus latus ventrale. C.) Idem transverse sectum. d. e.) Albumen ab utraque parte spectatum. F.) Embryonis figura & situs in apice albuminis. G.) Embryo separatus.

LASERPITIUM Aciphylla. ibid.

Laserpitium caule vaginato, petiolis foliorum dilatatis, foliis digitatis linearibus elongatis mucronatis. LINN. *suppl. 181. syst. veg. 282.*

Ex herbario Banksiano.

Fructus (a) elliptico-oblongus, demtis alis subteretiusculus, bipartibilis. Semina (B.) alis quatuor membranaceis stipata & in medio dorso linea elevata, saepe in alam quintam degenerante, notata. Alae luteo-spadiceae, interstitia autem ferrugineo-fusca. Albumen (c. d. E.) tribus sulcis rotundatis elevatis in dorso, & unico depresso, in ventre, inscriptum. Embryo (E.) ut in praecedenti.

DXXXVI. CAPNOPHYLLUM.

Umbella composita, pauciradiata: *Radiis* umbellae partialis lateralibus sterilibus, centrali brevissimo fertili. Involuc. utrumque subtriphyllum brevissimum. Corollulae irregulares. Fructus subsessilis, jugis tuberculato muricatis.

Capnophyllum africanum. Tab. 85. fig. 6.

Caucalis africana, folio minore rutae. Boerh. *lugdb. p. 63. t. 63.*

Conium seminibus muricatis, petiolis pedunculisque laevibus. Linn. *syst. veg.* 278.

Icon. Jacq. *hort. 2. t. 194.*

Per. nullum. Fructus ellipticus, lenticulari compressus, in centro umbellae partialis solitarius, subsessilis, bipartibilis.

Rec. filiforme, bifidum.

Sem. duo, fructui conformia, hinc leviter convexa, jugis tribus (interdum saltem duobus) dorsalibus, approximatis, tuberculato aut denticulato-muricatis insignita & in marginem latiusculum, rigidum, tuberculis rarioribus rugatum desinentia; inde plana aut modice concava, linea media longitudinali, duabusque lateralibus, arcuatis, obsoletiusculis notata.

Int. duplex: coriaceum & membranaceum.

Alb. integumento externo multum angustius, oblongum, hinc convexum, obsolete striatum, inde ex sulco medio leviter concavum, carnosum, inodorum.

Emb. exilis, teretiusculus, inversus, lacteus. *Cotyl.* brevissimae. *Rad.* cylindrica, supera.

*

a.) Umbella matura, cum situ & figura seminum naturali. A. B.) Seminis facies dorsalis atque ventralis. C.) Semina transversim secta. d. e.) Albuminis denudati latus utrumque. F.) Embryonis in apice albuminis situs. G.) Embryo solutus.

DXXXVII. ARTEDIA. Linn. *gen.* 332.

Umbella composita. Invol. utrumque pinnatifidum: *universale* polyphyllum breve, deflexum; *partiale* dimidiatum, triphyllum. Flores interiores steriles. Fructus compressus, marginatus: margine membranaceo, lobato.

Arte-

Artedia squamata. Tab. 85. fig. 7.

Gingidium rauwolfii. Cam. *hort. 67. t. 16.*

Thapsia foliis anethi, semine fimbriato. Moris. *hist. 3. S. 9. t. 18. f. 11.* mala.

Artedia seminibus squamatis. Linn. *syst. veg. 267.*

Per. nullum. Fructus ovatus, membranaceo compressus, ecalyculatus, bipartibilis, spadiceus, margine membranaceo, pallido, lobato.

Rec. setaceum, bifidum.

Sem. duo, hinc levissime convexa, striis quinque capillaribus longitudinalibus inscripta, atque margine membranaceo, in lobos decem - l. duodecim, lingui- aut cochleariformes secto, cincta; inde planiuscula, rugulis squamosis per totum discum muricata, atque linea elevata longitudinali in medio notata. Color partis ventralis fuscus, dorsi autem spadiceus.

Int. duplex: *exterius* chartaceo-coriaceum, tenuissimum; *interius* membranaceum, tenuissimum.

Alb. obovatum, valde compressum, hinc glabrum, inde linea depressa exaratum, cartilagineum, album, inodorum.

Emb. minutulus, subglobosus, lutescens. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* supera.

a.) Radius umbellæ universalis, cum fructibus tribus immaturis, in situ naturali. b.) Seminis maturi pars dorsalis. c.) Ejusdem latus ventrale. d.) Idem transverse sectum. e. f.) Albuminis denudati latus utrumque. G.) Embryonis forma & sedes in supremo albumine. H.) Embryo separatus.

DXXXVIII. SCANDIX. Tourn. *inst. t.* 173.

Umbella composita. Invol. *universale* nullum; *partiale* pentaphyllum. Fructus longissime rostratus, nucleo quarta seminis parte breviore.

Scandix Pecten veneris. Tab. 85. fig. 8.

Pecten veneris. Cam. *epit. 302.*

Scandix. Riv. *pent. t. 38.* Oed. *flor. dan. t. 844.* Jacq. *austr. 3. t. 263.* Moris. *umb. t. 1. f. 42.*

Myrrhis seminis cornu longissimo. Hall. *hist. n. 754.*

Scandix seminis rostro longissimo. Linn. *syst. veg. 287.*

Per. nullum. Fructus ovato-oblongus, obsolete angulatus, rostro longissimo, subulato-compresso terminatus, bipartibilis, fumoso-spadiceus.

Rec. setaceum, bifidum.

Sem. duo, hinc convexa, jugis quinque obsoletis scabris notata, inde sulco profundo longitudinali exarata, in rostrum lineare carinatum & ad margines scabrum desinentia.

INT. duplex: *exterius* coriaceum tenue; *interius* membranaceum, ferrugineo-nigrum, (in aqua ſenſim vırideſcens) nucleo arctiſſime adnatum.

ALB. oblongum, quarta parte ſeminis brevius, cartilagineum, album, hinc convexum, glabrum; inde ſulco medio, ex marginibus introrſum convolutis, profunde exſculptum, inodorum.

EMB. dimidio albumine paulo longior, inverſus, lacteus. *Cotyl.* lineari-lanceolatæ, tenuiſſimæ. *Rad.* linearis, compreſſiuſcula, longa, ſupera.

*

a.) Fructus integer a marginum commiſſura ſpectatus. b.) Seminis pârs dorſalis. c.) Ejusdem latus ventrale. D) Idem transverſe ſectum, cum ſulco ventrali albuminis, e marginum convolutione oriundo. e. f.) Albuminis denudati latus utrumque. g.) Embryonis magnitudo & ſitus in albumine. H.) Idem ſeparatus & auctus.

DXXXIX. YUCCA. LINN. *gen.* 429.

Cal. nullus. Cor. hexapetala, tribus interioribus & tribus exterioribus, baſi inter ſe connatis omnibus. Stam. ſex. Ovarium ſuperum, angulatum. Styl. nullus. Stigmata tria, ſeſſilia, introrſum biloba. Bacca carnoſa, inter ſtigmata foramine anguſto pertuſa, ſexlocularis. Semina diſcoidea, horizontalia.

YUCCA Draconis. Tab. 85. fig. 9.

Aloe americana draconis folio ſerrato. COMM. *praelud. t. 16.*

Yucca draconis folio ſerrato. DILL. *elth.* 437. *t.* 324.

Yucca foliis crenatis nutantibus. LINN. *ſyſt. veg.* 337.

A Cl. HERMANN. Prof. Argentor.

PER. Bacca carnoſa, oblonga, apice contracta & inter ſtigmata ſeſſilia foramine anguſto pertuſa, obſolete hexagona, ſexlocularis, nigra. Cuticula tenuiſſima, non ſecedens. Caro firma, ſanguineo-atra & quaſi fuſca. Diſſepimenta tria craſſiora, & tria tenuiora, utraque longitudinalia: inter hæc, diaphragmata transverſalia, membranacea, tenuiſſima, alba, pro ſingulis ſeminibus cellulas partiales formantia.

REC. nullum, præter angulum centralem loculamentorum, cui ſemina, ſimplici ſerie longitudinali digeſta, & horizontaliter affixa ſunt.

SEM. numeroſa, ſphærice triangula, utrinque planiuſcula, atra, non ſplendentia.

INT. duplex: *exterius* coriaceum; *interius* membranaceum, utrumque tenue.

ALB. ſemini conforme, in recentibus ſeminibus carnoſo-gelatinoſum, pallidum, tranſparens.

EMB. monocotyledoneus, teretiuſculus, dimidio albumine paulo brevior, niveus. *Rad.* ſubincraſſata, centripeta.

a.) Bacca

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem diſſecta. α.) Diſſepimentum craſſius. β.) Septum tenuius. γ.) Diaphragma ſeminibus interpoſitum. c. c.) Semina ſoluta. d.) Albumen denudatum. e.) Idem longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. F.) Embryo ſeparatus & auctus.

DXL. VALERIANA. TOURN. *inſt. t.* 52. LINN. *gen.* 44.

Calyx ſuperus, per maturitatem in pappum ſeſſilem plumoſum reſolubilis. Cor. ſupera, monopetala, ſæpe calcarata; limbo varie diviſo. Stam. unum ad tria. Ovarium inferum uniloculare. Styl. ſimplex. Semen calyce corticatum.

VALERIANA rubra. Tab. 86. fig. 1.

Valeriana rubra. RIV. *monop. t. 3. f. 2.*

Valeriana foliis glaberrimis, floribus calcaratis. HALL. *hiſt. n. 213.*

Valeriana floribus monandris caudatis, foliis lanceolatis integerrimis. LINN. *ſyſt. veg. 79.*

PER. nullum, præter ſeminis cruſtam, e calyce enatam.

REC. nullum.

SEM. unicum, inferum, ovatum, ſurſum anguſtatum, compreſſiuſculum, hinc ſtria unica depreſſa, inde ſulcis tribus elevatis notatum, rufeſcens, pappoſum. *Pappus* ſeſſilis, ſemine longior, radiis circiter viginti, incurvis, plumoſis, baſi in cupulam membranaceam, inverſe conicam, connatis.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, a calyce; *interius* membranaceum, album, diaphanum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, luteſcens. *Cotyl.* ad normam cruſtæ exterioris obſolete ſulcatæ, carnoſæ. *Rad.* conica, ſupera.

*

a.) Semen maturum cum ſuo pappo. b. B.) Ejusdem, excuſſo pappo, facies ſimpliciter ſtriata. c. C.) Ejusdem latus elevato ſulcatum. D.) Pappus a parte inferiore in cupulam conicam deſinente ſpectatus. E.) Seminis ſectio transverſalis. F.) Embryo denudatus in ſitu naturali.

DXLI. KNAUTIA. LINN. *gen.* 116.

Involuc. *commune* ſimplex, ſubcylindraceum, foliolis quinis aut pluribus: *proprium* ovario adnatum, integerrimum, coriaceum, apice pervium. Recept. *commune* anguſtum, nudum, pauciflorum. Calyx ſuperus, breviſſimus, ſubpappoſus. Cor. monopetala: limbo inæqualiter quadrifido. Stam. quatuor. Ovarium inferum. Styl. ſimplex. Semen involucro floris proprio corticatum.

KNAUTIA orientalis. Tab. 86. fig. 2.

Knautia foliis incisis, corollulis quinis calyce longioribus. LINN. *syst. veg.* 147.

PER. nullum, præter involucrum floris proprium, coriaceum, ovato oblongum, lenticulari-compressum, spadiceo-luteum, pilis raris consperfum, superne rima transversali pervium, atque duodecim dentibus setaceis, quorum quatuor reliquis longiores, terminatum; inferne autem, basi callosa, alba, trisulca, instructum.

REC. *commune* angustum, nudum; *proprium* nullum.

SEM. unicum, inferum, involucro suo multo brevius, oblongum, lenticulari-compressum, in stipitem brevem pappigerum desinens. *Pappus* cupularis, sericeo-albus, villosus, brevissimus.

INT. simplex, membranaceum, pallidum.

ALB. semini conforme, carnosum, album, tenue.

EMB. albumine paulo minor, inversus, luteus. Cotyl. ovatæ, carnosæ, planiusculæ. *Rad.* teretiuscula, supera.

*

a. A.) Semen involucro suo corticatum. B.) Ejus pars inferior, cum basi (α.) callosa alba. C.) Ejusdem pars superior denticulis coronata. d. D.) Semen denudatum, cum suo Pappo substipitato. E.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum figura & situ embryonis. F.) Embryo separatus.

DXLII. FEDIA. ADANS.

Calyx superus monophyllus tri-l. pluridentatus. Cor. monopetala, limbo quinquefido, regulari & irregulari. Stam. duo ad quinque. Ovar. inferum. Styl. simplex. Capsula coronata, trilocularis: loculamento unico fertili.

FEDIA olitoria. Tab. 86. fig. 3.

Locusta minor. RIV. *monop. t. 6. f. 2.* OED. *flor. dan. t. 738.*

Valerianella foliis oblongis rariter incisis, corona seminis simplici acuminata. HALL. *hist. n. 214.*

Valeriana floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus, fructu simplici. LINN. *syst. veg. 80.*

PER. Capsula infera, subglobosa, calyce oblique truncato & inæqualiter tridentato coronata, hinc ex medio sulco didyma, inde tribus striis filiformibus notata, trilocularis, evalvis. Loculamenta duo sterilia inflata; unum fertile, lenticulari compressum.

REC. nullum.

SEM. unicum, ovato acuminatum, compressum, pallide lutescens.

INT.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* planiuſculæ, tenues. *Rad.* brevis, ſupera.

*

a.) Fructus in corymbo terminali. b. B.) Capſula ſeparata, a parte ventrali ſpectata. C.) Eadem transverſe ſecta, a dorſo ſpectata, cum loculamentis duobus vacuis atque unico dorſali fertili. d. D.) Semen & embryo in ſitu naturali.

FEDIA cornucopiæ. ibid.

Valerianella cornucopioides. RIV. *monop. t. 5.*

Valeriana floribus diandris ringentibus, foliis ovatis ſeſſilibus. LINN. *ſyſt. veg. 79.*

Capſula (a—C.) ſubparallelipipedea, compreſſiuſcula, fungoſa, calyce dimidiato & tridentato coronata, hinc (a. C.) leviter concava, inde (b.) planiuſcula, utrinque autem linea longitudinali elevata in medio notata. Loculamenta ſpuria (C.) anguſtiſſima, & fere oblitterata. Semen (d.) ovato acuminatum, compreſſum. Albumen nullum. Embryo inverſus, luteus.

FEDIA ſibirica. ibid.

Valeriana lutea humilis. AMM. *ruth. n. 25. t. 3.*

Valeriana tetraſtemon, ſemine foliolo innato. HALL. *Comm. Goett. 1751. p. 207. t. 9.*

Valeriana floribus tetrandris æqualibus, foliis pinnatifidis, ſeminibus paleæ ovali adnatis. LINN. *ſyſt. veg. 81.*

Capſula (a—C.) ovato oblonga, arguto margine cincta, ſuperne calyce quinquedentato, ſæpius tamen obſoleſcente, coronata, inferne pedunculo ſuo brevi florali bracteæ ellipticæ adnata, cetera vero undique libera. Loculamenta ſpuria (C α α) anguſta: fertile autem (C. β) duplo latius, compreſſum. Semen (d.) e viridi fuſcum. Albumen (E) carnoſum, album, tenue, ut fere membranaceum. Embryo (E. F.) gramineo-viridis, radicula albicante ſupera.

FEDIA coronata. ibid.

Valerianella altera tenuifolia, ſemine ſcabioſæ ſtellato. COLUM. *ecphr. 1. p. 207. t. 209.*

Valeriana (Locuſta γ.) floribus triandris, caule dichotomo, foliis linearibus, fructu ſexdentato. LINN. *ſyſt. veg. 80.*

Capſula (a—D.) coriacea, villoſa, inverſe pyramidata (b. C.), trigona, ab altero latere (b. C. D.) profundo ſulco inſcripta, ſuperne autem calyce,

in

in orbem membranaceum (a. b.), varie & inæqualiter dentatum explanato, coronata. Loculamenta ſpuria (D.) anguſta: ſeminiferum duplo latius, compreſſum. Semen (e) ovato acuminatum, parvulum. Albumen nullum. Embryo inverſus, albicans.

DXLIII. SCABIOSA. Tourn. *inſt. t.* 263. 264. Linn. *gen.* 115.

Involuc. *commune* patens, polyphyllum: *proprium* monophyllum, apice pervium, multiforme. Rec. *commune* convexum, paleaceum, multiflorum. Cal. ſuperus, per maturitatem in pappum varium abiens. Cor. monopetala, quadri-l. quinquefida, regularis l. irregularis. Stam. quatuor. Ovarium inferum. Styl. ſimplex: Semen unicum, involucratum.

Scabiosa papposa. Tab. 86. fig. 4.

Scabioſa corollulis quinquefidis inæqualibus, caule herbaceo erecto, foliis pinnatifidis, ſeminibus ariſtatis plumoſoque-papposis. Linn. *ſyſt. veg. 146.*

Per. nullum, præter involucrum floris proprium cylindrico-urceolatum, fungoſum, octo plicatum, apice truncatum & denticulis duodecim l. pluribus breviſſimis ſetaceis terminatum.

Rec. *commune* convexiuſculum, paleaceum; *proprium* nullum.

Sem. unicum, inferum, ovato acuminatum, in ſtipitem brevem pappigerum attenuatum. *Pappus* plumoſus, albus, ſemine longior.

Int. ſimplex, membranaceum, pallidum.

Alb. carnoſum, album, tenue.

Emb. inverſus, luteus. *Cotyl.* ellipticæ, plano-convexæ, tenues. *Rad.* brevis, teretiuſcula, ſupera.

*

a. A.) Involucrum ſeminis integrum. B.) Idem transverſe ſectum, cum ſuis plicis. C.) Pappus ſeparatus. D.) Semen longitudinaliter diſſectum, cum albumine integro. E.) Embryonis in albumine diſſecto ſitus. F.) Embryo ſolutus.

Scabiosa atropurpurea. ibid.

Scabioſa indica. Clus. *hiſt. 2. p. 3.* — *flore ſaturate rubro.* Besl. *Eyſt. æſtiv. IX. t. 10. f. 1. 2.*

Scabioſa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis diſſectis, receptaculis florum ſubulatis. Linn. *ſyſt. veg. 145.*

Involucrum ſeminis (a. A.) e baſi globoſa, octo ſulcata, deſinens in cupulam grandem, inverſe conicam, membranaceam, margine inflexo crenulato terminatam & ad latera arcubus octo elevatis, opacis, areolas oblongas ſubdiaphanas includentibus, inſcriptam. Semen (b.) ſubgloboſum, parvum, deli-

desinens in stipitem filiformem, Pappo setaceo, quinqueradiato terminatum. Albumen tenue. Embryo inversus, albus.

SCABIOSA stellata. ibid.

Scabiosa major hispanica. CLUS. *hist.* 2. *p.* 1. BESL. *Eyst. æstiv. IX. t.* 9. *f.* 1.

Scabiosa corollulis quinquefidis radiantibus, foliis dissectis, receptaculis florum subrotundis. LINN. *l. c.*

Involucrum seminis (a. b. c.) turbinatum, fungosum, lanatum, album, prope verticem (b. c.) profundissime octoplicatum, terminatum disco amplo, rotundato, membranaceo, radiatim striato & ad oram denticulato. Semen, Pappus & reliqua, ut in proxime præcedenti.

SCABIOSA leucantha. ibid. ex fide Martyni Stuttgardiens.

Scabiosa corollulis quadrifidis subæqualibus, squamis calycinis ovatis imbricatis, foliis pinnatifidis. LINN. *syst. veg.* 144. *

Involucrum (a. B. D.) tetragonum, oblongum, membranaceo-coriaceum, striatum (B), terminatum denticulis quatuor (D.) acuminatis majoribus totidemque brevioribus obtusis. Semen involucro suo brevius, ovato-oblongum (C.), rhombeo-compressum, in brevissimum stipitem pappigerum attenuatum. Pappus brevissimus (E.), radiis conniventibus, subdenis, plumosis aut villosis. Albumen tenue. Embryo inversus.

SCABIOSA alpina. ibid. ex fide Martyni.

Scabiosa alpina maxima. LOB. *adv. p.* 232. *ic.* 233.

Scabiosa alpina centauroides. BESL. *Eyst. æstiv. IX. t.* 8. *f.* 1.

Dipsacus foliis pinnatis, pinnis serratis, capitulis globosis. HALL. *hist. n.* 200.

Scabiosa corollulis quadrifidis æqualibus, calycibus imbricatis, floribus cernuis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis serratis. LINN. *syst. veg.* 143.

Involucrum (a. A. B. D.) oblongum, tetragonum (B); membranaceo-paleaceum, striatum (A.), subvillosum, desinens in dentes octo setaceos, scabiusculos (D.), inæquales. Semen (C.) ovatum, striatum, pallidum, in stipitem brevem attenuatum. Pappus (E) sericeo cinerascens, brevissimus, basi monophyllus, apice divisus in radios plures villosos, aut plumosos. Albumen carnosum. Embryo e luteo viridis.

DXLIV. DIPSACUS. TOURN. *inst. t.* 265. LINN. *gen.* 114.

Involuc. *commune* polyphyllum; *proprium* monophyllum, angulatum. Rec. *commune* elongatum, paleaceum. Cal. superus, per maturitatem in pappum cupularem abeuns. Cor. monopetala, quadrifida. Stam. quatuor. Ovar. inferum. Styl. simplex. Semen unicum, pappo monophyllo indiviso.

DIPSA-

DIPSACUS laciniatus. Tab. 86. fig. 5.

Dipsacus folio laciniato. MORIS. *hist. 3. S. 7. t. 36. f. 4.* JACQ. *austr. 5. t. 403.*
Dipsacus foliis connatis sinuatis. LINN. *syst. veg. 143.*

PER. nullum, præter involucrum floris proprium, coriaceum, tetragonum, oblongum, sulcatum, apice pervium & margine æquabili obsolete crenulato terminatum.

REC. *commune* conicum, paleaceum: paleis flore longioribus.

SEM. unicum, inferum, ovato oblongum, rhombeo compressum, pallidum, in brevem stipitem attenuatum. *Pappus* cupularis, tetragonus, sericeo villosus, integerrimus, aut obsolete divisus.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, album.

EMB. inversus, albus. *Cotyl.* oblongæ, compressæ. *Rad.* teres, supera.

*

a. A.) Involucrum cum semine integrum. B.) Idem transverse sectum. C.) Semen denudatum, cum Pappo cupulari. D.) Embryonis in albumine situs. E.) Embryo solutus.

DXLV. THESIUM. LINN. *gen.* 292.

Calyx monophyllus, superus, intus coloratus, quadri-l. quinquefidus. Cor. nulla. Stam. quinque, calycis tubo inserta. Ovar. inferum. Styl. simplex. Nux unilocularis, evalvis.

THESIUM alpinum. Tab. 86. fig. 6.

Thesium floribus subsessilibus, pedunculis foliosis, foliis linearibus. GER. *provinc. 442. t. 17. f. 1.*

Thesium caule diffuso, floribus alaribus, foliis linearibus. HALL. *hist. n. 1574.*

Thesium racemo foliato, foliis linearibus. LINN. *syst. veg. 249.*

Icon. JACQ. *flor. austr. 5. t. 416.*

Ex herbario Banksiano.

PER. Nux infera, ex indurato calycis ventre enata, crustacea, sphærica, nervis longitudinalibus subramosis striata, unilocularis, evalvis.

REC. nullum. Semen basi affixum.

SEM. unicum, globosum, pallidum.

INT. simplicissimum, tenuissimum, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum aut luteolum.

EMB. longitudine fere albuminis, teretiusculus, inversus, albus. *Cotyl.* angustæ, acuminatæ, brevissimæ. *Rad.* fusiformi-incrassata, longa, supera.

a. A.) Nux

*

a. A.) Nux integra, calyce perſiſtente coronata. B.) Ejus ſectio transverſalis. c. C.) Semen ſeparatum. D. E.) Albuminis ſectio transverſalis & longitudinalis, cum ſitu embryonis. F.) Embryo ſolutus. G.) Ejusdem pars inferior, cum Cotyledonibus inſigniter auctis.

DXLVI. CEPHALANTHUS. Linn. *gen.* 113.

Receptac. commune globoſum, fructus in pilam ſphæricam longe pedunculatam colligens. Cal. ſuperus, monophyllus, quadrifidus. Cor. monopetala, quadrifida. Stam. quatuor. Ovar. inferum. Styl. ſimplex. Capſ. quadripartibilis. Sem. ſolitaria.

Cephalanthus occidentalis. Tab. 86. fig. 7.

Scabioſa dendroides americana, ternis foliis caulem ambientibus, floribus ochroleucis. Pluk. *phyt. t. 77. f. 4.*

Cephalanthus foliis oppoſitis ternatisque. Linn. *ſyſt. veg. 143.*

Per. Capſula infera, calyce perſiſtente coronata, inverſe pyramidata, glabra, coriacea, e ſtramineo - rufeſcens aut lateritia, quadrilocularis, quadripartibilis: loculamentis duobus ſæpe abortientibus; omnibus vero evalvibus, nec unquam ſponte dehiſcentibus.

Rec. *commune* globoſum, nudum; *proprium* nullum, præter epiphyſin calloſam, niveam, ſellam equinam quodammodo referentem, ſeminisque vertici adnatam, cujus ope hoc ipſum e loculamenti ſui fornice pendet.

Sem. quatuor, aut duo, in ſingulis vero loculamentis ſingula, oblonga, hinc planiuſcula aut angulata, inde convexa, ſuperne craſſiora atque epiphyſi calloſa terminata, inferne acuminata, rubro - ferruginea.

Int. duplex, præter loculamenti thecam: *exterius* ſubcoriaceum, tenue, nucleo longius, & ſuperne in roſtrum umbilicale productum; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, albumini adnatum.

Alb. ovato - oblongum, compreſſiuſculum, ſubcartilagineum, album.

Emb. longitudine albuminis, inverſus, ſublutescens. *Cotyl.* oblongæ, foliaceæ, utrinque planæ. *Rad.* teretiuſcula, gracilis, ſupera.

*

a.) Fructus integer. b. c.) Capſula integra, calyce perſiſtente terminata. D.) Capſulæ quadripartibilis portiones a ſe invicem diductæ. E. F.) Capſula transverſim ſecta, bi - aut quadrilocularis. g.) Portiones Capſulæ a ſe invicem penitus ſeparatæ, integerrimæ, evalves. h. H. i. I.) Seminis denudati facies utraque cum ſua epiphyſi calloſa terminali. K. L.) Seminis figura propria, poſt excuſſam epiphyſin. M.) Ejusdem ſectio transverſalis. N.) Embryonis in albumine ſitus. O.) Embryo ſolutus.

Semina lanuginoſa dicit Linnæus, atque Millerus *gard. dict.* capſulas globoſas & villoſas ſtatuit. At nihil horum ſimile ego vidi unquam, quin, capſu-

capſulæ ab ipſo MILLERO, Chelſea ad me Petropolin miſſæ, glaberrimæ & figuræ noſtræ. b. ſimillimæ erant; & tales quoque fuerunt in fructu completo. a. quem benevole mecum communicavit Cl. STORR Prof. Tubing.

DXLVII. CORYMBIUM. LINN. *gen.* 1004.

Calyx bivalvis, inferus, perſiſtens. Cor. ſupera, monopetala, quinquefida, regularis. Stam. quinque: antheris in cylindrum coalitis. Ovar. infra corollam. Styl. ſimplex, apice bipartitus. Utriculus piloſus, calycis valvulis complexus, monoſpermus.

CORYMBIUM ſcabrum. Tab. 86. fig. 8.

Bupleurifolia ſemine papposo, valerianoides umbellata, cauliculo ſcabro. PLUK. *phyt. t.* 272. *f.* 5.

Corymbium foliis ad radicem longiſſimis lyratis. BURM. *afr. t.* 70. *f.* 1.

Corymbium foliis lanceolatis canaliculatis nervoſis recurvatis glabris caule brevioribus. LINN. *ſyſt. veg.* 799.

A Cl. v. ROYEN & THUNBERGIO.

PER. Utriculus inferus, intra calycis perſiſtentis valvulas cruſtaceas, ſulcato-angulatas, ſcabras, apice pervias & obtuſe quinquedentatas collocatus, membranaceus, tenuiſſimus, albus, & albis pilis ſericeis, calyce longioribus, undique contectus, ſemen arcte claudens.

REC. nullum.

SEM. unicum, oblongum, teretiuſculum, deorſum leviter attenuatum, glabrum, e caſtaneo-ferrugineum.

INT. duplex, præter Utriculum: *exterius* ſubcruſtaceum; *interius* membranaceum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, craſſiuſculum, pallidum.

EMB. gracilis ......

*

a. A.) Calyx maturus clauſus. B.) Ejusdem valvulæ diductæ, cum medio Utriculo piloſo. C.) Utriculus per longitudinem ſectus, cum ſemine. d.) Semen ſeparatum, magnitudine naturali. e.) Albumen denudatum. E.) Idem transverſe ſectum, cum cavitate media pro embryone.

Embryonem in meis exemplis immaturis cernere non licuit, ſed ex albuminis fabrica ſuſpicor, eum eſſe linearem atque inverſum.

DXLVIII. MESPILUS. Tourn. *inst. t.* 410. Linn. *gen.* 625. Cratægus. Linn. *gen.* 622.

Calyx ſuperus, quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. viginti & plura. Ovar. inferum, loculamentis ſtylorum numero æqualibus. Bacca coronata, di-l. pentapyrena: oſſiculis unilocularibus, diſpermis.

Mespilus germanica. Tab. 87. fig. 1.

Meſpilus. Dod. *pempt.* 801. Blakw. *herb. t.* 154.

Meſpilus foliis elliptico lanceolatis ſerratis, calycibus longiſſimis perſiſtentibus. Hall. *hiſt. n.* 1094.

Meſpilus inermis, foliis lanceolatis ſubtus tomentoſis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. Linn. *ſyſt. veg.* 466.

Per. Bacca infera, turbinata, ampla area depreſſa in vertice umbilicata, & quinque foliolis calycinis linearibus coronata, carnoſa, helvola, pentapyrena. Caro craſſa, granulis calloſis remixta. Oſſicula lapidea, gibba, rugoſa, unilocularia.

Rec. funiculi umbilicales capillares, e baſi loculamentorum ad ſemina pertingentes.

Sem. in ſingulo loculo gemina, uno plerumque abortante, obovata, lenticulari-compreſſa, deorſum valde acuminata, albicantia, chalaza fuſca in vertice notata.

Int. ſimplex, membranaceum, intus lamina carnoſa alba auctum.

Alb. nullum, niſi integumenti ſuperficiem internam carnoſam velis.

Emb. ſemini conformis, erectus, albus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexæ, tenues. *Rad.* breviſſima, obtuſa, infera.

a.) Bacca integra. b.) Ejus ſectio transverſalis, oſſiculorum numerum oſtendens. c.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum pyrenis a latere ſpectatis. d.) Loculamentum oſſiculi apertum, cum ovulis in ſitu naturali. e.) Semen maturum ſeparatum. f.) Embryo denudatus. g.) Cotyledones ſeparatæ.

Mespilus Oxyacantha. ibid.

Spina alba. Blakw. *herb. t.* 149. Oed. *flor. dan. t.* 634. Jacq. *auſtr.* 3. *t.* 292. *f.* 2.

Meſpilus ſpinoſa, foliis glabris ſerratis retuſis trifidis. Hall. *hiſt. n.* 1087.

Cratægus foliis obtuſis ſubtrifidis ſerratis. Linn. *ſyſt. veg.* 465.

Bacca ovalis (a), coccinea, apice umbilicata & calycinis denticulis coronata, farinoſo-carnoſa, mono-di-(b. c.), tri-l. tetrapyrena. Oſſicula lapidea, ovata (d. e.), plano-convexa, aut varie angulata, unilocularia (c. f.).

Semen

Semen oblongum (f.), pallidum, chalaza ferruginea notatum. Albumen & Embryo (g. G.) ut in præcedenti.

Singulare eſt in hoc genere, quod per maturitatem fructus, oſſiculorum vertex ſæpe denudetur; quin in *Meſpilo folio rotundiori non ſerrato, fructu nigro.* Amm. *ruth. 201. t. 34.* pyrenæ ad medium fere denudatæ reperiuntur: ut inter Meſpilum & Roſam nexus a fructu ſit palpabilis.

DXLIX. PIRUS. Tourn. *inſt. t.* 404. Linn. *gen.* 626. Malus. Tourn. *t.* 406. Cydonia. Tourn. *t.* 405. Scorbus. Linn. *gen.* 623.

Calyx ſuperus, quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. viginti & plura. Ovar. inferum. Bacca pomacea, loculamentis membrana propria veſtitis, bi-l. polyſpermis.

Pirus Achras. Tab. 87. fig. 2.

Pirus ſylveſtris. Dod. *pempt. 799.*

Pirus foliis ovato lanceolatis ſerratis glabris. Hall. *hiſt. n. 1096.*

Pirus foliis ſerratis lævibus, floribus corymboſis. Linn. *ſyſt. veg. 466.*

Per. Bacca infera, ſubturbinata, carnoſa, quinquelocularis. Caro ſolida, callis lapideſcentibus prope loculamenta referta. Loculamenta membrana coriacea, elaſtica, lævigata intus veſtita.

Rec. funiculi umbilicales breves e fundo loculamentorum ad ſemina pertingentes.

Sem. in ſingulo loculo gemina, obovata, deorſum acuminata, plano-convexa, glabra, atra, aut caſtanea.

Int. duplex: *exterius* coriaceum; *interius* membranaceum, chalaza rufeſcente in vertice notatum, intus tenui lamina carnoſa alba veſtitum.

Alb. nullum, præter integumenti interni ſuperficiem carnoſam, prope radiculam paulo craſſiorem.

Emb. ſemini conformis, erectus, lacteus. *Cotyl.* ellipticæ, carnoſæ. *Rad.* brevis, infera.

*

a.) Bacca integra. b. c.) Eadem transverſe & longitudinaliter ſecta, cum inſertione & ſitu ſeminum. d. e.) Semen ab utroque latere ſpectatum. f.) Integumentum internum, cum ſua chalaza atque funiculo umbilicali elongato. g.) Embryonis cotyledones diductæ.

Variat interdum loculamentis quaternis, bipartitis monoſpermis, uti fig. h. oſtendit; ſed cultæ Piri varietates fere innumeræ ſunt, atque centum & duo diverſa Pira, a Knoopio delineata & colorata, conſpicere licet in ejus *Pomologia* tab. 1—10.

Pirus

PIRUS Cydonia. ibid.

Cydonea, Mala cotonea majora. BLAKW. *herb. t. 137.* JACQ. *austr. 4. t. 342.*

Pirus foliis integerrimis, floribus solitariis. LINN. *syst. veg. 467.*

Quince. GREW. *anat. t. 67. f. 5.* male cum seminibus pendulis.

Bacca infera, turbinata (α), pubescens, superne torosa & profunde umbilicata, quinquelocularis (γ.), per maturitatem intus ad axem dehiscens. Loculamenta membrana coriacea crassa sericeo-candida vestita. Ovula, in singulo loculamento (β.), octo, ad quatuordecim, erecta, gemino ordine posita, funiculis capillaribus affixa. Semina (d.) ovata, varie angulata, rufescentia: integumento *externo* coriaceo, per aquam valde mucilaginoso; *interno* membranaceo, lata chalaza ferruginea (e) & funiculo umbilicali stipato. Embryo (f.) semini conformis, erectus, lacteo-albus.

PIRUS Sorbus ibid.

Sorbus sativa. BLAKW. *herb. t. 174.* JACQ. *austr. 5. t. 447.*

Mespilus foliis pinnatis subtus villosis. HALL. *hist. n. 1092.*

Sorbus foliis pinnatis subtus villosis. LINN. *syst. veg. 465.*

Bacca infera (a—c), subturbinata, pollicaris, e viridi, luteo & rubro varia. Loculamenta quinque (b.), duobus aut tribus sæpe abortientibus, fertilibus vero membrana chartacea (c), tenui & intus lævigata vestitis. Ovula in singulis loculamentis constanter duo, semen autem (d.) sæpius solitarium, pro mole baccæ grandiusculum, lenticulari compressum, rufescens. Integumenta (e.) & Embryo (f.) ut in præcedentibus.

PIRUS aucuparia. ibid.

Sorbus torminalis. BLAKW. *herb. t. 73.*

Mespilus foliis pinnatis utrinque glabris. HALL. *hist. n. 1091.*

Sorbus foliis pinnatis utrinque glabris. LINN. *syst. veg. 465.*

Bacca sphærica, magnitudine pisi majoris (a), e luteo-miniata & tandem coccinea: carne flavicante, subfarinosa. Loculamenta quinque (b.): duobus vel tribus sæpe abortientibus; fertilibus membrana tenuissima chartacea vestitis. Ovula (c) in loculis gemina. Semina etiam duo (c. d.) oblonga, utrinque acuminata, plano-convexa (E). Chalaza in tuberculum fuscum (F.) contracta. Embryonis (G.) radicula longa, acuminata.

DL. SICYOS. LINN. *gen.* 1094. Sicyoides. TOURN. *inst. t.* 28.

Flores sexu distincti in eodem caule. MAS. Cal. quinquedentatus. Cor. quinquepartita. Stam. filamenta tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovarium

rium inferum.* Styl. trifidus. Bacca matura exſucca, unilocularis monoſperma.

SICYOS angulata. Tab. 88. fig. 1.

Cucumis bryonioides biſnagarica, fructu parvo. PLUK. *phyt. t. 26. f. 4.*

Bryonioides flore & fructu minore. DILL. *elth. 58. t. 51.*

Sicyos foliis angulatis. LINN. *ſyſt. veg. 870.*

PER. Bacca infera, carnoſa, demum exſucca, coriaceo membranacea, ovato-acuminata, compreſſiuſcula, undique tomento rigido criſpo, ſpiniſque tenuibus luteſcentibus & pungentibus obſita, unilocularis.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, brevis, ab apice baccæ ad ſeminis verticem deſcendens.

SEM. unicum, ovatum, compreſſiuſculum, glabrum, ferrugineo-fuſcum, ad umbilicum callis quatuor albis inſignitum.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, craſſum, fragile; *interius* membranaceum, pallidum aut divideſcens.

ALB. nullum.

EMB. ſeminis cavitati conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* carnoſæ, ovato-rotundatæ, plano-convexæ, *Plum.* bicornis, minima. *Rad.* brevis, compreſſiuſcula, ſupera.

*

a.) Baccæ integræ, in pedunculo communi aggregatæ. b.) Bacca longitudinaliter aperta, cum ſemine e funiculo umbilicali pendente. c.) Semen ſeparatum. d.) Teſta ſeminis longitudinaliter fiſſa. e.) Embryo denudatus. f.) Cotyledones ſeparatæ & a parte ſua interna ſpectatæ.

DLI. BRYONIA. TOURN. *inſt. t. 28.* LINN. *gen. 1093.*

Flores ſexu diſtincti, in eadem aut in diverſa planta. MAS. Cal. quinquedentatus. Cor. quinquepartita. Stam. filamenta tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovarium inferum. Styl. trifidus. Bacca ſphærica, parva. Semina pauca, non plura ſenis, cellulis propriis concluſa.

BRYONIA laciniosa. Tab. 88. fig. 2.

Bryonia zeylanica, flore luteo, fructu rubro. HERM. *parad. t. 107.*

Bryonia foliis palmatis: laciniis lanceolatis ſerratis, petiolis muricatis. LINN. *ſyſt. veg. 870.*

PER. Bacca infera, ſphærica, rubra, vittis albis integris aut interruptis variegata, carnoſa, trilocularis. Loculamentorum pulpa gelatinoſo-membranacea, bilocularis, viridis, ab ipſis loculamentis facile ſeparabilis.

REC. nullum præter pulpam, in qua ſemina, contrario ſitu poſita, umbilicis ſuis externos loculamentorum angulos reſpiciunt.

SEM. ſex, in ſingulis cellulis ſingula, gigartoidea, ſeu inferne roſtrato acuminata, in lateribus rotundato gibba, & in medio faſcia elevata annulari cincta; ceterum albicantia, rufeſcentia aut ſubferruginea.

INT. triplex: *extimum* arachnoideum, in recenti ſemine digitis facile detergendum; *medium* cruſtaceum, ad latera inſigniter incraſſatum & gibboſum; *intimum* membranaceum, pallidum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. ovato-acuminatus, compreſſiuſculus, latitudini ſeminis contrarius! lacteus. *Cotyl.* ellipticæ, tenues. *Plum.* immerſa. *Rad.* acuminata, breviſſima, centrifuga, aut lateriſcopa.

*

a.) Bacca integra, in ſitu inverſo. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Loculamenti pulpa ſeparata, integra. d.) Eadem aperta, cum ſitu ſeminum in cellulis ſuis propriis. e. E.) Semen ſeparatum. F.) Idem transverſe ſectum, ut teſtæ gibboſitas (α. α. α.), & embryonis ſitus, latitudini teſtæ contrarius (β. β.), rite appareant. g.) Semen longitudinaliter fiſſum, cum nucleo a latere ſ. oblique ſpectato. h.) Embryo denudatus, cum cotyledonibus leviter diductis.

BRYONIA africana. ibid.

Bryonia africana laciniata, tuberoſa radice, floribus herbaceis. HERM. *parad. t. 108.*

Bryonia foliis palmatis quinquepartitis utrinque lævibus: laciniis pinnatifidis. LINN. *ſyſt. veg. 870.*

Bacca (a. c. d.) globoſa, roſtellata, corticata. Cortex carnoſus, craſſiuſculus, externe aurantiacus, interne (c. d.) a pulpa diſcretus. Pulpa (b. c. d.) membranaceo ſpongioſa, regulariter in ſex, ſed in noſtro exemplo, in quatuor tantummodo cellulas partiales diviſa, quarum duæ ſuperiores (c.), totidemque inferiores (d.). Semina numero cellularum reſpondentia, ovato-globoſa (e), ad latera & præſertim verſus umbilicum, in marginem acutum compreſſa, pallide fuſca, ſetulis aut ſquamulis minutiſſimis, albicantibus, appreſſis conſperſa. Integ. triplex: pellicula intima nigricante, ipſum embryonem (f.) involvente. Albumen nullum. Cotyledones ovatæ (g.), carnoſæ, plano-convexæ. Radicula brevis, parietibus baccæ obverſa.

DLII. CUCUMIS. TOURN. *inſt. t. 31. 32.* LINN. *gen. 1092.*

Flores ſexu diſtincti, in eodem caule. MAS. Cal. quinquedentatus. Cor. quinquepartita. Stam. filamenta tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovarium inferum. Styl. trifidus. Bacca trilocularis: loculamentis ſubdiviſis, gelatina farctis. Seminis margo indiſcretus, argutus.

CUCUMIS ſativus. Tab. 88. fig. 3.

Cucumis vulgaris. DOD. *pempt. 66.* — *ſativus.* BLACKW. *herb. t. 4.*

Cucu-

Cucumis foliorum angulis rectis, pomis oblongis scabris. LINN. *syst. veg.* 869.

PER. Bacca infera, ovato-oblonga, obsoletissime angulata, verrucis scabris conspersa, carnosa, multilocularis, corticata. Cortex tenuis, coriaceus, per maturitatem flavescens. Caro spongiosa, in dissepimenta membranacea introrsum producta. Loculamenta *primaria* tria aut quatuor, per totam longitudinem baccæ regnantia: horum singulum, in duo *secundaria* divisum, & denique hæc ipsa, nova divisione, in *concamerationes* seminum *proprias*, pellucida gelatina farctas, partita.

REC. funiculi umbilicales filiformes, ex angulis loculamentorum primorum externis oriundi & ad semina producti.

SEM. numerosissima, horizontalia, elliptico-acuminata, compressiuscula, versus marginem attenuata, albicantia.

INT. triplex: *extimum*, cuticula tenuis, diaphana; *medium* coriaceum; *intimum* membranaceum, pallidum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, lacteo-albicans. *Cotyl.* ellipticæ, carnosæ, tenues, venis albis insignitæ. *Plum.* minima, acuminata. *Rad.* brevis, compressa, centrifuga.

*

α.) Bacca naturali multoties minor. β.) Eadem transverse secta, cum loculamentorum partitione & seminum situ. c.) Semen separatum. d.) Nucleus intra testam, propria sua pellicula adhucdum vestitus. e.) Embryo plane denudatus. F.) Cotyledones a parte interna spectatæ.

DLIII. MOMORDICA. TOURN. *inst.* t. 29. 30. LINN. *gen.* 1090.

Flores sexu distincti, in eodem caule. MAS. Cal. quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. filamenta tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovarium inferum triloculare. Bacca matura unilocularis, inflata, elastice dehiscens.

MOMORDICA Balsamina. Tab. 88. fig. 4.

Balsamina mas, fructu puniceo — & luteo rubescente. BESL. *Eyst. autum.* t. 4. f. 2. 3.

Momordica Balsamina mas. BLAKW. *herb. t.* 539. *a. b.*

Momordica pomis angulatis tuberculatis, foliis glabris patenti-palmatis. LINN. *syst. veg.* 868.

PER. Bacca infera, carnosa, ovata, utrinque attenuata, obsolete angulata, per series longitudinales remote tuberculata, ceterum glabra, coccinea, unilocularis, inflata, per maturitatem irregulariter disrumpens atque semina elastice spargens.

REC.

Rec. latera baccæ interna, quibus ſemina, triplici ſerie longitudinali ita affixa, ut umbilici alterni dextras, & alterni lævas, ejusdem ſeriei partes reſpiciant.

Sem. plura, ovata, compreſſiuſcula, horizontalia, ad marginem obtuſe crenata atque lineis elevatis ſerpentinis inſcripta, in diſco autem punctis elevatis ſcabrata, pallide fuſca, arillata.

Arillus membranaceus, ſemen laxe ambiens, tenuis, ruber.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, craſſum; *interius* membranaceum, album, ſericeo - ſplendens.

Alb. nullum.

Emb. ellipticus, verſus radiculam mucronatus, lacteo - albus. *Cotyl.* craſſæ, carnoſæ, utrinque fere planæ. *Plum.* minima, bicornis. *Rad.* conica, brevis, centrifuga ſ. lateriſcopa.

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverſe ſecta, cum triplici ſerie ſeminum. c.) Semen intra Arillum ſuum hærens. d.) Idem denudatum. e.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum Embryone. f.) Cotyledonum facies interna.

DLIV. CUCURBITA. Linn. *gen.* 1091. Pepo & Melopepo. Tourn. *inſt.* *t.* 33. 34.

Flores ſexu diſtincti in eodem caule. MAS. Cal. quinquedentatus. Cor. quinquepartita. Stam. filamenta tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovarium inferum. Styl. quinquefidus. Bacca trilocularis: loculamentis bipartitis. Semina margine tumido cincta.

Cucurbita Pepo. Tab. 88. fig. 5.

Pepo oblongus. Dod. *pempt. 665.*

Cucurbita foliis lobatis, pomis lævibus. Linn. *ſyſt. veg. 868.*

Per. Bacca infera, rotundato - l. ovato - globoſa, carnoſo - ſpongioſa: parte ſpongioſa per maturitatem trifariam introrſum dehiſcente; ceterum glabra, luteſcens, vittis viridibus interruptis picta, plurilocularis. Loculamenta *primora* terna; *ſecundaria* geminata, triſpermia; & hæc iterum in *concamerationes* ſeminum *proprias*, exſuccas, ſubdiviſa.

Rec. nullum: ſemina angulis loculamentorum ſecundariorum externis, ipſis ſuis umbilicis affixa.

Sem. numeroſiſſima, horizontalia, elliptica, lenticulari - compreſſa, glabra, albicantia, margine rotundato tumido, & intra eum, linea elevatâ, cincta.

Int. quadruplex: *extimum*, tenuiſſimum, diaphanum; *alterum* coriaceum, fragile, album; *tertium*, ſubcarnoſum, viride; *intimum* membranaceum, arachnoideum.

ALB. nullum.

EMB. ellipticus, albus. *Cotyl.* carnosæ, extus leviter convexæ, intus planæ, venoso-rugatæ. *Plum.* minima, capitellata, compressa. *Rad.* acuminata, centrifuga.

*

α.) Bacca naturali multoties minor. β.) Eadem transverse secta, cum loculamentis & seminum insertione. γ.) Substantia baccæ spongiosa, per maturitatem introrsum dehiscens. d.) Semen magnitudine naturali. e.) Idem longitudinaliter sectum, cum sua testa coriacea, x.); integumento viridi, y.); atque embryone, z.) propria sua membrana tecto. f.) Cotyledones separatæ, a parte interna spectatæ.

CUCURBITA lagenaria. ibid.

Cucurbita lagenaria seu officinarum. BLAKW. *herb. t. 522. a. b.*
Cucurbita foliis subangulatis tomentosis basi subtus biglandulosis, pomis lignosis. LINN. *l. c.*

Bacca (a.) elongato-turbinata, cortice glaberrimo, per maturitatem crustaceo, fulvo, vestita. Semina (b. c.) quadrangulo-oblonga, compressa (c), supra emarginato-truncata, infra trigono-rostrata, linea gemina elevata, intra marginem carinatum, notata, glabriuscula, pallide spadicea. Testa seminis (d.) crustacea, crassa, dura. Embryo ovato-oblongus, lenticulari-compressus, in acutissimam radiculam desinens. Cotyledones (e) intus venoso-rugosæ.

DLV. JUGLANS. LINN. *gen.* 1071. NUX. TOURN. *inst. t.* 346.

Flores sexu distincti in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, compositum ex *squamis* duplicibus: *exterioribus* triangulis, dorso interiorum affixis; *interioribus* transverse-oblongis, pinnato-sexfidis. Stam. 12 ad 24: filamentis crassis, in mucronem productis; antheris geminis, lateralibus. FEM. Gemmæ duæ contiguæ, unifloræ, tetraphyllæ, caducæ. Cal. superus, quadripartitus, in corticem fructus adolescens. Cor. nulla. Ovar. inferum. Styl. duo, stigmatibus clavatis apice laceris. Nux corticata, bivalvis.

JUGLANS alba. Tab. 89. fig. 1.

Nux juglans alba virginiensis. CATESB. *carol. 1. t. 38.* SELIGM. *av. 1. t.* 76.
Juglans foliolis septenis lanceolatis serratis: impari sessili. LINN. *s. st. veg.* 857.

PER. Nux infera, corticata. Cortex crassus, coriaceus, per maturitatem apice quadrifariam dehiscens. Putamen ovato-globosum, tetragonum, mucrone valido quadrangulo terminatum, lineis obsoletis, non rugis, inscriptum, glabrum, albicans, bivalve, semiquadriculare. Valvulæ osseæ, crassissimæ.

fimæ, nulla extus futura confpicua infignitæ. Diffepimenta etiam offea, craffa, rufefcentia: duobus lateralibus longitudinalibus, & uno transverfali in bafi putaminis; omnibus vero incompletis atque cavitatem femi quadrilocularem efficientibus.

Rec. nullum, præter cicatricem in confluxu diffepimentorum inferiori obviam, cui femen affixum.

Sem. unicum, grande, femiquadrilobum: lobis varie & irregulariter rugofis tuberculatisque.

Int. duplex, utrumque membranaceum: *exterius* pallide ftramineum, venis reticulatum; *interius* arachnoideum, tenuiffimum, intra cotyledonum fiffuras defcendens.

Alb. nullum.

Emb. femini conformis, inverfus, lacteus. *Cotyl.* carnofæ, bilobæ, extus varie tuberculatæ, intus fiffura tortuofa exaratæ. *Plum.* conica, diphylla, pinnata: petiolis craffis ad latera remote denticulatis; pinnulis heptaphyllis, conduplicatis. *Rad.* craffa, ovato-acuminata, fupera.

*

a.) Cortex apice dehifcens. b.) Putamen integrum. c. d.) Ejus valvulæ feparatæ. α.) Cicatricula cui femen affixum. e.) Semen integrum. f.) Cotyledon altera, a parte interna fpectata. G.) Radicula in plumulam definens. H.) Plumula feparata & infigniter aucta.

Juglans compreffa. ibid.

Juglans foliolis lanceolatis ferratis glabris fubæqualibus. Mill. *gard. dict.* A Phil. Millero, Chelfeano.

Putamen (i.) ovato-rotundatum, ad bafin oblique truncatum, lenticulari-compreffum, ut tamen rhombeo-tetragonum fit, cetera album, glabrum, craffiffimum atque duriffimum. Sutura linearis, vix perceptibilis. Valvulæ naviculares, carina compreffa acuta. Diffepimenta ut in priori. Nucleus, in ratione ad putamen, parvus, femiquadrilobus, integumento e luteo-rufefcente.

Juglans rubra. ibid.

Noix Pacanes de Madagafcar. A fereniff. b. m. CAROLINA March. Bad.

Putamen (k) ovato oblongum, utrinque acuminatum, præfertim fuperne, ubi in longum mucronem tetragonum producitur; cetera glabrum, futura vix difcernibili notatum, modice craffum, durum, pallide teftaceum. Diffepimenta coriaceo-cruftacea, fragilia, fufca. Nucleus oblongus, quadrilobus, totaque fua ftructura prioribus fimilis. Cuticula externa tota rutilo fanguinea.

Solius, quod hactenus fciam, Juglandis *regiæ* putamen gaudet futura rite diftincta & tumido margine circumdata. Notatu quoque dignum eft, quod

MILLERUS in *gard. dict.* affirmat: libenter fcil. Juglandes e femine enatas a matrum fuarum forma deflectere, nec dari certas earum differentias fpecificas, antequam fructum tulerint.

DLVI. CARPINUS. TOURN. *inft. t.* 348. LINN. *gen.* 1073.

Flores fexu diftincti in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, compofitum e fquamis ovatis, acuminatis, concavis, ciliatis, laxe imbricatis. Stam. octo ad quatuordecim: antheris apice villofis. FEM. Amentum fquarrofum, laxum, pendulum: fquamis unifloris, petiolatis, trilobis, reticulato venofis maximis. Cal. fuperus, fexdentatus, inæqualis. Cor. nulla. Ovar. inferum, biloculare, compreffiufculum, difpermum. Styl. duo, filiformes. Nux unilocularis, evalvis.

CARPINUS Betulus. Tab. 89. fig. 2.

Carpinus. CAM. *epit. 71.* DOD. *pempt. 841.* HALL. *hift. n. 1627.*

Carpinus fquamis ftrobilorum planis. LINN. *fyft. veg. 859.*

PER. Nux infera, parva, calyce membranaceo corticata atque coronata, offea, ovata, lenticulari compreffa, coftis longitudinalibus filiformibus ftriata, unilocularis, evalvis.

REC. funiculus umbilicalis breviffimus, ab apice loculamenti ad alterum feminis marginem defcendens.

SEM. unicum, altero fcil. ovulo fere conftanter abortiente, compreffiufculum, rotundatum, fuperne oblique acuminatum, glabrum, pallidum, venis arcuatis ex funiculo umbilicali infignitum.

INT. fimplex, membranaceum.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis, inverfus, albus. *Cotyl.* obovatæ, carnofæ, planiufculæ. *Plum.* acuminata, minutiffima. *Rad.* cylindrica, immerfa, fupera.

*

a.) Amentum femineum maturum. b.) Nucularum fitus in fquamis amenti. C.) Nux feparata integra. D.) Eadem longitudinaliter fecta, cum fitu ovulorum geminorum. E.) Ejusdem fectio transverfalis. f. F.) Semen propria fua membrana veftitum. g.) Embryo denudatus. H.) Cotyledones feparatæ. I.) Radicula & Plumula infigniter auctæ.

DLVII. CORYLUS. TOURN. *inft. t.* 347. LINN. *gen.* 1074.

Flores fexu diftincti in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, ex fquamis imbricatis, hirfutis, tripartitis: lacinia media majore, obtegente laterales dimidio anguftiores. Stam. fex l. octo, breviffima. FEM. Amentum fubglobofum minimum, e fquamis gemmaceis & involucris florum propriis com-

compofitum, per maturitatem pedicellatum. Involucra monophylla, inferne carnofa, turgida, fuperne bilabiata, lacera, uniflora. Cal. obfoletus, factus ex margine epidermidis nucis breviffimo, aream transverfe oblongam ad bafin ftylorum cingente. Cor. nulla. Ovar. biloculare? Styli & ovula duo. Nux unilocularis, evalvis, bafi derafa.

CORYLUS Avellana. Tab. 89. fig. 3.

Corylus fativa. BLAKW. *herb. t.* 293.

Corylus fepium. HALL. *hift. n.* 1625.

Corylus ftipulis ovatis obtufis. LINN. *fyft. veg.* 859.

PER. Nux ovato globofa, nuda, offea, glabra, aut obfoletiffime ftriata, bafi derafa, vertice leviter compreffa, unilocularis, ante maturitatem fubftantia fpongiofo-furfuracea farcta, evalvis, cultro tamen in duas valvulas fectilis.

REC. filiforme, e bafi nucis oriundum & ad ejus apicem pertingens, ubi duo fuftinet ovula pendula.

SEM. unicum, aut rarius duo: hæc varie angulata; illud cavitati nucis conforme, glabrum, albicans, rufefcens, aut fanguineum.

INT. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine & figura feminis, inverfus, albus. *Cotyl.* ovatæ, carnofæ, plano-convexæ. *Plum.* diphylla, foliolis ovato acuminatis, conduplicatis. *Rad.* ovata, immerfa, fupera.

*

a.) Amentum femineum maturum pedunculatum. b.) Nux integra. c.) Ejus fectio transverfalis, cum furfuracea materie parietibus internis adhærente. d.) Receptac. filiforme cum ovulis. e.) Semen intra nucem cum funiculo umbilicali. f.) Cotyledones feparatæ. g. G. H.) Radicula in Plumulam definens.

Varietates Avellanæ fativæ dantur plures, & una ex præcipuis earum eft:

Corylus fativa fructu oblongo rubente. C. B. DUHAM. *arb.* ed. germ. p. 136. ic. p. 135. fig. 1.

Involucrum (a. a.) tubulofum, inferne carnofum, turgidum, craffum, fuperne lacerum. Nux ovato oblonga (bb), grandiufcula. Nuclei cuticula externa fanguinea. Noftratibus dicuntur *Pfund-Nüffe.*

DLVIII. BETULA. TOURN. *inft. t.* 360. LINN. *gen.* 1052.

Flores fexu diftincti in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, imbricatum fquamis ternatis: media majore ovata, duabus lateralibus anguftioribus lanceolatis, omnibus concavis. Cor. nulla. Stam. duodecim, fquamæ mediæ inferta. FEM. Amentum juliforme, imbricatum fquamis horizonta-

zontalibus, ex angusto principio extrorsum latescentibus, apiceque trilobis, ad basin vero bi-l. trifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. compressum, ala membranacea cinctum, biloculare: Ovulis in singulo loculo singulis. Styl. duo. Samara cordata, unilocularis.

BETULA nigra. Tab. 90. fig. 1.

Betula foliis rhombeo ovatis acuminatis duplicato serratis. LINN. *syst. veg.* 849. A *Phil.* MILLERO.

PER. Samara parva, obcordata, in medio rufescens aut ferruginea, ad utrumque latus ala membranacea, tenuissima, pallida cincta, per maturitatem unilocularis: altero scil. loculamento fere semper abortante.

REC. nullum. Semen ex ipso vertice loculamenti pendulum.

SEM. unicum, ovato oblongum, compressiusculum, pallidum.

INT. simplex, tenuissimum, ad radiculæ sedem intus subcarnosum.

ALB. nullum.

EMB. magnitudine seminis, inversus, albus. *Cotyl.* ovato oblongæ, planiusculæ, oblongæ. *Rad.* teretiuscula, brevis, supera.

*

a.) Julus femineus integer. b.) Ejusdem rachis denudata, cum situ squamarum. c. C.) Squama separata. d.) Eadem cum tribus suis Samaris in situ naturali. e.) Samaræ separatæ. F. G.) Samara immatura transversaliter & longitudinaliter dissecta, cum suis duobus loculamentis. H.) Embryo denudatus in cavitate Samaræ maturæ.

Betula *alba.* LINN.

Juli præcedentibus similes, sed quarta parte breviores. Squamarum basis non ita angusta, & tota earum forma, magis ad cordis, quam anchoræ figuram accedens, ut perinde tamen trilobatæ sint. Samaræ ad singulam squamam tantum duæ, rarius tres, æquilateræ, totæ spadiceæ, prioribus dimidio fere minores, cetera eis ex asse similes.

DLIX. ALNUS. TOURN. *inst.* t. 359.

Flores sexu distincti in eodem caule. MAS. Amentum juliforme, imbricatum squamis *primoribus* majoribus cordatis, quibus annexæ *secundariæ* ternæ, minores, corolliferæ. Cor. rotata, quadripartita. Stam. quatuor: Antheris bilocularibus. FEM. Amentum strobilaceum, ovato-globosum, imbricatum squamis suberosis, ex angusto principio in limbum retusum, transverse oblongum & margine suo superiori quadrilobum ampliatis, bifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. compressum, biloculare. Styl. duo. Nux compressa, bilocularis.

ALNUS glutinosa. Tab. 90. fig. 2.

Alnus

Alnus. Cam. *epit. 68.*

Alnus foliis glabris rotundis rotunde crenatis: ſpongiolis ad nervorum angulos. Hall. *hiſt. n. 1630.*

Betula pedunculis ramoſis. Linn. *ſyſt. veg. 849.*

Per. Nux obovata, lenticulari compreſſa, ſeu ex medio angulo obſoleto verſus latera declivis. Epidermis tenuis, luteo-ſpadicea, glabra. Putamen oſſeum, durum, prope verticem duobus loculamentis exſculptum, evalve.

Rec. nullum.

Sem. in ſingulo loculo ſingulum, lenticulare, rotundatum, ſuperne oblique extrorſum acuminatum, glabrum, pallidum.

Int. ſimpliciſſimum, membranaceum.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* rotundatæ, tenues. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Strobilus maturus. b. B.) Squama ſeparata. c. C.) Nuculæ duæ in ſitu naturali ſibi junctæ. D.) Nucis ſectio transverſalis. E.) Eadem longitudinaliter ſecta, cum ſitu & figura ſeminum.

Ergo abunde Alnus a Betula differt, ut non carpologice tantum, ſed & anthologice ab invicem ſeparari debeant.

DLX. SALIX. Tourn. *inſt. t.* 364. Linn. *gen.* 1098.

Flores ſexu diſtincti, in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Amentum juliforme, ovatum aut cylindricum, longum aut breviſſimum, inbricatum ſquamis lanceolatis, unifloris, baſi interna ſquamula minuta, plana aut cylindrica, auctis. Stam. unum ad quinque. FEM. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovaria tereti-acuminata in ſpicam denſam juliformem congeſta, & ad baſin ſquamula lanceolata, ſibi paulo breviore, ſtipata. Styl. nullus: Stigmata duo. Capſula unilocularis, bivalvis. Semina erecta.

Salix arenaria. Tab. 90. fig. 3.

Salix pumila, foliis utrinque candicantibus & lanuginoſis. Gmel. *ſib. 1. p. 146. t. 36. f. 1.*

Salix foliis integerrimis ovato lanceolatis ſubtus ſericeis, julis tomentoſis. Hall. *hiſt. n. 1642.*

Salix foliis integris ovatis acutis ſupra ſubvilloſis, ſubtus tomentoſis. Linn. *ſyſt. veg. 880.*

Per. Capſula ovato-roſtrata, unilocularis, bivalvis: Valvulis dehiſcentibus apice revolutis.

Rec. nullum. Semina parieti interno valvularum, in ſitu erecto, affixa.

Sem.

SEM. plura, octo ad ſedecim, ovata, parvula, undique crinita: Crinibus ſericeo-albis, ſimplicibus, longitudine capſulæ.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum, pallidum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, erectus, viridis. *Cotyl.* ellipticæ, plano-convexæ. *Rad.* attenuata, infera.

*

a.) Spica matura. b.) Capſula clauſa. c.) Eadem dehiſcens. d. D.) Semen crinitum. E.) Idem, excuſſis crinibus. F.) Ejusdem ſectio transverſalis. G.) Embryo denudatus in ſitu naturali.

DLXI. POPULUS. TOURN. *inſt. t.* 365. LINN. *gen.* 1123.

Flores ſexu diſtincti, in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Amentum juliforme, laxe imbricatum ſquamis oblongis, margine laceris. Cal. infundibuliformis, inæqualiter bilabiatus. Cor. nulla. Stam. octo. FEM. Amentum, Squamæ & Calyx ut in mare. Ovar. ovato-acuminatum. Styl. nullus: ſtigmata quatuor. Capſula unilocularis, bivalvis. Semina inverſa.

POPULUS nigra. Tab. 90. fig. 4.

Populus nigra. CAM. *epit. 66.* DOD. *pempt. 836.* BLAKW. *herb. t. 248.*
Populus foliis glabris, cordato rhomboideis ſerratis. HALL. *hiſt. n. 1632.*
Populus foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. LINN. *ſyſt. veg. 889.*

PER. Capſula ovata, ad verticem compreſſiuſcula & ſubacuminata, cetera turgide lenticularis, unilocularis, bivalvis: Valvulis concavis, nequaquam roſtratis aut recurvatis, ſed horizontaliter patentibus.

REC. tubercula acuminata, minutiſſima, valvularum parieti dorſali, a baſi ad medium uſque inſerta, quibus ſemina affixa.

SEM. numeroſa, parva, oblonga, teretiuſcula, albicantia, in vertice crinita: Crinibus albis, undulatis, ſemine quadruplo longioribus.

INT. ſimplex, membranaceum, craſſiuſculum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, craſſæ, plano-convexæ. *Rad.* breviſſima, globuloſa, ſupera.

*

a.) Racemus maturus, cum capſulis pedicellatis, clauſis. b. C.) Capſulæ dehiſcentis valvulæ intus ſpectatæ, cum receptaculis ſeminum. d.) Semen lana crinitum. e. E.) Idem, excuſſis crinibus. F.) Ejusdem & cotyledonum ſectio transverſalis. G.) Embryo denudatus, in ſitu naturali.

DLXII. PLATA-

DLXII. PLATANUS. Tourn. *inst.* t. 363. Linn. *gen.* 1075.

Flores sexu distincti, in eadem stirpe. MAS. Amentum globosum ex meris squamulis linearibus atque filamentis antheriferis compositum. FEM. Amentum globosum ut in mare, sed grandius, & ex squamulis brevissimis, spatulatis, pubescentibus, atque Ovariis filiformibus, prope apicem globulose incrassatis atque stigmate incurvo terminatis compositum. Semen clavatum, apice rostellatum, basi pilosum.

Platanus orientalis. Tab. 90. fig. 5.

Platanus. Clus. *hist.* 1. *p.* 9.

Platanus foliis palmatis. Linn. *syst. veg.* 859.

Per. nullum, nisi seminis crustam suberosam velis.

Int. *commune* globosum, suberosum, undique seminibus densissime congestis stipatum, cetera per maturitatem nudum, absque ulla visibili squamula.

Sem. nudum, unicum, clavatum, ex pedunculo subulato, compressiusculo aut subangulato in capitulum globosum incrassatum atque stylo l. stigmate persistente mucronatum; ad basin vero crinitum *Pilis* fulvis, simplicibus, rectis, longitudine sua capitulum non excedentibus.

Int. duplex: *exterius* crassum, sublignosum, non dehiscens, at facile a basi sursum fissile, ut pro Capsula haberi posset; *interius* membranaceum, tenuissimum, pallidum.

Alb. nullum.

Emb. oblongus, compressus, inversus, lutescens, testa seminis multo brevior. *Cotyl.* lineares, subfoliaceæ. *Rad.* teretiuscula, supera.

a.) Amentum femineum integrum. b.) Idem dissectum, cum seminibus receptaculo communi insertis. c.) Semen basi crinitum. d.) Idem, excussis crinibus. e.) Ejus pedunculus transverse sectus. F.) Testa seminis longitudinaliter aperta, cum nucleo, propria sua membrana vestito. G) Embryo denudatus.

DLXIII. LIQUIDAMBAR. Linn. *gen.* 1076.

Flores sexu distincti, in eadem stirpe. MAS. Amentum conicum, longum, laxum, munitum Involuc. *communi* tetraphyllo, caduco. Cal. nullus. Cor. nulla. Stam. numerosa. FEM. Amentum globosum, basi munitum Invol. *communi* tetraphyllo, ut in mare, compositum ex Calycibus inverse pyramidatis, angulatis, limbo exteriore verrucosis, & inter se, in pilam profunde alveolatam, coalitis. Cor. nulla. Ovaria duo, unilocularia, inter se & cum calycibus suis conferruminata, stylo, quodque suo, longo subulato & apice recurvato terminata. Capsulæ duæ, rostratæ, introrsum dehiscentes. Semina parietalia.

LIQUIDAMBAR Styraciflua. Tab. 90. fig. 6.

Liquidambar arbor f. Styraciflua aceris folio. PLUK. *phyt. t. 42. f. 6.* CATESB. *carol. 2. t. 65.* BLAKW. *herb. t. 485.*

Liquidambar foliis palmato - angulatis: lobis indivifis acutis. LINN. *fyft. veg.* 86.

A *Phil.* MILLERO & *Laur.* GRONOVIO.

PER. Capfulæ, in fingulo amenti alveolo, geminæ, roftratæ, coriaceæ, fulcatæ, nitidæ, fpadiceo - ferrugineæ, uniloculares, margine interiore longitudinaliter dehifcentes.

REC. *commune* globofum, favofum, ex calycibus femineis campanulatis, inter fe connatis; *proprium*, nullum, præter internos capfularum parietes, quibus ovula undique affixa.

SEM. plura, ad fedecim in fingula capfula, oblonge elliptica, lenticulari compreffa, fuperne in membranulam definentia, nitida.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenue.

ALB. ......

EMB. ......

*

a.) Amentum femineum immaturum. b.) Calyx cum capfulis fuis geminis feparatus. C.) Ejusdem & Capfularum fectio longitudinalis, cum infertione ovulorum. d. D.) Ovula feparata. e. E) Amentum cum capfulis maturis dehifcentibus. f.) Calycis & capfularum dehifcentium fectio longitudinalis. g.) Semina magnitudine naturali, fed immatura.

Corpufcula acerofa, quibus membranaceam feminis extremitatem immiffcere tradit LINNÆUS *gen. l. c.* nihil aliud funt, quam ovula immatura.

DLXIV. COMPTONIA. BANKS.

Flores fexu diftincti, in eadem ftirpe. MAS. Amentum cylindricum, undique laxe imbricatum fquamis concavis, reniformibus, acuminatis, caducis, unifloris. Cal. diphyllus, foliolis æqualibus, navicularibus, fquamis amenti brevioribus. Cor. nulla. Filam. tria, calyce breviora, bifurca. Antheræ fex, bivalves. FEM. Amentum ovatum, undique denfe imbricatum fquamis unifloris, ut in mare. Cal. hexaphyllus, foliolis per paria oppofitis, filiformibus, bafi tamen membranaceis, fquama amenti multoties longioribus. Cor. nulla. Ovar. fubrotundum, ftyl. duo capillares. Nux unilocularis, evalvis. Ex fchedis b. SOLANDRI.

COMPTONIA afplenifolia. Tab. 90. fig. 7.

Myrti brabanticæ affinis americana, foliorum laciniis afplenii modo divifis. PLUK. *phyt. t. 100. f. 6. 7.*

Liquidambar foliis oblongis alternatim ſinuatis. LINN. *ſyſt. veg.* 860.
Ex horto regio Kewenſi.

PER. Nux oſſea, elliptica, turgide lenticularis, nuda, glabra, nitida, obſolete ſtriaca, ſpadicea, unilocularis, evalvis.

REC. nullum, ſemen fundo nucis affixum.

SEM. unicum, ovato-globoſum, glabrnm, pallidum.

INT. ſimplex, membranaceum.

ALB. ......

EMB. ......

*

a.) Amentum femineum ſubglobofum, calycibus perſiſtentibus undique cirratum. B.) Calyx femineus ſeparatus. C.) Nux calyci ſuo juncta. d.) Eadem ſeparata. E.) Ejus ſectio transverſalis. F.) Eadem longitudinaliter ſecta, cum ſitu & figura ſeminis.

Fructus apud nos nunquam maturantur, & caſſæ atque parvulæ fuerunt nuces, quot quot vidi, omnes; ſed in America magnitudinem Avellanæ aſſequi dicuntur.

DLXV. PINUS. TOURN. *inſt. t.* 355. LINN. *gen.* 1077. Abies. TOURN. *t.* 353. Larix. TOURN. *t.* 357.

Flores ſexu diſtincti, in eadem ſtirpe. MAS. Amentum conicum ex Calycibus tri-l. tetraphyllis. Stam. plura, filamentis connatis. FEM. Amentum ſtrobilaceum, imbricatum ſquamis coriaceis, bifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. minima, ad ſingulam ſquamam gemina. Styl. ſimplex. Nux unilocularis, evalvis, alata.

PINUS mariana. Tab. 91. fig. 1.

Abies foliis ſolitariis apice acuminatis undique ramos cingentibus, conis ovatis. SELIGM. *Av. vol.* 5. *t.* 11.

Abies foliis linearibus acutis, conis minimis. MILL. *gard. dict.*

FRUCT. *Strobilus* ovatus, parvus, vix extimo pollicis articulo magnitudine æqualis, imbricatus ſquamis coriaceis, unguiformibus, rotundatis, gilvis, in ratione ad conum ipſum grandiuſculis.

PER. Nux parvula, oſſea, unilocularis, evalvis, tota veſtita epidermide in alam membranaceam, nucula longiorem & ex altera parte rectam, ex altera vero gibbam, ampliata.

REC. nullum, præter ſuperficiem ſquamarum internam, cujus baſi geminæ nuces affixæ.

SEM. unicum, cavitati nucis conforme, pallide luteſcens.

INT. ſimpliciſſimum, tenuiſſimum, membranaceum.

ALB. craſſum, carnoſum, candidum.

EMB. longitudine fere albuminis, teretiuſculus, erectus, lacteus. *Cotyl.* tres, breviſſimæ, angulatæ, carnoſæ. *Rad.* teretiuſcula, longa, infera.

*

a.) Conus integer. b.) Squama a dorſo ſpectata. c.) Ejusdem latus internum, cum ſitu & figura Nucularum. D.) Nucis putamen apertum cum ſemine. E. F.) Albumen transverſaliter & longitudinaliter diſſectum, Embryonis ſitum oſtendens. G.) Embryo ſeparatus.

PINUS americana. ibid.

Abies foliis linearibus obtuſiuſculis bifariam verſis, conis ſubrotundis. MILL. *gard. dict.*

Strobilus (a) magnitudine & forma ovi gallinacei minoris, totus e ſpadiceo cineraſcens. Squamæ (b.) coriaceæ, craſſæ, triangulares, latere exteriore rotundato, ſubcrenulato. Nuculæ (c) paulo minores, quam in præcedenti, ab exteriore ſaltem latere membrana alari veſtitæ. Alæ ovato oblongæ, ſubæquilateræ, vel ſaltem latere exteriore non adeo gibbæ, ut in priori. Semen (D.) ovatum, deorſum acuminatum. Embryo (E) ſitu & figura præcedenti ſimilis, ſed lobulis cotyledoneis quaternis.

Pinus *Picea.* LINN.

Abies. CAM. *epit.* 48. 49. OELHAF. *arb.* 25. *t.* 5 — 8. — *mas.* BLAKW. *herb. t.* 203.

Weis Tanne. Germ.

Strobilorum ſquamæ amplæ, deltoideæ, ſupra rotundatæ, infra roſtellatæ & e baſi ſua, ligula dorſali membranacea, ſpatulata, recurvoque mucrone terminata, appendiculatæ. Nuces grandiuſculæ, membranaceæ, varie angulatæ, gilvæ. Ala, nucem ex altera parte totam, ex altera vero ad dimidium ſaltem obtegens, membranacea, ſurſum ampliata, apice oblique truncata. Albumen gibbum, opacum. Embryo pentacotyledoneus, luteſcens.

Pinus *Abies.* LINN.

Picea. CAM. *epit.* 47. BLAKW. *t.* 198. OED. *flor. dan. t.* 193. OELHAF. *arb.* 35. *t.* 9 — 16.

Roth Tanne. Germ.

Strobilorum ſquamæ obovato rhomboideæ, apice in mucronem truncatum deſinentes, non appendiculatæ. Nuces parvulæ, ovatæ, deorſum acuminatæ, compreſſiuſculæ, cruſtaceæ, nigro fuſcæ. Ala, nucem a latere externo ſaltem obtegens, membranacea, elliptica, tenuis. Albumen ſubpellucidum, aqueo-album. Embryo enneacotyledoneus, lacteus.

Hujus

Hujus duplex habetur varietas, a ſtrobilorum pallidiore aut ſaturatiore colore, Abies *alba* & *rubra* dicta; utraque autem a præcedenti ſpecie, defectu ligularum in ſquamarum dorſo, facile diſcernitur; atque hoc diſcrimen multo certius ac evidentius eſt, quam quod a foliis vulgo deſumi ſolet.

Numerus cotyledonum in hoc ſolo genere, quod quidem hactenus ſciam, varius & in diverſis ſpeciebus diverſus deprehenditur. Ita, præter modo dictas ſpecies, P. *Larici* cotyledones tantum ſunt geminæ. P. *ſylveſtri*, quinæ; P. *Cedro*, ſenæ; & P. *Cembræ*, duodenæ. Hinc omnino deberent Strobili atque Cotyledones in auxilium trahi, quando ſpecierum differentias ex ſolis foliis aſſignare non licet.

DLXVI. THUJA. Tourn. *inſt. t.* 358. Linn. *gen.* 1078.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Amentum ovatum ex ſquamis concavis, obtuſis, ſubovatis. Cal. nullus. Cor. nulla. Antheræ quatuor, ſubſeſſiles. FEM. Amentum ſtrobilaceum, imbricatum ſquamis coriaceis, oppoſitis, extus ſub apice tuberculo l. unguiculo notatis, biſloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovar. ad ſingulam ſquamam gemina. Styl. ſimplex. Nux unilocularis, evalvis, utrinque in marginem membranaceum, magis vel minus amplum, deſinens.

Thuja orientalis. Tab. 91. fig. 2.

Thuja ſtrobilis ſquarroſis: ſquamis acutis. Linn. *ſyſt. veg. 861.*

Fruct. Strobilus parvus, ovatus, obſolete tetragonus, compoſitus e ſquamis oblongis, craſſis, ſuberoſis, per paria oppoſitis, ſub apice uncinulo recurvo extus armatis, intus glaberrimis & prope baſin duplici foveola exſculptis.

Per. Nucula oſſea, globoſa, unilocularis, evalvis, veſtita epidermide tenui, ſpadiceo-ruſeſcente, ad utrumque latus in marginem anguſtiſſimum & vix perceptibilem producta.

Rec. nullum, præter ſquamarum foveolas, in quibus nuculæ jacent.

Sem. unicum, elliptico-globoſum, pallidum.

Int. ſimpliciſſimum, membranaceum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, craſſum, album.

Emb. longitudine fere albuminis, tereti-clavatus, inverſus, lacteus. *Cotyl.* plano-convexæ, breves. *Rad.* cylindrica, longa, ſupera.

*

a.) Strobilus integer. b.) Squama a parte interna ſpectata. c.) Nuculæ ſeparatæ. D.) Nux transverſim ſecta. E.) Embryonis ſitus in albumine longitudinaliter diſſecto. F.) Embryo ſolutus.

Thuja

THUJA occidentalis. ibid.

Arbor vitæ. CLUS. *hist. 1. p. 36.* DOD. *pempt. 630.* BESL. *Eyst. æstiv. frut. t. 1. f. 1.* BLAKW. *herb. t. 210.*

Thuja strobilis lævibus: squamis obtusis. LINN. *syst. veg. 861.*

Strobilus (a) elliptico globosus, præcedenti paulo minor. Squamæ coriaceæ, extus sub apice tuberculo parvo obsoleto notatæ, intus (b.) simpliciter concavæ. Nuculæ (c. C.) oblongæ, spadiceæ, utrinque Ala membranacea, apice & basi emarginata, latiuscula cinctæ. Albumen (D.) oblongum, sursum attenuatum. Embryo (D. E.) inversus, cotyledonibus compressis s. subfoliaceis, radicula multoties brevioribus.

DLXVII. JUNIPERUS. TOURN. *inst. t.* 361. LINN. *gen.* 1134.

Flores sexu distincti, in separatis stirpibus. MAS. Amentum ovatum, sessile, ex squamis trigonis, peltatis. Cal. nullus. Cor. nulla. Antheræ quatuor ad octo, simplici l. duplici serie, squamis interne affixæ. FEM. Amentum ex Squamis tribus, concavis, conniventibus, demum carnosis & in *Galbulum* spæricum coalescentibus. Ovaria tria, solitaria. Styl. simplex. Nux ossea, unilocularis, glandulis balsamiferis ad basin externam stipata.

JUNIPERUS communis. Tab. 91. fig. 3.

Juniperus. CAM. *epit. 53.* BLAKW. *herb. t. 187.*

Juniperus foliis convexo concavis aristatis, baccis alaribus sessilibus. HALL. *hel. n. 1661.*

Juniperus foliis ternis patentibus mucronatis, bacca longioribus. LINN. *syst. veg. 894.*

FRUCT. Galbulus sphæricus, baccatus, nigro-cæruleus, rorulentus; superne tribus punctis elevatis, sulcoque trifurcato notatus, inferne involucello minimo stellato exceptus; cetera exsuccus, spongioso-carnosus, tripyrenus.

PER. Nucula ossea, unilocularis, evalvis, gibba; hinc ex lato & convexo dorso versus basin angustata atque carinata; inde obtusissime angulata sive sulco medio elevato longitudinali inscripta; præterea autem ad basin externam scrobiculis quatuor oblongis exarata, quibus totidem *Glandulæ balsamiferæ* insertæ sunt.

REC. nullum; caro nuculis inferne adnata.

SEM. unicum, ovato acuminatum, gilvum, basi areola fusca notatum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. semini conforme, crassiusculum, carnosum, pallidum.

EMB.

EMB. longitudine albuminis, tereti-clavatus, inversus, lacteus. *Cotyl.* ellipticæ, plano convexæ. *Rad.* longa, gracilis, supera.

*

a. b.) Galbulus integer a parte sua superiore atque inferiore spectatus. c.) Ejus sectio transversalis, cum nucibus, versus basin Glandulis balsamiferis (α. α.) stipatis. d. D.) Nux separata. E.) Eadem transverse secta. f.) Semen denudatum. G.) Albumen transverse, & H.) Idem longitudinaliter dissectum, cum Embryone in situ naturali.

Glandulas balsamiferas primus annotavit GEOFFROY in Act. gall. 1721. edit. germ. p. 689. earum autem nonnisi octo numeravit, cum naturaliter duodenæ sint.

DLXVIII. CASUARINA. LINN. *gen.* 1428.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Amentum undique imbricatum Squamis submembranaceis, verticillatis, lanceolato-subulatis, basi connatis, unifloris. Cal. bivalvis: valvulis acutis, æqualibus, navicularibus, squamis amenti brevioribus. Cor. nulla. Stam. unicum, capillare, squama longius. FEM. Amentum ut in mare, sed multo brevius. Squamæ etiam breves, sed geminatæ. Cal. bivalvis ut in mare, sed squamis longior. Ovar. compressum, ovatum. Styl. simplex, apice bifidus. Semen unicum, alatum. Ex schedis SOLANDRI.

CASUARINA nodiflora. Tab. 91. fig. 4.

Casuarina terrestris. RUMPH. *amb.* 3. *p.* 87. *t.* 58. rudis.

Casuarina verticillis staminum remotis. THUNB. *gen. nov. p.* 54. LINN. *syst. veg.* 840.

Ex herbario Banksiano.

FRUCT. Strobilus subglobosus, echinatus, pedicellatus. Squamæ amenti maturæ, valde incrassatæ, suberosæ, retusæ, niveæ, geminatæ, ita juxta vicinas positæ, ut strobili corpus egregie quadrangulo-tessulatum appareat. Calycum valvulæ admodum elongatæ, coriaceæ, concavæ, semen tanquam in theca claudentes & demum dimittentes.

PER. nullum; calycis valvulæ hoc officio funguntur.

REC. nullum; semen basi affixum.

SEM. unicum, ovatum, compressum, glabrum, superne ala ovato-oblonga, subpellucida, longitudine calycis, auctum.

INT. duplex: *exterius* in alam desinens; *interius* arachnoideum.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. . . . . . .

a.) Stro-

*

a.) Strobilus integer. b.) Flosculus femineus maturus separatus. C. C.) Squamæ suberosæ amenti. D.) Valvulæ calycis maturi a parte interna spectatæ. e. E.) Semen separatum.

Amenti feminei squamæ breviores, forsan rectius pro calyce, & longiores, pro corolla haberi possent; sed quare in charactere generico *Syst. veg. l. c.* alterutræ earum desint, cum mitræformes istos echinati Strobili radios vel ipse RUMPHIUS recte annotaverit, non liquet.

DLXIX. CUPRESSUS. TOURN. *inst. t.* 358. LINN. *gen.* 1079.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Amentum ovatum, ex Squamis subrotundis, peltatis, oppositis. Cal. nullus. Cor. nulla. Antheræ quatuor in superficie squamarum interna sessiles. FEM. Amentum subglobosum ex Squamis angulatis, peltatis, multifloris. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovaria quatuor ad octo, pedunculo peltæ affixa. Stigma simplex sessile. Nux angulata, unilocularis, evalvis.

CUPRESSUS sempervirens. Tab. 91. fig. 5.

Cupressus. CAM. *epit.* 52. BESL. *Eyst. æstiv. frut. t.* 3. *f.* 1. BLAKW. *herb. t.* 157.

Cupressus foliis imbricatis, frondibus quadrangulis. LINN. *syst. veg.* 861.

FRUCT. Galbulus ovato-globosus, compositus ex squamis grandibus, angulatis, peltatis, suberosis, parte sua exteriore convexiusculis, radiatim striatis & in centro mucronatis, parte autem interiore in pedunculum crassum & angulatum desinentibus, cujus extremitati nuculæ quatuor aut plures adhærent.

PER. Nux parva, ossea, obovata, compressa aut irregulariter angulata, vestita epidermide membranacea gilva & in angustissimum marginem nuculam cingentem producta, unilocularis, evalvis, cultro tamen facile fissilis.

REC. nullum, præter pedunculum squamæ, cujus fini interiori nuces affiguntur.

SEM. lineari oblongum, subteretiusculum, spadiceum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis . . . . . .

*

a.) Galbulus integer. b.) Pelta separata, ad basin suam nucifera. c.) Nuces separatæ, utroque latere spectatæ. D.) Nucis atque Seminis sectio transversalis.

CUPRESSUS japonica. ibid.

Cupressus foliis quadrifariis falcatis compressis sulcatis decurrentibus. THUNB. *jap. p.* 265. LINN. *syst. veg.* 861.

A Cl. THUNBERGIO & HOUTUYN.

Sero-

Strobilus (a) ovato globosus, squarrosus, muricatus. Squamarum (b. c.) pedunculus crassus, striatus, arcuatus, præpilatus Pelta coriaceo membranacea; inferne varie angulata; superne tri - l. quadrifida: laciniis membranaceis, lanceolato - acuminatis erectis; & denique anterius producta in rostrum longum, acuminatum, carinatum, recurvum. Nuculæ (d. e.) ad singulam squamam quaternæ aut senæ, per paria (d.) coadunatæ, obovatæ, lenticulari compressæ (F.), aut angulatæ, angustissimo margine membranaceo cinctæ, spadiceæ. Semen (g.) teretiusculum, atrum. Albumen prorsus nullum. Embryo (H. I.) magnitudine seminis, erectus, viridis, terebinthinam redolens, monocotyledoneus, aut ex cotyledonibus quatuor, inter se conferruminatis (I.) compositus. Radicula obliqua, infera.

Transverse sectus embryo, ex aliquot, circiter quatuor, distinctis bacillis carnosis compositus esse videtur; sed externe nullum divisionis apparet vestigium, nec possunt isti bacilli ulla ratione a se invicem separari, quare hic embryo monocotyledonibus poterit accenseri, etsi forsan sub germinatione in plures lobulos sponte solvatur: dicotyledoneus certissime non est.

DLXX. TAXUS. TOURN. *inst.* *t.* 362. LINN. *gen.* 1135.

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. MAS. Calyx imbricatus squamis rotundatis, concavis, quaternis aut septenis. Cor. nulla. Receptac. in columnam elongatum, cui affixæ Antheræ subdenæ, post dehiscentiam lobato peltatæ. FEM. Cal. ut in mare. Cor. nulla. Receptac. primo orbiculatum, angustum, fungosum; deinde subhæmisphæricum, membranaceum; denique carnosum, baccatum, coccineum. Ovar. unicum, ovato - acuminatum. Stigma simplex, sessile. Nux a receptaculo baccato involucrata, ovata, unilocularis, evalvis.

TAXUS baccata. Tab. 91. fig. 6.

Taxus. DOD. *pempt.* *859.* CAM. *epit.* *840.* BLAKW. *herb.* *t.* *572.* opt.

Taxus baccifera. HALL. *hist.* *n.* *1663.*

Taxus foliis approximatis. LINN. *syst.* *veg.* *895.*

PER. Nux ossea, obovata, apice mucronata, turgide lenticularis, glabra, atra, unilocularis, evalvis, involucrata receptaculo floris grandefacto, ovato-globoso, apice pervio, carnoso, coccineo.

REC. nullum præter fundum involucri.

SEM. unicum, cavitati nucis conforme, ad basin tamen processu mamillari insignitum, pallidum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. magnitudine & figura seminis, carnosum, crassissimum, album.

EMB. monocotyledoneus, tereti-acuminatus, seu fusiformis, erectus, lacteus. *Rad.* leviter attenuata infera.

*

a.) Nux immatura, præputio membranaceo albo ad medium usque vestita. b.) Involucrum nucis maturum, apice saltem pervium. c.) Idem longitudinaliter dissectum, cum nucula in situ. d.) Nux separata. e.) Ejus sectio transversalis. f. g. G.) Semen denudatum erectum (f.), & inversum (g.) cum sua mamilla umbilicali. H.) Embryo intra albumen verticaliter dissectum. I.) Idem solutus.

TAXUS nucifera. ibid.

Taxus nucifera. KÆMPF. *amoen. p. 814. t. 815.*

Taxus foliis distantibus. LINN. *syst. veg. 895.*

A Cl. HOUTUYN.

Nux corticata: Cortice baccato, ovato acuminato (a), glaberrimo, nitidissimo, viridi, pallidis striis variegato, molli, aromatico. Arillus reticulatus (b) membranaceus, tenuissimus, carni & putamini interjectus, atque hujus basi (c.) affixus. Putamen ovato-oblongum (c), rugosulum, sursum attenuatum, tenue, uniloculare (d.), fragile. Semen (e) putamini conforme, integumento simplici surfuraceo tectum. Albumen (f.) figura seminis, oleosum, pallidum, fragile. Embryo (f. G.) in basi albuminis, monocotyledoneus, tereti-acuminatus, lacteus.

Corticis baccati figuram & descriptionem e KÆMPFERO mutuatus sum; videant itaque alii, num omnino clausus, anne saltem per maturitatem apice obturatus sit? Arillus, quem ad naturam delineavi, nihil aliud esse mihi videtur, quam involucri carnosi membrana interna.

DLXXI. FICUS. TOURN. *inst. t.* 420. LINN. *gen.* 1168.

Flores sexu distincti, in eodem, vel in separato *Receptaculo communi* turbinato, carnoso, squamis conniventibus clauso. MAS. Calyx campanulatus, trifidus, basi in pedunculum floris carnosum, filiformem, desinens. Stam. tria. FEM. Calyx campanulatus, quinquefidus, basi *externa*, in pedunculum floris carnosum filiformem productus; *interna*, cum ovario commistus. Ovar. semiinferum. Styl. setaceus, apice bifidus. Drupa monosperma.

FICUS Carica. Tab. 91. fig. 7.

Ficus. DOD. *pempt. 812.* BLAKW. *herb. t. 125.* EHRET. *decad. t. 73. 74.* opt.

Ficus palmata. HALL. *hist. n. 1607.*

Ficus foliis palmatis. LINN. *syst. veg. 921.*

FRUCT. turbinatus, apice umbilicatus, e viridi & rubro varius, carnosus, mollis, intus cavus.

Per. Drupa minima, baccata, filiformi-pedunculata, calyce fupra medium fibi circumnato tecta, atque ftylo perfiftente terminata. Cortex gelatinofo-carnofus, fubpellucidus, demum exarefcens. Putamen cruftaceum, tenue, fragile, femen æmulans.

Rec. funiculus filiformis, e pedunculo floris oriundus, fuperne bifidus: crure altero in ftylum pergente, altero recurvo, femen pendulum fuftinente.

Sem. putamini conforme, feu ovatum, furfum anguftatum, lenticulari compreffum, fub apice foramine umbilicali notatum, rufefcens.

Int. fimpliciffimum, membranaceum.

Alb. magnitudine & figura feminis, craffum, carnofum, pallidum, febi inftar fragile.

Emb. teretiufculus, uncinatus, inverfus, niveus. *Cotyl.* femiteretes, accumbentes, arcuatæ. *Rad.* leviter incurvata, longa, fupera.

a.) Fructus integer. b.) Idem diffectus. c. C.) Flofculus femineus maturus. D.) Cortex drupæ pulpofus diffectus, cum funiculo umbilicali feminis. e. E.) Putaminis crufta integra. F.) Eadem transverfe fecta, cum femine ad medium denudato, atque cicatricula fua umbilicali propria infignito. G.) Embryonis fitus in albumine. H.) Embryo folutus.

Rectius forfan Utriculus, quam drupa, hoc pericarpium diceretur, quia tandem in membranulam tenuem exarefcit.

DLXXII. PIPER. Linn. *gen.* 43.

Fructificationis partes in fpicam filiformem digeftæ. Cal. nullus. Cor. nulla. Stamina incerto numero Ovariis intermixta. Bacca unilocularis.

Piper Cubeba. Tab. 92. fig. 1.

Piper caudatum. Besl. *mus. p. 7. t. 3.*

Piper foliis oblique ovatis f. oblongis venofis acutis, fpica folitaria pedunculata oppofitifolia, fructibus pedicellatis. Linn. *fyft. veg.* 74.

Per. Bacca carnofa, globofa, apice obfolete umbilicata, bafi pedicellata, rubra, vel per vetuftatem fumofa, glabra, unilocularis. Caro modice craffa, demum in pelliculam coriaceam exarefcens.

Rec. nullum; caro undique femini adnata.

Sem. unicum, fubglobofum, fuperne exigua foveola umbilicatum, ferrugineofufcum, rugofulum.

Int. fimplex, membranaceum, albumini arcte adnatum.

Alb. femini conforme, fubgranulofum, friabile, pallide lutefcens, aromaticum, acre, foveola exiliffima prope verticem exfculptum.

Emb. minutiſſimus, inverſus, lacteus, in propria albuminis cavitate, ſolo integumento ut in Palmis clauſa, locatus. *Cotyl.* duæ minutiſſimæ, papillares, divergentes. *Rad.* diſcoidea cum acumine medio, ſupera, integumento ſeminis affixa.

*

a.) Racemus longe pedunculatus. b. c.) Baccæ ſolutæ, integræ. d.) Bacca transverſim ſecta. e. E.) Semen denudatum. F.) Baccæ atque Seminis ſectio verticalis. G.) Cavitas in ſupremo albumine, embryonem claudens. H.) Embryo ſolutus.

Piperis nigri & albi fructus, in officinis venales, ſunt baccæ immaturæ, integræ, aut decorticatæ, albumine imperfecto, cavo, ſed nullo viſibili embryone, vel ejus loco, ſquamula ſaltem rotundula & carnoſa dotatæ.

DLXXIII. LAURUS. Tourn. *inſt. t.* 367. Linn. *gen.* 503.

Flores hermaphroditi, vel & ſexu deſtincti in ſeparatis ſtirpibus. Calyx monophyllus, quadri - l. ſeptemfidus. Cor. nulla, aut quadrifida. Stam. ſex ad decem: filamentis interioribus baſi glanduliferis. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca, unilocularis, monoſperma.

Laurus nobilis. Tab. 92. fig. 2.

Laurus. Cam. *epit.* 60. Blakw. *herb. t.* 175.

Laurus foliis ovato - lanceolatis, ramis florigeris folio brevioribus. Hall. *hiſt. n.* 1602.

Laurus foliis lanceolatis venoſis perennantibus, floribus quadrifidis. Linn. *ſyſt. veg.* 383.

Per. Bacca ſupera, ovata, carnoſa, tenuis, unilocularis, violaceo - atra.

Rec. nullum, præter tuberculum parvum in fundo baccæ, unde faſcia vaſculoſa utrinque ſecundum longitudinem ſeminis aſcendit, & in ejus apice finitur.

Sem. unicum, grande, ovatum, ſupra leviter mucronatum.

Int. ſimplex, chartaceum, aridum, tenue, facillime a nucleo ſecedens atque carni baccæ adhærens, ut ſemen in vetuſtiori fructu acoccon videatur.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, albus. *Cotyl.* ellipticæ, carnoſæ, craſſæ, plano - convexæ. *Plum.* diphylla, grandiuſcula, foliolis linearibus. *Rad.* parvula, ſubgloboſa, ſupera, immerſa ſ. intra cotyledones latens.

*

a.) Bacca integra. c.) Eadem per medium ſecta. c.) Semen denudatum cum faſcia ſua umbilicali. d.) Cotyledones ſeparatæ, cum Plumula atque Radicula in ſitu naturali.

Laurus

Laurus Caſſia. ibid.

Carua. Rheed. *mal. 1. p. 107. t. 57.* *Caſſia lignea.* Blakw. *herb. t. 391.*
Laurus foliis triplinerveis lanceolatis. Linn. *ſyſt. veg. 383.*
E collectione ſem. hort. lugdb.

Bacca ovato-oblonga (a) apice mucronata, baſi calyce campanulato, coriaceo, angulato, inæqualiter 5—6 dentato excepta, cæruleo-fuſca, glabra, unilocularis (b), demum in cruſtam coriaceam tenuem & prorſus inſipidam inodoramque exareſcens. Semen (c) integumento chartaceo, ab ipſo ſemine ſoluto atque carni arcte adhærenti tectum, ovato-acuminatum, in duas cotyledones craſſas (d.) partibile. Radicula atque Plumula minima, intra cotyledones, ut in præcedenti latent.

Laurus Cinnamomum. ibid.

Caſſia cinnamomea. Herm. *lugdb. 129. t. 655.*
Cinnamomum foliis latis ovatis frugiferum. Burm. *zel. 62. t. 27.*
Cinnamomum. Blakw. *herb. t. 354. f. 1.* non fig. 2. c. d. quæ præcedentis eſt.
Laurus foliis trinerviis ovato-oblongis: nervis verſus apicem evaneſcentibus. Linn. *ſyſt. veg. 383.*
Banu-Kurundu. Zeylonens.
E collect. ſem. hort. lugdb.

Bacca ſubgloboſa (a. b.), apice depreſſiuſcula atque toruloſa, baſi calyce craſſo, coriaceo, angulato, ſublobato & inæqualiter ſex — novem dentato excepta, carnoſa: Carne craſſiſſima (c.), per ætatem fungoſa, cinnamum fortiter redolente. Semen (d.) ſphæricum, aut globoſum, integumento cruſtaceo, fragili, ſed tenui (E.) tectum. Embryo ſemini conformis.

Non poſſum abs me impetrare ut Caſſiam ligneam, cum Cl. Thunbergio, meram Cinnamomi varietatem credam. Eſt enim in fructu diſcrimen inſigne, non tantum quod ejus fabricam & figuram, ſed & quod odorem ejus ſpectat, qui ſcil. in Caſſiæ baccis nullus, in Cinnamomi vero etiamſi vetuſtiſſimis & hos centum ante annos ab ipſo P. Hermanno in Ceylona lectis, longe gratiſſimus & fortiſſimus deprehenditur.

DLXXIV. NANDINA. Thunb.

Calyx polyphyllus imbricatus. Cor. hexapetala. Stam. ſex. Ovar. ſuperum. Styl. unicus. Stigma capitatum. Bacca exſucca unilocularis, diſperma.

Nandina domeſtica. Tab. 92. fig. 3.

Nandina. Thunb. *jap. p. 9.* & *147.* Linn. *ſyſt. veg. 344.*
* A Cl. Houtuyn.

Per.

PER. Bacca ſupera, magnitudine piſi, ſphærica, exſucca, coriacea, ſtylo brevi atque ſtigmate capitato trilobo terminata, extus rubra aut per ætatem ſpadiceo ruſeſcens, intus membrana alba veſtita, unilocularis.

REC. ſpongioſum & quaſi adipe ſcatens, ſeminibus interjectum, eorumque cavitatem internam farciens: hinc in recenti fructu globoſum, album.

SEM. duo, meniſcoidea, ſ. convexo concava, rotunda, ad alterum ſuum marginem ſtria depreſſa, a baſi ad apicem decurrente notata, cineraſcentia, aut ruſeſcentia.

INT. ſimplex, tenuiſſimum, arcte adnatum.

ALB. ſemini conforme, cartilagineum, durum, aqueo-pallidum.

EMB. minutus, niveus, inverſus, in apice albuminis locatus. *Cotyl.* rotundatæ, ſubfoliaceæ. *Rad.* incraſſata, brevis ſupera.

*

a. A.) Bacca integra. b.) Eadem diſſecta. c. C.) Seminis pars convexa. d. D.) Ejusdem pars concava. E.) Sulcus in margine ſeminis. F.) Albumen transverſe ſectum. H.) Idem verticaliter ſectum, cum ſitu Embryonis. I.) Embryo ſeparatus.

Numerus ſeminum naturalis, binarius eſt, ſed interdum nonniſi unicum adoleſcit, & tunc alterum, baſi ejus, ſub forma ſquamulæ emarcidæ adhæret. Etiam figura conſueta, meniſcata ſ. oculorum Cancri æmula eſt: at nonnunquam ſemina, utrinque fovea excavata deprehenduntur, quale repræſentatur in fig. G.

DLXXV. CASSINE. LINN. *gen.* 371.

Calyx quinquepartitus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Stigmata tria ſeſſilia, reflexa. Drupa baccata, trilocularis.

CASSINE Maurocenia. Tab. 92. fig. 4.

Ceraſus africana, foliis plerumque in ſummo ſinuatis, fructu rubro. PLUK. *phyt. t. 158. f. 2.*

Frangula ſempervirens, folio rigido ſubrotundo. DILL. *elth. 146. t. 121.*

Caſſine foliis ſeſſilibus integerrimis obovatis coriaceis. LINN. *ſyſt. veg. 295.*

Ex herbario Bankſiano.

PER. Drupa ſupera, baccata, globoſa, tribus in vertice ſtigmatibus elevato-puncticularibus notata. Cortex carnoſus, tenuis, cuticula externa e minio rubra. Putamen cruſtaceum, tenue, triloculare.

REC. nullum; ſemina apice loculamentis affixa.

SEM. ſolitaria, ovata, ſupra acuminata, cum umbilico terminali minuto albicante, cetera atra, hinc convexa, inde angulata.

INT.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, craſſiuſculum; *interius* membranaceum, ruſeſcens.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album, cavitate compreſſa in medio diviſum.

Emb. dimidio albumine brevior, inverſus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceo-compreſſæ. *Rad.* breviſſima, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Eadem diſſecta. c. C.) Semina ſeparata. D.) Seminis & albuminis ſectio transverſalis. E.) Embryonis in ſupremo albumine ſitus. F.) Embryo ſolutus.

Embryonem adultiorem totam albuminis cavitatem replere, veriſimile eſt.

DLXXVI. PHILLYREA. Tourn. *inſt. t.* 367. Linn. *gen.* 19.

Calyx quadridentatus. Cor. monopetala, quadrifida. Stam. duo. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Drupa bilocularis. Semina ſolitaria.

Phillyrea media. Tab. 92. fig. 5.

Phillyrea III. Clus. *hiſt. 1. p.* 52.

Phillyrea foliis ovato-lanceolatis ſubintegerrimis. Linn. *ſyſt. veg.* 57.

Ex herbario Bankſiano.

Per. Drupa ſupera, baccata, ovato-globoſa, ſtigmate globuloſo terminata, nigra. Cortex carnoſus, tenuis. Putamen chartaceum, tenuiſſimum, album, biloculare.

Rec. nullum; ſemina diſſepimento affixa.

Sem. ſolitaria, uno ſæpius abortante, ovata, ſupra leviter acuminata, hinc convexa, inde planiuſcula aut angulata, rugoſula, ſpadiceo-rufeſcentia.

Int. ſimplex, membranaceum, tenuiſſimum, albumini adnatum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, candidiſſimum, molle, ut fere farinoſum.

Emb. longitudine albuminis, inverſus, albus. *Cotyl.* lineari-oblongæ, compreſſæ, planæ. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Eadem diſſecta. c. C.) Semina ſoluta. D.) Albumen transverſe, & E.) Idem longitudinaliter diſſectum cum Embryone.

Erroneus eſt Linnæi character generis eſſentialis a ſeminum numero deſumtus; conſtantiſſime enim duo adſunt loculamenta, quare etiam naturalis ſeminum numerus non alius, quam binarius.

DLXXVII. LIGUSTRUM. Tourn. *inst.* t. 367. Linn. *gen.* 18.

Calyx quadridentatus. Cor. monopetala quadrifida. Stam. duo. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca bilocularis. Semina geminata.

Ligustrum vulgare. Tab. 92. fig. 6.

Ligustrum. Besl. *Eyst. vern. frut.* t. 13. f. 2. Blakw. *herb.* t. 140. Hall. *hist.* n. 530.

Ligustrum foliis lanceolatis acutis, paniculæ pedicellis oppositis. Linn. *syst. veg.* 56.

Per. Bacca supera, carnosa, subglobosa, nitida, purpureo-atra, bilocularis. Caro succulenta, coloris e purpura rubri. Loculamenta propria membrana tenuissima vestita.

Rec. nullum, præter duas cicatriculas in singulo latere dissepimenti, quibus semina affixa.

Sem. in singulo loculamento gemina, vel & rarius unicum: hoc, dimidiato-ovatum; illa, oblonga, hinc convexa, inde angulata; utraque vero glabra, nitida, purpureo-atra, umbilico albicante superius notata.

Int. simplex, membranaceum, crassiusculum, albumini arcte adhærens.

Alb. semini conforme, subcartilagineum, l. carnosum durum, candidum.

Emb. longitudine fere albuminis, inversus, lacteus. *Cotyl.* ovato-lanceolatæ, foliaceæ, in seminibus solitariis planæ, in geminatis autem carinatæ. *Rad.* teretiuscula, longa, supera.

*

a.) Racemus cum baccis integris. b.) Loculamenta gemina. c.) Semina dissepimento affixa. d.) Dissepimentum liberum, cum duabus cicatriculis, e quibus semina pendent. e. f.) Semina soluta. g.) Albumen transverse, & h.) Idem verticaliter sectum, cum figura & situ Embryonis.

DLXXVIII. AQUIFOLIUM. Tourn. *inst.* t. 371. Ilex. Linn. *gen.* 172.

Calyx quadridentatus. Cor. quadrifida rotata. Stam. quatuor. Ovar. superum. Stigmata quatuor sessilia. Bacca tetrapyrena.

Aquifolium spinosum. Tab. 92. fig. 7.

Aquifolium. Cam. *epit.* 84. Blakw. *herb.* t. 205. Oed. *flor. dan.* t. 508. Hall. *hist.* n. 667.

Ilex foliis ovatis acutis spinosis. Linn. *syst. veg.* 168.

Per. Bacca supera, carnosa, ovato globosa, nitida, coccinea, quatuor stigmatibus aridis atris coronata, tetrapyrena. Caro firma, flavescens, subfarinosa. Ossicula ovata, utrinque acuminata, rugosa, hinc convexa, inde angulata, unilocularia, monosperma, ossea.

Rec.

REC. nullum.

SEM. quatuor, oblonga, utrinque acuminata, ſubtriquetra, luteſcentia.

INT. ſimplex, tenuiſſimum, membranaceum, aridum, facile ſecedens.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, albicans, intus fiſſura longitudinali ſubdiviſum.

EMB. minutiſſimus, globuloſus, niveus, inverſus, in ſupremo albumine hærens. *Cotyl.* breviſſimæ, craſſæ. *Rad.* obtuſa ſupera.

*

a. b.) Baccæ integræ. c.) Oſſiculorum in bacca ſitus. d. D.) Oſſiculi latus dorſale. e. E.) Ejusdem pars ventralis. F.) Oſſiculum cum ſemine diſſectum. G. H.) Seminis facies anterior & poſterior. I.) Albumen verticaliter ſectum, cum ſitu Embryonis. K. L.) Embryo ſeparatus.

DLXXIX. BARYOSMA.

Flos .... Drupa ſupera baccata, putamine hiſpido uniloculari monoſpermo.

BARYOSMA Tongo. Tab. 93. fig. 1.

Ex ſeminario hort. Amſtelod.

PER. Drupa ſupera, baccata, ovato oblonga, ſuperne leviter acuminata, per ætatem pallide ſtraminea. Cuticula tenuis, glabra, nitida. Caro ſucculenta, pauca, per ætatem evaneſcens. Putamen figura & magnitudine drupæ, lapideum, craſſum, undique ſetis brevibus rigidis ſubfaſciculatis hiſpidum, uniloculare, evalve.

REC. funiculus umbilicalis brevis e putaminis vaſis nutritiis oriundus atque ſemini ſub apice ſuo inſertus.

SEM. unicum, cavitate putaminis multo brevius & anguſtius, oblongum, lenticulari compreſſum, obſoletis rugis inſcriptum, atrum, ſplendens, graveolens.

INT. ſimplex, aridum, chartaceo-coriaceum, tenue, extus quaſi pinguedinoſum & aquæ contactum reſpuens, intus ſubferrugineum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, per ætatem, aut ab olei, quo ſcatet, copia melinus. *Cotyl.* ovato oblongæ, plano convexiuſculæ, extus obſoletæ rugoſæ. *Plum.* grandiuſcula, ex ſcapo longo, ancipiti, & foliis geminis pinnatis, tri-l. quadrijugis, cum impari. *Rad.* ovato acuminata, compreſſa, ſupera.

*

a.) Drupa integra, e majoribus, nam dantur dimidio minores. b.) Eadem, detracta cuticula, ut putaminis ſuperficies hiſpida in conſpectum veniat. c.) Putamen longitudinaliter apertum, cum ſemine in ſitu naturali. d.) Semen transverſe ſectum. e.) Embryo denudatus. f.) Radicula & plumula, magnitudine naturali. F.) Plumula ſeparata & aucta.

Semen valde oleosum est, ut sæpius materies alba butyracea inter cotyledones reperiatur; forti etiam & vellicante odore præditum est, quare Nicotianæ pulveri sternutatorio semina hæc addi solent.

DLXXX. PRUNUS. Tourn. *inst.* t. 398. Linn. *gen.* 260.

Calyx inferus quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. calycina viginti & plura. Ovar. superum. Styl. simplex. Drupa baccata, putamine glabriusculo, suturis prominulis.

Prunus domestica. Tab. 93. fig. 2.

Prunus damascena. Blakw. *herb.* t. 305.

Prunus foliis serratis hirsutis ovato - lanceolatis, floribus longe petiolatis. Hall. *hist.* n. 1079.

Prunus pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato - ovatis convolutis, ramis muticis. Linn. *syst. veg.* 463.

Per. Drupa supera, baccata, ovalis, altero latere paulo magis gibba atque stria depressa inscripta, cærulea, rorulenta. Caro flavescens, mollis. Putamen osseum, ovatum, utrinque acuminatum, lenticulari - compressum, obsolete scrobiculatum, uniloculare, cultro secundum suturas fissile. Sutura altera gibbosior, simplex, prominula, acuta; altera rectior, sulco medio bipartita, angusta, crenulata.

Rec. funiculus umbilicalis filiformis, in proprio canali putaminis suturæ acutæ inscripto decurrens atque semini infra apicem suum insertus.

Sem. unicum, ovato - acuminatum, lenticulari - compressum, cavitate putaminis minus, e ferrugineo-rufescens s. cinnamomeum.

Int. duplex, utrumque membranaceum, tenue.

Alb. carnosum, album, tenuissimum, ut vix ullum, nisi circa radiculam embryonis.

Emb. semini conformis, inversus, lacteus. *Cotyl.* obovatæ, carnosæ, plano-convexæ. *Plum.* diphylla, compressa. *Rad.* incrassata, ovato - acuminata, supera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putaminis in carne situs & figura. c.) Ejusdem valvula altera cum semine integro. d.) Albumen superne denudatum. e.) Idem verticaliter dissectum, cum embryone in situ. f.) Cotyledones separatæ. G.) Plumula cum radicula soluta & aucta.

DLXXXI. AMYGDALUS. Tourn. *inst.* t. 402. Linn. *gen.* 619.

Calyx inferus quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. calycina viginti & plura. Ovar. superum. Styl. simplex. Drupa pubescens, baccata aut exsucca: putamine glabriusculo aut scrobiculato; suturis prominulis.

Amygdalus nana. Tab. 93. fig. 3.

Armeniaca persicæ foliis fructu exsucco. Amm. *ruth.* 273. *t.* 30.

Amygdalus foliis basi attenuatis. Linn. *syst. veg.* 462.

Per. Drupa supera, exsucca, rotundato-acuminata, turgide lenticularis, sessilis. Cortex coriaceus, per maturitatem altero latere dehiscens, extus tomentosus, albus; intus ferrugineus, cavernulosus. Putamen osseum, figura corticis, glabrum, bivalve: Sutura altera tenui, angustiore; altera incrassata, latiore; utraque integerrima, glabra.

Rec. funiculus umbilicalis filiformis, in canali proprio suturæ crassioris ad seminis apicem adscendens.

Sem. unicum, ovato-rotundatum, supra acuminatum, turgide lenticulare, pallidum, venis rufescentibus pictum.

Int. duplex: utrumque membranaceum, interioris superficie interna carnosa, alba.

Alb. nullum, præter laminam tenuissimam carnosam integumenti interni.

Emb. semini conformis, inversus, lacteus. *Cotyl.* subhemisphæricæ, carnosæ. *Plum.* diphylla, foliolis ovato acuminatis conduplicatis. *Rad.* brevis, conica, supera.

a.) Drupa integra. b.) Putamen, altera corticis valvula reflexa, denudatum, integrum. c.) Valvulæ putaminis apertæ, cum semine in situ. d.) Integumentum seminis internum superne denudatum. e.) Embryo denudatus. f.) Cotyledones separatæ. F.) Radicula & Plumula aucta.

Uti certi inter Padum, Cerasum, Armeniacam & Prunum non dantur limites, ita nec inter Amygdalum & Prunum verum datur discrimen genericum. Sola differentia, eaque satis frivola, consistit in pubescentia corticis drupæ: nam pori putaminis, in A. *nana* & in nonnullis ipsius A. *communis* varietatibus plane desunt.

DLXXXII. OLEA. Tourn. *inst. t.* 370. Linn. *gen.* 20.

Calyx quadridentatus. Cor. monopetala quadrifida. Stam. duo. Ovar. superum, biloculare. Styl. simplex apice bifidus. Drupa baccata, putamine osseo, plerumque uniloculari, monospermo.

Olea europæa. Tab. 93. fig. 4.

Olea. Dod. *pempt.* 821. Blakw. *herb. t.* 199. bene. — *sylvestris.* Blakw. *t.* 213.

Olea foliis lanceolatis. Linn. *syst. veg.* 57.

Per. Drupa supera, baccata, elliptico-globosa, lutescenti-viridis, demum nigra. Caro duriuscula, crassa, glauca. Putamen osseum, ovato-oblongum,

gum, utrinque acuminatum, ſuperne ad apicem duobus callis oblong lateralibus notatum, cetera obſoletiſſime rugoſum, craſſum, biloculare loculamento altero ſæpiſſime obliterato; altero ſolo fertili atque in crusta cartilaginea lævigatiſſima veſtito.

Rec. filiforme, e fundo loculamenti oriundum & ejusdem parieti adnatum ſurſum ad ſemen pergens, cujus cicatriculæ umbilicali mox infra apicem inſeritur.

Sem. unicum, altero ſcil. conſtanter abortiente, oblongum, teretiuſculum deorſum acuminatum, paulo infra verticem cicatricula umbilicali notatum pallide gilvum aut ſtramineum.

Int. ſimpliciſſimum, tenuiſſimum, membranaceum.

Alb. ſemini conforme, amygdalino-carnoſum, oleoſum, album.

Emb. longitudine albuminis, inverſus, luteus. *Cotyl.* ſubfoliaceæ, cordato-lanceolatæ, verſus apicem flexuoſæ. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen ſeparatum, ſub apice duobus callis α. α.) notatum. c.) Idem transverſe ſectum, cum altero loculamento obliterato. d.) Idem, cum altero loculamento ſe-tus deleto, & ſubſtantia oſſea fibris capillaribus ligneis perforata. e.) Seminis pars ſuperior denudata, cum cicatricula umbicali. β.). f.) Embryo in albumine verticaliter diſſecto. g.) Idem ſolutus.

DLXXXIII. MURRAYA. Linn. *gen.* 1341.

Calyx monophyllus, brevis, quinquefidus. Cor. pentapetala. Nectar. campanulatum, ovarium cingens. Stam. decem. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex ſtigmate capitato pentagono. Bacca exſucca, unilocularis monoſperma.

Murraya exotica. Tab. 93. fig. 5.

Camunium japonicum. Rumph. *amb.* 5. *p.* 29. *t.* 18. *f.* 2.

Marſana buxifolia. Sonnerat. *voy. ind.* 2. *p.* 245. *t.* 139.

Murraya exotica. Linn. *ſyſt. veg.* 398.

Buis de chine. A Sereniſſ. Princ. CAROLINA March. Bad.

Per. Bacca exſucca, ſupera, globoſa, brevi acumine terminata, punctis e-vatis aut tuberculis miliaribus obſolete ſcabrata, coriacea, tenuis, unilocularis.

Rec. nullum; ſemen fundo baccæ affixum & cum cuticula ſua undique cohærens.

Sem. unicum, magnitudine fere baccæ, ſubgloboſum, fibris mollibus brevissimis, appreſſis undique contectum, albidum aut pallide ſtramineum.

Int. ſimplex, chartaceum, tenue, facile ſecedens, baſi interna lata chalazina, caſtaneo fuſca notatum.

Alb. nullum.

EMB. femini conformis, inverfus, pallide viridis, ad bafin mamilla depreffiufcula in altera cotyledone infignitus. *Cotyl.* rotundatæ, carnofæ, plano convexæ inæquales: altera minore tenuiore; altera craffiore & ad bafin mamilla infignita. *Rad.* teretiufcula, alba, fupera, intra cotyledones latens.

*

a. A.) Bacca integra. b. B.) Ejus cortex ad medium ufque detractus. c. C.) Semen denudatum. d.) Idem transverfe fectum, inæqualem cotyledonum craffitiem oftendens. e. f.) Embryo denudatus cum mamilla fua, craffiori cotyledoni impreffa. g. h.) Cotyledones feparatæ.

Propter fitum chalazæ excentricum fufpicor ovarium immaturum effe biloculare aut difpermum.

DLXXXIV. EPACRIS. LINN. *gen.* 1369.

Calyx pentaphyllus perfiftens, foliolis lanceolatis acuminatis erectis: duobus interioribus anguftioribus. Cor. hypocrateriformis, tubo laxo longitudine calycis: Limbus patens, quinquepartitus, æqualis, tubo duplo brevior. Nectar. Squamæ quinque, bafin ovarii cingentes, oblongæ, truncato-emarginatæ, ovario breviores. Stam. quinque, brevia, fauci corollæ inferta. Ovar. fuperum. Styl. filiformis: ftigmate capitato angulato. Capfula quinquelocularis: loculamentis polyfpermis. Ex fchedis SOLANDRI.

EPACRIS frondofa. Tab. 94. fig. 1.

Ardifia frondofa. SOLAND. *mff.*

Epacris arborea, foliis fubulatis vaginantibus, racemis erectis, floribus oppofitis? LINN. *fyft. veg.* 198.

Ex herbario Bankfiano.

PER. Capfula fupera, fubturbinata, rotundato-pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis. Diffepimenta medio valvularum inferta atque fulcis capfulæ externis depreffis refpondentia.

REC. in fingulo loculamento fingulum, liberum, oblongum, ex tereti-compreffiufculum, pedunculo curvo ex axi fructus oriundum, atque altera fua extremitate deorfum pendulum, feminibus undique contectum.

SEM. plura, minutula, lineari oblonga, utrinque attenuata, rufefcentia.

INT. fimplex, membranaceum, tenue.

ALB. femini conforme, carnofum, aqueo pallidum, tenue.

EMB. oblongus, inverfus, albus. *Cotyl.* lineares, foliaceæ. *Rad.* teretiufcula, fupera, f. relative centripeta.

*

a. A.) Flos naturali & aucta magnitudine. b. B.) Capsula integra, calyci maturo impos. C.) Ejus sectio transversalis. D. E.) Receptacula in situ naturali & soluta, cum se... insertione. F.) Semina separata & aucta. G.) Semen transverse, & I.) Idem longitudi... dissectum, cum situ & figura embryonis.

DLXXXV. ARDISIA.

Calyx pentaphyllus, foliolis ovatis concavis persistentibus. Cor. hypo... teriformis, marcescens. Tubus laxus, calyce longior. Limbus br... quinquepartitus. Nectar. Squamulæ quinque oblongæ, basi ovarii app... Stam. quinque, brevissima, fauci corollæ inserta. Ovar. subrotun... superum. Styl. filiformis, stigma simplex. Bacca corticata, exsucca q... quelocularis. Loculamenta dispermia. Ex schedis SOLANDRI.

Differt ab Epacri: Stigmate simplici; pericarpio baccato; seminibus ge... natis.

ARDISIA acerosa. Tab. 94. fig. 2.

Stiphelia acerosa. SOLAND. *mss.*

Epacris arborea, foliis sparsis linearibus acutis patentibus sessilibus, racemis ... mis, floribus alternis. LINN. *syst. veg.* 198.

Ex herbario Banksiano.

PER. Bacca supera, parva, exsucca, sphærica, stylo brevi subulato termi... Cortex coriaceus, tenuis, niger. Caro fungosa, solidiuscula, alba, q... quelocularis.

REC. in singulo loculamento singulum, filiforme, breve, altera extre... axi fructus insertum; altera, duo semina pendula sustinens.

SEM. geminata, parvula, ovata, sursum attenuata, plano-convexa, rufesc...

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, inversus, albus. *Cotyl.* ovatæ, carnosæ, tenues. ... brevis supera.

*

a. A. b. B.) Bacca integra, a superiore atque inferiore parte spectata. c.) Cortex ad ... resectus & caro fungosa denudata. D.) Bacca transverse secta. E.) Seminum in locu... situs. f. F.) Semina geminata e funiculo umbilicali pendula. G.) Eadem transver... H.) Embryo denudatus.

Embryonem non satis distincte vidi, quare figura ejus (H), dubia & ... albumini tribuenda.

DLXXXVI. COMMERSONIA. Linn. *gen.* 1380.

Calyx monophyllus quinquepartitus. Cor. pentapetala, calyci inserta: petalis basi dilatatis. Nectarium decempartitum: laciniis alternis lanceolatis; alternis filiformibus villosis. Stam. quinque. Ovar. superum, globosum. Styl. quinque, stigmatibus globosis. Capsula setis mollibus echinata, quinquelocularis.

Commersonia echinata. Tab. 94. fig. 3.

Dasypogon. Soland. *mss.*

Commersonia. Linn. *syst. veg.* 309.

Ex herbario Banksiano.

Per. Capsula supera, subglobosa, corticata, pentacocca, quinquevalvis. Cortex coriaceus, undique setis mollibus villosis echinatus, apice quinquefariam dehiscens. Cocculi quinque, obovati, deorsum angustati, ossei, hinc gibbi, inde angulati, ex dorso semibiloculares, bivalves: valvulis cocculorum contiguorum inter se conferruminatis & dissepimenta capsulæ propria formantibus.

Rec. nullum, præter angulum loculamentorum centralem.

Sem. in singulo loculamento gemina, ovato-oblonga, supra paulo crassiora, levissime compressa, rubro ferruginea, in vertice autem nigricantia, incomplete arillata.

Arillus membranaceus, tenuissimus, albicans, lacerus, umbilico seminis affixus, ejusque totam partem ventralem, non autem dorsalem, obtegens.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, crassum, duriusculum; *interius* membranaceum, tenue.

Alb. semini conforme, carnosum, pallidum.

Emb. longitudine fere seminis, erectus, lutescens. *Cotyl.* ovatæ, subfoliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuscula, cotyledonibus brevior, infera.

*

a. b.) Capsula integra & dehiscens. c. d.) Cocculus separatus clausus a latere & a parte ventrali spectatus. e.) Idem transverse sectus, a dorso spectatus. f.) Semina cum arillo. G.) Semen naturali majus, excusso arillo. H.) Ejusdem sectio transversalis. I.) Embryonis, in semine verticaliter secto, figura atque situs.

DLXXXVII. ROYENA. Linn. *gen.* 555.

Calyx urceolatus, quinquedentatus, persistens. Cor. monopetala, limbo quinquefido revoluto. Stam. decem. Ovarium superum globosum. Styl. duo simplices. Bacca calyce vestita, quadrilocularis. Sem. solitaria, cartilaginea.

Royena

ROYENA lucida. Tab. 94. fig. 4.

Staphylodendrum africanum sempervirens, foliis splendentibus. COMM. *hort. amst. i. p. 187. t. 96.*

Staphylodendrum africanum folio singulari lucido. HERM. *parad. t. 232.*

Royena foliis ovatis scabriusculis. LINN. *syst. veg. 410.*

A Cl. HERMANNO Prof. Argentor.

PER. Bacca calyce persistente coriaceo lacero & intus striato vestita, carnosa globosa, glabra, superne rubra, inferne pallida, quadrilocularis. Ca firma, albicans, fere ut in malis. Loculamenta, pulpa vitreo pellucida repleta, nec ulla membrana propria vestita: duobus sæpe abortientibus compressis, lunatis.

REC. nullum: semina gelatina involuta atque apici dissepimentorum affixa.

SEM. solitaria, & in universum quatuor, aut duo: illa oblonga, subtriquetra; h elliptica, plano-convexa, glabra, sublucida, gilva, umbilico in vertice no atque ex hoc ipso ducta per dorsum atque ventrem linea depressa insign

INT. simplex, tenue, membranaceum, albumini pertinacissime adnatum.

ALB. semini conforme, cartilaginosum, durissimum, album, superne umbilico seminis tubuloso profundiuscule perforatum.

EMB. longitudine dimidii albuminis, incurvus, inversus, niveus. *Cotyl.* ell ticæ, tenuissimæ, incumbentes, cum dorso seminis parallelæ. *Rad.* te tiuscula, longa, supera.

*

a. b.) Bacca integra, tecta & denudata. c.) Eadem transverse secta, cum duobus semini situ naturali. d.) Ejusdem loculamenta quatuor, quorum duo lunata, sterilia. e. f.) Sem latus dorsale atque ventrale, utrumque stria longitudinali inscriptum. g.) Albumen tr sectum. h.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum umbilici fistula atque embryonis situ. i. l.) E bryo separatus.

Commelini figura fructus id inprimis peccat, quod baccam repræsentet n parvam atque apice instructam; sed semina quaterna recte se hab Pellicula propria, quam seminibus tribuit, nihil aliud esse potest, exsiccata loculamentorum gelatina. Linnæi descriptio fructus, ad figuram concinnata, tota erronea est.

DLXXXVIII. CALLICARPA. LINN. *gen.* 135.

Calyx monophyllus quadridentatus. Cor. monopetala quadrifida. Stam. tuor. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca unilocularis tetrasperma

CALLICARPA americana. Tab. 94. fig. 5.

Anonymos baccifera verticillata, folio molli & incano. PLUK. *phyt. t. 136.* f

Frutex baccifer verticillatus foliis ſcabris latis dentatis & conjungatis. CATESB. *carol. 2. t. 47.*

Callicarpa foliis ſerratis ſubtus tomentoſis. LINN. *ſyſt. veg. 153.*

PER. Bacca ſupera, magnitudine piſi minoris, globoſa, pulpoſa, primum rubra, denique atro-purpurea, unilocularis.

REC. nullum; ſemina fundo baccæ affixa.

SEM. quatuor, oſſea, elliptica, hinc convexa, inde leviter concava, pallida.

INT. duplex: exterius cruſtaceum, durum, nucleo latius; interius membranaceum, tenue, luteſcens.

ALB. ovato-oblongum, compreſſum, ſemine anguſtius, tenue, carnoſum, aqueo-pallidum.

EMB. longitudine fere albuminis, erectus, lacteus. *Cotyl.* oblongæ, carnoſæ, planiuſculæ. *Rad.* ſubulata, cotyledonibus brevior, infera.

*

a.) Bacca integra. B.) Semina ſuperne denudata. C.) Baccæ unilocularis ſectio transverſa. d. D.) Seminis latus dorſale convexum. e. E.) Ejusdem pars ventralis ſubconcava. F.) Idem transverſe ſectum. G.) Albumen integrum. H. I.) Embryo intra albumen & ſolutus.

Baccas tantum mutilas obtinui, quare de vero embryonis ſitu in hac ſpecie non certus ſum.

CALLICARPA tomentoſa. ibid.

Callicarpa foliis integerrimis lanatis. LINN. *ſyſt. veg. 153.*

Illa. Zeylonens. E collect. ſem. hort. lugdb.

Bacca parva, magnitudine grani piperis, atra, ſtigmate pallido terminata, calyce albo-tomentoſo, orbiculato, ſubedentulo aut obſoletiſſime quadridentato, patentiſſimo excepta, unilocularis (c.), tetraſperma. Semina (d. D. E.) oſſea, ovata, hinc convexa, inde cum ſulco elevato obſoleto concava. Albumen (f. G.) ſemine multo minus, triquetrum, ſubpellucidum. Embryo (H.) certiſſime erectus, albus.

DLXXXIX. STERIPHA. BANKS.

Calyx quinquepartitus perſiſtens. Cor. monopetala infundibuliformis. Tubus cylindraceus calyce brevior. Limbus quinquepartitus, laciniis oblongo-lanceolatis obtuſiuſculis. Stam. quinque, tubo corollæ intra ſinus inſerta. Ovaria duo ſupera, plano-convexa. Styl. duo filiformes, ſtigmatibus magnis capitato-peltatis concavis. Capſulæ duæ. Ex ſchedis SOLANDRI.

STERIPHA reniformis. Tab. 94. fig. 6.

Steripha reniformis. SOLAND. *mſſ.*

Ex herbario Bankſiano.

PER. Utriculi duo ſuperi, membranacei, plano-convexi, villoſi, breviſſime pedicellati, ſemen laxe cingentes, nec dimittentes.

REC. nullum; ſemen baſi affixum.

SEM. ſolitaria, ſubgloboſa, ad umbilicum puncto excavato notata, nigricantia.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, durum, craſſum, fragile; *internus* membranaceum, pallidum.

ALB. tenuiſſimum, ut in ſicco ſemine vix ullum appareat, ſed ab aqua mutatur in gelatinam vitreo pellucidam, ſubviridulam, embryonem involventem & ejus plicis interjectam.

EMB. magnitudine fere ſeminis, dicotyledoneus, contortuplicatus, erectus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, tenuiſſimæ, diverſimode & anfractuoſe contortuplicatæ. *Rad.* teretiuſcula, ſubſpiralis, infera.

*

a. A. B.) Calyx fructifer. B. c.) Utriculi coadunati. D.) Utriculus ſeparatus integer a latere ſuo plano ſpectatus. E.) Idem diſſectus. f. F) Semen integrum. G. H.) Idem transverſaliter & longitudinaliter diſſectum, cum plicis & convolutionibus embryonis obiter expreſſis, quæ penicillo ad naturam delineari nequeunt.

Poſt Opercularium, hæc una ex ſingulariſſimis orbis antarctici plantis eſt. Habitu ſuo externo refert Sibthorpiam *europæam*; at partium fructificationis numero, proxime ad Schreberam accidit!

DXC. DIOSMA. LINN. *gen.* 272.

Calyx quinquepartitus. Cor. pentapetala. Nectar. quinque ovario impoſita. Stam. quinque. Ovar. ſuperum, angulatum. Styl. ſimplex. Cocculi tres ad quinque elaſtici coaliti. Semina ſolitaria.

DIOSMA hirſuta. Tab. 94. fig. 7.

Spiræa africana odorata, foliis piloſis. COMM. *rar.* 3. *t.* 3.

Dioſma foliis linearibus hirſutis. LINN. *ſyſt. veg.* 238.

PER. Capſula ſupera, compoſita ex cocculis quinque elaſticis ad axem inter ſe coalitis. Cocculi oblongi, compreſſiuſculi, transverſim obſolete rugoſi, ſupra in roſtrum ſubulatum deſinentes, extus nigro fuſcæ, intus membrana cartilaginea alba elaſtica veſtitæ, uniloculares, ſutura interiore elaſtice dehiſcentes.

REC. nullum; ſemina ope umbilici fungoſi cocculis ſub roſtro affixa.

SEM. ſolitaria, oblonga, turgide lenticularia, glaberrima, nitida, atra, umbilico albo, lineari, fungoſo, ad latus internum ſub apice notata.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceum pallidum, ad baſin chalaza fuſca parva notatum.

Alb.

Alb. carnoſum, pallidum, tenue.

Emb. magnitudine fere ſeminis, inverſus, albus. *Cotyl.* oblongæ, carnoſæ, plano-convexæ. *Rad.* tubercularis, parva, ſupera.

*

a.) Fructus integer. b.) Idem transverſe ſectus. c.) Cocculus ſeparatus. d. e.) Membrana cocculi elaſtica. f. F.) Semen ſeparatum integrum. G.) Idem transverſe ſectum. H.) Embryonis figura & ſitus intra albumen.

DXCI. THEA. Linn. *gen.* 668.

Calyx penta-l. hexaphyllus. Cor. penta-l. enneapetala. Stam. numeroſa. Ovar. ſuperum triloculare: ovulis in ſingulo loculo quaternis aut ſenis. Styl. unicus. Capſ. trilocularis triſperma.

Thea viridis. Tab. 95. fig. 1.

Thea, frutex folio ceraſi, flore roſæ ſylveſtris, fructu uni, bi- & ut plurimum tricocco. Kæmpf. *amoen. p. 505. t. 506.*

Thee ſinenſium. Breyn. *ic. p. 17. t. 3.* Blakw. *herb. t. 351. 352.*

Thea floribus enneapetalis. Linn. *ſyſt. veg. 496.*

Per. Capſula ſupera coriacea, nunc ſimpliciter globoſa, nunc ex duobus, & frequentiſſime, ex tribus globis quaſi conflata, trilocularis, trivalvis; extus fumoſa & punctis calloſis diſſitis conſperſa.

Rec. nullum; ſemina angulo loculamentorum centrali affixa.

Sem. in maturo fructu ſolitaria, grandia, globoſe angulata, nucamentacea, ſpadicea, *Umbilico* rotundato, amplo, clauſo in latere interno notata.

Int. duplex: *exterius* cruſtaceum, craſſiuſculum, durum, fragile; *interius* membranaceo-coriaceum, vaſis ramoſis impreſſis reticulatum, fere inſtar Nucis moſchatæ, fuſco-ferrugineum.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, in adulto fructu gilvus. *Cotyl.* craſſæ, plano-convexæ, gibbæ, extus ab impreſſionibus vaſorum rugatæ, amygdalino carnoſæ, oleoſæ, fragiles. *Rad.* brevis, craſſa, ſubcylindrica, intra cotyledones latens, centripeta.

*

a. b. B.) Ovarium immaturum integrum. C.) Idem diſſectum cum ovulorum inſertione. d. e.) Capſula matura integra & dehiſcens. f.) Semen ſeparatum integrum. g.) Ejusdem nucleus ad dimidium reſectus & denudata ſeminis membrana reticulato-rugoſa. h.) Embryo denudatus. i.) Cotyledones ſeparatæ, cum Radicula media.

DXCII. CE-

DXCII. CEDRELA. Linn. *gen.* 277.

Calyx quinquedentatus. Cor. pentapetala, receptaculo proprio quinquangulari inferta. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Styl. fimplex; ftigmate capitato. Capfula lignofa, quinquelocularis. Semina imbricata, deorfum alata.

Cedrela odorata. Tab. 95. fig. 2.

Cedrus barbadenfium, alatis fraxini foliis. Pluk. *phyt. t.* 157. *f.* 1.

Cedrela foliis pinnatis, floribus laxe racemofis, ligno levi odorato. Brown. *jam.* 158. *t.* 10. *f.* 1. c. ic. fructus immaturi.

Cedrela floribus paniculatis. Linn. *fyft. veg.* 241.

A Cl. Storr. Prof. Tubing. & femina matura a Cl. Steudel. Efsling.

Per. Capfula fupera, e lignofo pedunculo continuata & ipfa lignofa, fufca, pallidis maculis irregularibus undique confperfa & quafi leprofa, intus rufefcenti fpadicea, quinquelocularis, quinquevalvis: Valvulis ab apice dehifcentibus, bafi autem perfiftentibus, nequaquam caducis.

Rec. lignofum, maximum, rufefcenti-fpadiceum, glabrum, inferne ventricofum, pentagonum; fuperne profunde angulatum, quinque alatum atque infra apicem areolis quinque oblongis fungofis pallidis notatum, quibus ipfi feminum umbilici gemina ferie inferuntur.

Sem. numerofa, deorfum imbricata, compreffa, difformia: *fuprema* elliptica, *media* oblongo ovata, *infima* ovato lanceolata; omnia fuperne nucleo dotata, inferne in alam membranaceam definentia, e ferrugineo-cinnamomea.

Int. fimplex, membranaceum, tenue, ad nuclei fedem fpongiofum, incraffatum, fufcum.

Alb. ovatum, carnofum, compreffum, tenue, album, tetro odore alliaceo imbutum.

Emb. magnitudine fere albuminis, ejusdemque odoris, inverfus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, tenues, ellipticæ. *Rad.* brevis, fupera.

*

a.) Capfula dehifcens. b.) Receptaculum lignofum. c.) Areolæ quibus femina affiguntur. d. e. f.) Semina triplicis formæ. g.) Albumen denudatum. h.) Embryo folutus.

TRAPA. Conf. Vol. 1. p. 127.

Trapa bicornis. Tab. 95. fig. 3.

Siliqua fufca chinenfis &c. Burm. *ic. Plum. p.* 56. *t.* 67. *fig. infima.*

Trapa nucibus bicornibus. Linn. *fyft. veg.* 162.

E mufeo Storriano.

Nux coriaceo-lignoſa, nigro fuſca, inverſe pyramidata, rhombeo-tetragona; inferne coſtis atque ſulcis elevatis, ramoſis, ocellatis atque varie inter ſe confluentibus pulchre areolata; ſuperne capitulo tetragono, radiatim ſtriato atque rotundo foramine pertuſo terminata; ad utrumque vero latus craſſiſſimo cornu, horizontaliter patente atque modice recurvo armata. Loculamentum unicum, nucis corpori, ſua forma reſpondens. Nucleus defuit.

DXCIII. CELASTRUS. Linn. *gen.* 270.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Stylus ſimplex: ſtigmate trifido. Capſula trilocularis. Semina arillo colorato tecta.

Celastrus pyracanthus. Tab. 95. fig. 4.

Lycium æthiopicum, pyracanthæ folio. Comm. *hort. amſt.* 1. *p.* 163. *t.* 84.

Alaternus ſempervirens africana, foliis lucidis, ſpinoſa. Pluk. *phyt. t.* 126. *f.* 2. 3.

Celaſtrus ſpinis nudis, ramis teretibus, foliis acutis. Linn. *ſyſt. veg.* 237.

Per. Capſula ſupera, obovata, apice acuminata, triquetra, triſulca, extus rufeſcenti ferruginea, intus pallide ſtraminea, trilocularis, apice trifariam dehiſcens, baſi integra. Diſſepimenta valvularum ſulcis mediis depreſſis reſpondentia.

Rec. nullum; ſemina margini centrali diſſepimentorum brevibus funiculis umbilicalibus affixa.

Sem. pauca, quatuor circiter in ſingulo loculamento, e quibus vix duo adoleſcunt, ovata, verſus umbilicum attenuata, fuſca, arillata.

Arillus membranaceus, mollis, coccineus, a parte umbilico oppoſita pervius: ore quadrifido inæquali.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album, fragile.

Emb. longitudine fere albuminis, lacteus. *Cotyl.* cordato-ellipticæ, foliaceæ, obſoletiſſime in medio concavæ. *Rad.* brevis, teretiuſcula, centripeta.

*

a.) Capſula integra & dehiſcens. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Semen arillo veſtitum. d.) Idem denudatum. E.) Albumen transverſe ſectum. F.) Ejusdem ſectio longitudinalis cum Embryone.

Celastrus ſcandens. ibid.

Evonymoides canadenſis ſcandens, foliis ſerratis. Isn. *act. gall.* 1716. *edit. germ. p.* 652. *t.* 30.

Celaſtrus inermis, caule volubili. Linn. *ſyſt. veg.* 237.

Capſula

Capfula fphærica (a), tri-l. quadrilocularis, totidemque valvis: valvis (bb) per maturitatem horizontaliter patentibus, extus e viridi lutefcentibus, intus unacum diffepimentis membranaceis, albis. Arilli membranacei, molles, miniati. Semina (c. d.) ovata, utrinque attenuata, comprefsiufcula, plano-convexa (E.), ferruginea. Albumen & Embryo (E.F.), ut in præcedenti.

Arilli in omnibus meis fpeciminibus vermibus adrofi erant, ut eorum aperturam certo definire non aufim. Cetera genus totum expungendum & cum Evonymo fociandum videtur, quia nulla idonea nota characteriftica ab hoc differt, atque loculamentorum aut valvularum numerus, extra Carpologiæ ambitum, vix ullius momenti fit.

DXCIV. TRICHILIA. Linn. *gen.* 528.

Calyx quinquedentatus. Cor. pentapetala. Nectar. cylindricum tubulofum, ore Antheras decem gerens. Ovar. fuperum. Stylus brevis: ftigmate tridentato. Capfula trilocularis. Semina folitaria, pendula.

Trichilia hirta. Tab. 95. fig. 5.

Evonymus caudice non ramofo, folio alato, fructu rotundo tripyreno. Slo. *hift. jam.* 2. *p.* 103. *t.* 210. *f.* 2. 3.

Trichilia foliis pinnatis fubhirfutis. Linn. *fyft. veg.* 399.

Ex herbario Bankfiano.

Per. Capfula fubglobofa, rotundato trigona, trilocularis, apice trifariam dehifcens, bafi integerrima, poft dehifcentiam horizontaliter patens.

Rec. nullum; femina diffepimentorum margini centrali affixa & ex eo pendula.

Sem. folitaria, aut rariffime geminata, ovata, fuperne roftellata, fubbaccata coccinea.

Int. fimplex, membranaceo carnofum, tenue, in roftrum molle productum coloratum, arctiffime nucleum complectens, nequaquam arillatum.

Alb. nullum.

Emb. magnitudine feminis, elliptico-globofus, inverfus, melinus. *Cotyl.* crafsinofæ, craffæ, dimidiato-ovatæ. *Rad.* minutiffima, puncticularis, fuperа.

a. b.) Capfula integra & dehifcendo horizontaliter explanata. c.) Eadem transverfim fecta. d.) Semina feparata. e.) Integumentum feminis carnofum refectum & nucleus fuperne denudatus. f.) Seminis fectio transverfalis. g. h.) Embryo denudatus.

TRICHILIA trifolia. ibid.

Trichilia foliis ternatis. JACQ. *hist. amer. 129. t. 82.* LINN. *syst. veg. 399.*
Ex herbario Banksiano.

Capsula sphaerica (i.), punctis pallidis super fundo fusco picta, trilocularis, trivalvis (k). Semina (l.) solitaria, filiformi-caudata, hinc gibba, inde angulata, basi areola fusca notata, simplici cuticula molli, in meis spadicea, in probe maturis autem coccinea, tecta, neutiquam baccata. Nucleus defuit.

DXCV. PEGANUM. LINN. *gen.* 601. Harmala. TOURN. *inst. t.* 133.

Calyx pentaphyllus, aut nullus. Cor. pentapetala. Stam. quindecim. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate triquetro. Caps. trilocularis, trivalvis polysperma.

PEGANUM Harmala. Tab. 95. fig. 6.

Harmala. DOD. *pempt. 121.* BLAKW. *herb. t. 310.*

Peganum foliis multifidis. LINN. *syst. veg. 445.*

PER. Capsula trigono globosa, apice leviter umbilicata, trisulca, trilocularis, trivalvis. Dissepimenta medio valvularum adnata, sulcis externis depressis respondentia.

REC. nullum, praeter marginem dissepimentorum centralem incrassatum, cui semina in situ horizontali affixa.

SEM. plurima, oblonga, subulata l. angulata, versus umbilicum attenuata, spadiceo-fusca, minutissime scrobiculato reticulata.

INT. duplex: *exterius* subspongiosum, tenue; *interius* membranaceum, superficie sua interna carnosum, album.

ALB. nullum, nisi carnosam integumenti interni laminam velis.

EMB. magnitudine fere seminis, luteus. *Cotyl.* oblongae, carnosae, compressae. *Rad.* tereti-acuminata, longiuscula, centripeta.

*

a.) Capsula integra. b.) Eadem dissecta. c.) Valvula cum seminum insertione. d. D.) Semina separata. E) Semen transverse, & F.) Idem longitudinaliter dissectum, cum forma & situ Embryonis.

DXCVI. CODON. LINN. *gen.* 1285.

Calyx decempartitus persistens. Cor. campanulata, limbo decempartito. Nect. squamulae decem conniventes, receptaculum tegentes. Stam. decem. Ovar. superum.

ſuperum. Stylus ſimplex, compreſſus, apice bifurcatus. Capſula bilocularis. Semina papillis mollibus echinata.

CODON aculeatum. Tab. 95. fig. 7.

Codon. LINN. *ſyſt. veg. 397.*

Ex herbario Bankſiano.

PER. Capſula calycis perſiſtentis laciniis linearibus, carinatis, aculeolatis conniventibus comprehenſa, ovato-acuminata, ſtylo compreſſo bifurcato terminata, & ex eo ſutura acuta utrinque inſcripta, cetera glabra, bilocularis, bivalvis. Diſſepimento valvis contrario, ad axem bifido & ſpongioſe incraſſato.

REC. nullum, præter diſſepimenti ſubſtantiam verſus axem inſigniter incraſſatam & quaſi rhombeo-quadrangulam.

SEM. numeroſa, parva, varie angulata, rutilo-ſanguinea atque papillulis mollibus ejusdem coloris undique contecta.

INT. ſimplex carnoſum, tenue, papilliferum, albumini arcte adnatum.

ALB. ſemini conforme, ſabuloſo-carnoſum, durum, in medio glaucum, verſus peripheriam colore ſanguineo ſuffuſum.

EMB. longitudine fere albuminis, filiformis, incurvus, niveus. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* longiſſima, centripeta.

*

a.) Capſula calyce tecta. b.) Eadem denudata. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d. D.) Semina ſeparata. E.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. F.) Embryo ſeleɔ & inſigniter auctus.

IXORA. Conf. Vol. I. p. 177.

IXORA alba. Tab. 95. fig. 8.

Bemſchetti. RHEED. *mal. 2. p. 19. t. 14.*

Iasminum indicum, folio lauri, inodorum umbellatum. PLUK. *phyt. t. 109.*

Ixora foliis lanceolato ovatis, floribus faſciculatis LINN. *ſyſt. veg. 153.*

Bacca didyma, transverſe latior quam craſſa, calyce perſiſtente quadridentato coronata (a.), carnoſa, tenuis, bilocularis (b.), rubra. Receptaculum a diſſepimento oriundum (b.) pulpoſum, ſeminis cavitatem replens. Semina ſolitaria (b. c. d.), hemiſphærico bullata (e), melina. Integumentum ſimplex, membranaceum, non arcte adnatum. Albumen carteoſum, ... albicans, per ætatem rancidiſſimum. Embryo dorſalis (f. G.), ... albumine paulo longior. Cotyledones cordatæ, transverſim latiores. Radicula curvata, anceps ſ. a latere compreſſa, purpuraſcens infera.

DXCVII. SW...

DXCVII. SWIETENIA. Linn. *gen.* 521.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Nectar. cylindricum tubulosum, ore Antheras decem gerens. Ovarium superum quinqueloculare. Styl. simplex, stigmate capitato plano. Capsula matura unilocularis quinquevalvis. Semina imbricata sursum alata.

Swietenia Mahagone. Tab. 96.

Arbor foliis pinnatis nullo impari: nervo ad latus. Catesb. *carol. 2. t. 81?*

Swietenia. Linn. *syst. veg. 399.*

A *Phil.* Millero chelseano.

Per. Capsula grandis, lignosa, ovata, sursum angustata, unicolor & rufescenti fumosa, prope verticem quinquelocularis, cetera vero ample unilocularis, quinquevalvis. Valvulae crassae, a basi dehiscentes, caducae, intus lamina coriacea, crassa, flexili, ipsis magnitudine ex asse aequali vestitae.

Rec. centrale, liberum, lignosum, pentagonum, e basi angustiore sursum valde ampliatum & incrassatum, ad apicem vero iterum attenuatum & in singulo pyramidis latere gemina minimarum cicatricularum serie notatum, quibus semina inserta sunt.

Sem. numerosa, in quinque fasciculos collecta, deorsum imbricata, compressa, e luteo rufescentia aut cinnamomea, inferne nucleo dotata, superne in alam longam membranaceam desinentia.

Int. duplex: *exterius* membranaceum, circa nuclei sedem spongiosum, intra duplicaturam suam funiculum umbilicalem filiformem longissimum condens; *interius* membranaceum, tenue, ferrugineum, albumen vestiens.

Alb. subovatum, compressum, carnosum, tenue, fuscum, (an in recenti semine viride?) resinam l. terebinthinam fortiter redolens.

Emb. albumine paulo minor, lutescens, erectus. *Cotyl.* ovatae, foliaceae, tenuissimae. *Rad.* brevis, infera, subadscendens.

*

a.) Capsula dehiscere incipiens. b.) Capsulae atque Receptaculi (γ.) sectio transversalis, ostendens valvularum crassitiem (α), atque laminam coriaceam (β), internam earum superficiem obtegentem. c.) Capsula aperta. d.) Receptaculum cum suis cicatriculis (δ) duplici serie positis. e. e. e.) Fasciculus seminum imbricatorum. f.) Semen separatum. g.) Albumen denudatum cum funiculo umbilicali intra alam. h.) Albumen transverse sectum. i.) Embryo separatus.

Capsulas magnitudinem capitis infantis quandoque assequi, mihi ab Aitono, asseveratum est.

DXCVIII. BADAMIA.

Flos .... Drupa exſucca, putamine uniloculari, molendinaceo ſ. alato-hexagono. Semen amygdaloideum inverſum, cotyledonibus foliaceis ſpiraliter convolutis.

Badamia Commerſoni. Tab. 97. fig. 1.

Badamie de madagaſcar. A ſereniſſ. Princ. CAROLINA March. Bad. Conf. *Sonnerat* voy. 2. p. 63.

Per. Drupa exſucca, elliptica cum brevi mucrone ad apicem, turgide lenticularis, glaberrima, pallide ſpadicea. Cuticula tenuiſſima, ſed tenax, ut difficulter rumpatur. Caro fungoſa, putamini arctiſſime adnata & quaſi mera ejus propago: intra eam funiculi ſex craſſi, ex fibris lignoſis compoſiti & a baſi drupæ, ad ejus apicem, inter putaminis alas, decurrentes. Putamen oſſeum, craſſum, extus fibroſum, celluloſumque, alis ſex craſſis longitudinalibus diſtinctum; intus lævigatum uniloculare.

Rec. nullum; ſemen fundo loculamenti late adnatum.

Sem. unicum, oblongum, amygdaloides, glabrum, e luteo rufeſcens.

Int. ſimplex, membranaceum.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, craſſiuſculæ, ſecundum longitudinem ſeminis ſpiraliter convolutæ, & prope radiculæ ortum nervis elevatis eleganter reticulatæ. *Plum.* nulla. *Rad.* longiuſcula, ſubanceps l. cylindrico-compreſſa, obtuſa, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen denudatum. c.) Drupæ ſectio transverſalis, faſciculos fibrarum lignearum (α) intra carnem diſpoſitos, atque putaminis alas oſtendens. d.) Semen ſua membrana veſtitum. e.) Embryo denudatus integer. f.) Ejusdem pars ſuperior transverſim ſecta, cum ſpiris cotyledonum. g.) Radicula denudata, cum principio cotyledonum.

Affinis eſt Catappæ & pro Terminaliæ quoque ſpecie habetur ab Aubletio *Vol. 2. Append. p. 140*; ſed fabrica fructus cum deſcriptione Rumphii non congruit.

DXCIX. MYROBALANUS. Offic.

Flos ..... Drupa baccata, putamine rotunde angulato ſulcato uniloculari. Semen amygdaloideum inverſum, cotyledonibus foliaceis ſpiraliter convolutis.

Myrobalanus bellirica. Tab. 97. fig. 2.

Tani. Rheed. *mal. 4. p. 23. t. 10.*

Mirobalanus Bellirica. Breyn. *ic. 18. t. 4.* Blakw. *herb. t. 401. f. 1.* male.

Per.

PER. Drupa ovato globoſa, obſoletiſſime angulata, fumoſa aut fuſca. Caro craſſa, in vetuſto fructu dura, fuſca, hinc inde poroſa. Putamen oſſeum, duriſſimum, craſſum, ovatum, irregulariter pentagonum, evalve, uniloculare: loculamento rotundato-triangulo.

REC. nullum, præter ſubſtantiam fungoſam in apice loculamenti, cui ſemen affixum.

SEM. unicum, triquetrum, ſupra acuminatum, infra obtuſum latiſſimaque chalaza nigro caſtanea notatum, cetera pallide flaveſcens.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, craſſæ, ſecundum longitudinem ſeminis in ſpiram triangularem convolutæ. *Rad.* brevis, tereti acuminata, a cotyledonibus obtecta, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Ejus atque putaminis ſectio transverſalis. c.) Semen ſeparatum. d.) Cotyledonum convolutio triangularis. e.) Radicula a cotyledonibus obvoluta.

MYROBALANUS chebula. ibid.

Myrobalanus chebula. Blakw. t. 401. f. 2. mediocr.

Terminalia foliis ovatis nudis, petiolis ſupra biglandulosis, racemis ſimplicibus. RETZ *faſc.* 5. *p.* 31.

Drupa (f.) præcedenti major, ovata, per ætatem utrinque attenuata, nigrofuſca, decagona, angulis alternis majoribus. Caro duriſſima, fragilis, e fuſco ſplendens inſtar reſinæ. Putamen (g.) oſſeum, pentagonum, angulis craſſis rotundatis; cetera evalve, ſpuria tamen ſutura inſcriptum, & uniloculare, loculamento tereti. Semen (h. i.) ovato oblongum, ſupra acuminatum, infra lata chalaza atra (i.) notatum, & ex ea funiculo umbilicali filiformi inſtructum, tereti compreſſum, ferrugineum. Embryo (K. L. M.) ſemini conformis; Cotyledonibus (L.) ſpiraliter convolutis; Radicula (M.) teretiuſcula, ſupera.

MYROBALANUS citrina. ibid.

Drupa ovato-oblonga (n.), deorſum valde attenuata, e ſpadiceo luteſcens, varie angulata & inter angulos ſemper rugoſa. Caro & Putamen (o) ut in proxime præcedenti; ſed putaminis anguli in dorſo carinati, & ſutura ſpuria paulo magis conſpicua. Semen (p. q.) ut in præcedenti, chalaza etiam & funiculo umbilicali (q) inſtructum, ſed gracilius & quaſi ex tereti anceps. Embryo (r. S.) carnoſo foliaceus, ſpiraliter convolutus.

Myrobalanum *belliricam* a reliquis diſtinctam eſſe ſpeciem, ex ejus fructu ſatis liquet, ſed *chebula* atque *citrina* ſunt forſan meræ varietates unius ſtirpis, atque *indica*, quæ Officinis dicitur, nihil aliud eſſe videtur, quam M. *citrinæ* fructus

fructus immaturus, nam proxime ad hanc, forma ſua accedit, ſed conſtanter ſemine orba eſt.

Si Terminaliæ characterem eſſentialem, in ſpirali cotyledonum convolutione, cum b. KOENIGIO poſueris: utique Badamia & omnes Myrobalani ſpecies ad genus iſtud migrare debebunt.

DC. GYROCARPUS. JACQ.

Flos .... Nux coriacea unilocularis alis duabus maximis pedicellatis cuneiguis ſtipata. Seminis embryo ſpiraliter convolutus.

GYROCARPUS Jacquini. Tab. 97. fig. 3.

Gyrocarpus americanus. JACQ. *hiſt. amer. 282. t. 178. f. 80.*

E collectione ſem. Bankſiana.

PER. Nux ovata, ſurſum anguſtata, obſolete octangula, rugoſa, corticata, terminata alis duabus maximis, ſemiovatis, coriaceis, contiguis, petiolatis, ima baſi inter ſe connatis. Cortex tenuis membranaceus, intus celluloſus, putamini adnatus. Putamen coriaceum, tenuiſſimum, glabrum, e caſtaneo nigricans, uniloculare, evalve, apice foveola parva notatum.

REC. nullum.

SEM. unicum, figura & magnitudine cavitati putaminis reſpondens, albicans, circa baſin fuſcum.

INT. ſimplex, membranaceum, craſſiuſculum.

ALB. nullum.

EMB. ovato-globoſus, erectus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, lobatæ, petiolatæ, ſpiraliter circa plumulam in globum convolutæ & ſubcontortuplicatæ. *Plum.* grandiuſcula, ovato oblonga, diphylla, contortuplicata. *Rad.* parva, papillaris, infera.

*

a.) Nux integra. b.) Ejus cortex apertus & Putamen denudatum. C.) Nucis atque Seminis ſectio transverſalis, cum gyris cotyledonum. d.) Semen ſeparatum. e.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones petiolatæ (α. α.) reſectæ, cum Plumula centrali, atque Radicula (β.) infera.

De Aceris familia, etiam propter cotyledonum convolutiones, eſſe videtur: ſed ab omnibus cognitis plantis, cotyledonibus intra ſemen petiolatis differt, quippe quod hactenus absque exemplo eſt.

CENTURIA SEPTIMA.

DCI. RHIZOBOLUS.

Calyx ſemiquinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. numeroſa. Ovar. quadrilobum ſuperum. Styl. quatuor. Nuces quatuor uniloculares evalves monoſpermæ.

RHIZOBOLUS Pekea. Tab. 98. fig. 1.

Amygdala guianenſis. BAUH. *hiſt. 1. l. 3. p. 329.* PLUK. *phyt. t. 323. f. 4.*

Amygdalus granatenſis. JONST. *dendr. t. 42.*

Pekea tuberculoſa foliis digitatis, ſubtus tomentoſis. AUBL. *guian. 597. t. 239.*

Oronocco-noeten. Belg. curaſſav.

PER. Nuces quatuor, aut pauciores, grandiuſculæ, tuberculatæ, ſubſemilunatæ, hinc inſigniter gibbæ & globoſe turgidæ, inde compreſſiuſculæ & in marginem rectilineum, rimaque inciſum conniventes. Putamen craſſiſſimum, ex duplici ſubſtantia conflatum: *altera* ligneo corticoſa, fuſco-ochracea, fragili, exteriore; *altera* interiore, cartilagineo membranacea, tenaciſſima, rufeſcente, extus numeroſiſſimis proceſſibus clavatis, tuberculatis, ſubulatis, aut aliis, intra corticalem ſubſtantiam alte demerſis atque ruffo ferrugineis muricata; intus autem glaberrima atque ipſum nucis loculamentum formante.

REC. *commune*, columna centralis quadrialata, alis ſuberoſis, rimam nucum intrantibus atque circa ſeminis latus internum ampliato & ſpongioſo fine ſe diffundentibus: *proprium*, funiculus umbilicalis ſetaceus, breviſſimus, ex modo dictis alis oriundus, atque ſeminis integumento interno inſertus.

SEM. unicum, grande, ſubreniforme, ſuperne compreſſo-mucronatum, ferrugineum.

INT. duplex: *exterius* fungoſum, tenue, raſile; *interius* membranaceum, rufeſcens.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, lacteo albus. *Cotyl.* parvulæ, ovato-lanceolatæ, foliaceæ, nervo longitudinali extus notatæ. *Plum.* nulla. *Scapus* inter cotyledones atque radiculam medius, longiuſculus, ſubulatus, anceps. *Rad.* omnium maxima, totam nuclei ſubſtantiam amygdaloideam efficiens, ſurſum adſcendens & ad apicem ſeminis brevi mucrone terminata.

1.) Nux

a.) Nux integra. b.) Eadem verticaliter secta. α. α.) Substantia nucis suberosa corticalis. β. β.) Ejusdem membrana cartilaginea cum processibus suis multiformibus osseis. c.) Fragmentum receptaculi communis in rima nucis hærens. d.) Ejusdem expansio fungosa cum funiculo umbilicali. e.) Semen in situ naturali. f.) Embryo denudatus, cum Radicula γ.), Scapo δ) & cotyledonibus ε.) in situ & magnitudine naturali. g.) Basis radiculæ resecta, insertionem scapi ostendens.

In Rhizobolo *butyraceo*, cortex nucis mollis & fere butyraceus est.

Perfecte solidum esse nucleum s. radiculam illam prorsus singularem, nec bipartibilem aut ulla rima incisum, uti ex Clusio, Bauhinus l. c. refert, iteratis experimentis abunde confirmatum habeo. Cetera, Nuces magnitudine & tuberculis plurimum variant. Habeo nonnullas pugnum fere æquantes, habeo & alias dimidio minores; utrasque autem vel tuberculatas vel absque tuberculis, præsertim e minoribus, quæ sæpius totæ glabræ & argutius semilunatæ sunt.

DCII. BALANOPTERIS.

Flos .... Nuces una plures lignosæ evalves, carina dorsi in cristam rigidam ampliata.

BALANOPTERIS Tothila. Tab. 99.

Tothya & *Tothila*. HERM. *muf.* 48. BURM. *Zeyl.* 226. LINN. *Zeyl.* p. 25. E collect. hort. lugdb. & Banksiana.

PER. Nuces geminæ, aut plures? grandes, ovatæ, inferne transversim ventricosæ, superne acuminato recurvæ, hinc sutura longitudinali inscriptæ, inde carina in cristam rigidam ampliata notatæ, uniloculares, evalves. Putamen nudum, fibroso-lignosum, ad suturam ventralem cultro fissile, ad carinam vero dorsalem integerrimum, glabrum, subsplendens, griseum l. coloris nucularum Staplylodendri. Loculamentum depressum, seu, situ nucis horizontali, transversim latius quam altum.

REC. nullum; semen suturæ ventrali adnatum.

SEM. unicum, grande, ovato-globosum, tuberculis & rugis irregularibus sicuti Castaneæ semen, inscriptum, cetera glabrum, rufescens.

INT. simplicissimum, papyraceum, facile a nucleo secedens, nec intra eius rimas demissum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, lutescens, hinc valde gibbus atque cruciato sulco inscriptus, inde depressiusculus, simplicique rima transversali incisus. Cot. carnosæ, crassissimæ, irregulares, inæquales: inferiore paulo majore. Pl. diphylla, compressa, foliolis acuminatis, hirsutis. *Rad.* ovato-acuminata, compressa, in propria cotyledonum rima hærens, suturæ nucis obversa.

a. b.) Nu-

*

a. b.) Nux integra, a parte dorsali atque ventrali spectata. c.) Ejus sectio longitudinalis, cum situ & figura seminis. d.) Eadem transverse secta. e.) Embryonis pars ventralis. f.) Ejusdem latus dorso obversum. g.) Cotyledon superior minor. h.) Cotyl. altera inferior. i. I.) Radicula & plumula separata.

Balanopteris minor. Tab. 98. fig. 2.

Fructus Insulae Mauritii. A Cl. Hermanno Prof. Argentor.

Nux (a) praecedenti simillima, sed dimidio fere minor, secundum suturam ventralem depresso sulco exarata, & versus utrumque latus (b) admodum pulvinata s. transversim insigniter lata, cetera autem sicuti praecedens formata atque colorata, minus tamen vivide lutea, minusque splendens. Semen (c) magnitudine loculamenti, lenticulari compressum, in medio cicatrice umbilicali longitudinali notatum, ad latera sulcatum, glabrum, rufescenti ferrugineum. Embryo a parte ventrali (d.) reticulato rugosus, a dorsali autem (e.) leviter convexus, glabriusculus. Cotyledones (f.) carnosae, crassae, inaequales. Radicula (g. G.) subimmersa, brevissima. Plum. tetraphylla, foliolis oppositis, acuminatis, carinatis, glabris.

DCIII. MANGIFERA. Linn. *gen.* 278.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. quinque, aut decem. Ovar. superum. Styl. simplex. Drupa baccata monosperma, putamine fibris lignosis crinito.

Mangifera domestica. Tab. 100.

Mau. Rheed. *mal.* 4. *p.* 1. *t.* 1. 2.

Manga domestica. Rumph. *amb.* 1. *p.* 93. *t.* 25.

Mangifera foliis simplicibus, floribus pentandris. Linn. *syst. veg.* 242.

E collect. sem. hort. lugdb.

Per. Drupa baccata, lenticulari-compressa, reniformis, glabra, lutea. Caro mollis, pulposa instar Pruni damasceni. Putamen ovato-oblongum, subreniforme, coriaceo-crustaceum, durum, uniloculare, evalve; extus sulcato rugosum atque fibris capillaribus lignosis undique contectum; intus vero glabrum atque membrana propria, chartacea, tenacissima, glaberrima, albicante, & per maturitatem sponte a putamine secedente, vestitum.

Rec. funiculus umbilicalis breviusculus, e fundo putaminis oriundus, seminisque parti inferiori marginali insertus.

Sem. unicum, grande, ovato-oblongum, plus minus lenticulari compressum, amygdaloideum, glabrum, rufescens.

Int. simplex, chartaceum, tenue.

Alb.

Alb. nullum.

Emb. femini conformis, erectus, albus. *Cotyl.* carnofæ, plano-convexæ. *Rad.* brevis, furfum incurvata, infera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen denudatum, integrum. c.) Idem transverfe fectum. d.) Semen feparatum, cum fuo funiculo umbilicali. e.) Embryo denudatus.

Plures hujus Mangæ domefticæ f. cultæ dantur varietates, e quibus fequentes potiffimum annotari merentur:

Manga compreffa. Putamen grande, fpithamam circiter longum, fuperne quafi foliaceo-compreffum, inferne autem parvo loculamento lenticulari dotatum, cetera vero fulcatum atque crinitum uti præcedens.

Manga dodoel. javan. Putamen valde turgidum, de reliquo autem primæ fpeciei fimillimum, nifi quod tertia parte brevius fit.

Manga Kayjer. javan. Putamen proxime præcedenti fimillimum, fed vix fulcatum, & obiter tantum ftriatum.

Manga teloor. javan. Putamen dimidio minus quam præcedentium, turgidulum tamen & profunde fulcatum. Vocatur quoque *Manga-batty.* javan.

Manga Bierie-gandaria. jav. Putamen magnitudine & forma putaminis Amygdali, coriaceum, tenue, fragile, album, neque fulcatum neque ftriatum, fed fibris groffioribus hirtum.

In omnibus hifce varietatibus embryo in duas cotyledones regulariter fectus deprehenditur, præterquam in prima f. domeftica; in qua fcil. fæpiffime cotyledonei inter fe conferruminati & in varios partiales lobulos irregulares divifi funt, ficuti figuræ fub *litt.* x. & y. oftendunt.

DCIV. BARINGTONIA. Linn. *gen.* 1413.

Calyx monophyllus, ventricofus, dehifcens in foliola duo, ovalia, concava, patentia, perfiftentia. Cor. tetrapetala. Stam. numerofa, bafi connata in cylindrum brevem. Ovarium inferum, quadriloculare, ovulis in fingulo loculo geminis. Stylus fimplex, filiformis, longitudine ftaminum. (Ex fchedis Solandri) Bacca tetragona, unilocularis, monofperma, embryone pfeudo-monocotyledoneo.

Baringtonia fpeciofa. Tab. 101.

Fructus peregrinus tetragonus. Bauh. *hift.* 1. *l.* 3. *p.* 397.

Samftravadi. Rheed. *mal.* 4. *p.* 11. *t.* 6.

Butonica fylveftris alba. Rumph. *amb.* 3. *p.* 181. *t.* 116.

Commerfona. f. Bonnet quarré. Sonnerat. *it. guin. p.* 14. *t.* 8. 9.

Ex

Eugenia racemosa. LINN. *sp. pl. 673. syst. veg. XIV. p. 461. Mammea asiatica.* LINN. *sp. pl. 731. syst. veg. XIII. p. 409. Barringtonia speciosa.* LINN. *syst. veg. XIV. p. 620.*

E collect. sem. hort. lugdb.

PER. Bacca infera, grandis, tetragona, e ventricosa & umbilicata basi sursum pyramidata, atque calyce persistente, di-l. triphyllo coronata, per maturitatem constanter unilocularis. Cuticula tenuissima, glaberrima, splendens, gilva aut e luteo rufescens. Caro crassa, firma, prope peripheriam fungosa, prope loculamentum autem fibrosa: fibris octo aut decem crassioribus lignosis, reliquis vero capillaribus. Loculamenti membrana propria coriacea aut chartacea, tenuis, inverse pyriformis & fibrarum ope a carne discreta, ut pro putamine haberi posset.

REC. nullum.

SEM. unicum, grande, ovato-globosum, sursum attenuatum, per ætatem longitudinaliter sulcatum, rufescens.

INT. simplex, crustaceum aut coriaceum, arcte nucleo adnatum.

ALB. semini conforme, subfarinosum, firmum, album, cum embryone arctissime conferruminatum.

EMB. elliptico-globosus, superne attenuatus, carnosus, albus, pseudo-monocotyledoneus. *Cotyl.* inter se coalitæ, ut ne rima quidem aut stria ab invicem discretæ sint. *Rad.* cum cotyledonibus confusa, attenuata, supera.

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem verticaliter dissecta, relicto putamine, s. loculamenti membrana propria, integro. c.) Semen, intra loculamenti sui membranam dissectam, integrum. d.) Ejusdem sectio transversalis. e.) Idem verticaliter discissum, cum Embryone (f.) ab uno latere denudato, ab altero autem cum albumine (g.) connexo.

BARINGTONIA acutangula. ibid.

Tsjeria-samstravadi. RHEED. *mal. 4. p. 15. t. 7.*

Butonica terrestris rubra. RUMPH. *amb. 3. p. 181. t. 115.*

Eugenia foliis crenatis, pedunculis terminalibus, pomis oblongis acutangulis. LINN. *syst. veg. 461.*

Madella. Zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.

Bacca (a.) calyce tetraphyllo coronata, oblonga, utrinque attenuata, tetragona: angulis incrassatis, prominentibus. Caro tenuis, per ætatem coriaceo-fungosa, loculamento oblongo, nulla conspicua membrana propria vestito, exsculpta (b.). Semen (c.) oblongum, rotundato tetragonum, superne mucronatum, in lateribus stria longitudinali notatum, cætera subrugosum, fuscum. Albumen (d. e.) semini conforme, granulose-carnosum, durum, albidum, quadripartitum! Embryo (e.) oblongus, sursum attenuatus, carnosus,

nosus, pseudo - monocotyledoneus. Cotyledones conferruminatæ, stria tamen transversali obsoletissima abinvicem distinctæ. Radicula non discreta. supera.

Calyce tetraphyllo, defectu putaminis, & præsertim albumine quadripartito, abunde a priori differt, ut proprium ex hac specie confici posset genus. Satius tamen videtur, in unum jungere utrasque, quum reliqua floris & fructus fabrica inter se conspirent.

DCV. CANARIUM. Linn. *gen.* 1281.

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. MAS. Cal. diphyllus. Cor. tripetala. Stam. quinque. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. superum. Styl. nullus. Stigma sessile. Drupa baccata, putamine triloculari.

Canarium Mehenbethene. Tab. 102.

Avellana mehembethene Cortusi. Bauh. *hist.* 1. *l.* 3. *p.* 308.

Mehenbethene capillata & sine capillis. Besl. *mus. p.* 22. *t.* 5.

Canarium vulgare. Rumph. *amb.* 2. *p.* 145. *t.* 47.

Canarium commune. Linn. *syst. veg.* 885.

Per. Drupa supera, baccata, ovato - acuminata. Cuticula tenuis, olivacea. Caro pauca, fibris capillaribus pertexta. Putamen osseum, ovatum, obsoletissime scrobiculatum aut glabrum, trigonum, triloculare, tribus ad apicem dentibus obtusis incisum, tribusque lineis elevatis obsoletis in lateribus notatum, & secundum totam axis longitudinem canali filiformi perterebratum.

Rec. filiforme, lignosum, in axis canali positum, superne in funiculos umbilicales brevissimos divisum, e quibus semina pendent.

Sem. in singulo loculo gemina, e quibus unicum tantummodo adolescit, ovato - oblongum, hinc planiusculum cum gibbere transversali paulo supra basin, inde modice convexum, cum rudimento ovuli cassi infra apicem.

Int. simplex, membranaceum, tenue, rubro ferrugineum.

Alb. nullum.

Emb. magnitudine seminis, inversus, lacteus. *Cotyl.* sex, aut duæ profundissime trifidæ, lobulis oblongis, subfoliaceis, varie contortis. *Rad.* compressiuscula, longa, supera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen denudatum. c.) Putaminis & corticis fibroso carnosi sectio transversalis. f.) Seminis latus dorsale. d. g.) Ejusdem latus ventrale, cum annexo ovuli abortivi (e. e.) rudimento. h.) Embryonis latus dorsale. i.) Ejusdem pars ventralis. k. l.) Cotyledones explicatæ & diductæ.

Cana-

Canarium *commune*. LINN. mera est præcedentis varietas. Drupa ei paulo major est & caro absque fibris. Putamen argutius triquetrum, angulis prope verticem albo colore insignitis & quasi fungosis; lateribus autem glaberrimis, planiusculis, absque stria media elevata. Loculamenta tria, duobus fere obliteratis, tertio solo fertili & majore quam in Mehenbethene. Semen quoque paulo grandius, cetera vero præcedenti, colore & tota sua structura simillimum.

In vetustissimis etiam seminibus, utriusque hujus varietatis, nucleum nunquam deprehendi rancidum, sed dulcem semper & recentium amygdalorum saporis: quod tanto magis mirandum, cum cotyledones, post detractum seminis integumentum, oleo quasi videantur illitæ, ut lubricissimæ sint & omnem aquæ contactum aversentur.

CANARIUM sylvestre. ibid.

Canarium sylvestre alterum, sive Nanarium. RUMPH. *amb. 2. p. 155. t. 49.*

Drupa carnosa, obovata, s. superne crassior, rotundata, nec sphærice trigona, ut in præcedentibus. Putamen (a. b. c.) ovatum, lapideum, crassissimum, obsoletissime trigonum, tribusque lineis depressis longitudinalibus notatum, quibus totidem tubercula parva callosa sub apice putaminis posita junguntur. Loculamenta tria, quorum duo sæpe obliterata, tertio solo fertili, majore (b. c.), valde irregulari, atque propria crusta cartilaginea lævigatissima, intus vestito. Semen (d. e. f.) oblongum, trigonum, sigmoideo curvatum, prope utramque suam extremitatem contrarie gibbosum. Integum. simplex, membranaceum, e castaneo-spadiceum. Albumen nullum. Embryo (g. h. i.) semini conformis, albus, fragilissimus. Cotyled. (i.) sex, inæquales, subfoliaceæ, varie inflexæ (g. h.). Radic. oblonga, supera.

Ob singularem suam formam atque fragilitatem, semen nunquam e suo putamine solvi potest integrum, nisi hoc caute & secundum longitudinem suam aperiatur; quod etiam Rumphius l. c. annotavit.

CANARIUM decumanum. ibid.

Canarium decumanum. RUMPH. *amb. 2. p. 166. t. 55.*

E seminario hort. Amstelod.

Drupa, inter omnes hujus generis, maxima. Putamen (a. b.) ovato-oblongum, triquetrum, lapideum, crassum, apice sexdentatum. Anguli prominentes, glabri, sulco longitudinali medio exarati. Latera foveolis oblongis confertissimis scrobiculatata, ut quasi vermibus arrosa. Axis triquetro canali perforatus. Loculamenta tria, ampla. Semina defuerunt.

DCVI. DAMMARA.

Calyx quinquepartitus, foliolis breviſſimis, acuminatis, perſiſtentibus. Cor. . . . . . Stam. . . . . . Ovarium ſuperum. Styl. nullus aut breviſſimus. Stigma ſubcapitatum, quinquetuberculatum. Bacca bilocularis, loculamentis mono - l. dipyrenis.

Dammara graveolens. Tab. 103. fig. 1.

Dammara Itam ſ. nigra. Rumph. *amb. 2. p. 160. t. 52?*

Ex inſula Mauritii. A Cl. Hermanno Prof. argentor.

Per. Bacca ſupera, acuminata, regulariter biloba, ſeu lato ſulco utrinque exſculpta, bilocularis: loculamentis mono - l. dipyrenis. Caro modice craſſa, per maturitatem dura, fragilis, rufeſcens, oleo multo terebinthinaceo - aromatico ſcatens. Oſſicula unum aut duo lapidea, pallide ſtraminea, utrinque acuminata, hinc convexa, rugoſula, inde pro vario ſuo numero, vel obtuſe vel acute angulata, rugis gibboſis inſcripta atque in medio rima umbilicali perforata, unilocularia, monoſperma.

Rec. cicatrix fungoſa, craſſa, alba, loculamentorum diſſepimento medio inſerta, & pyrenarum rimæ ventrali immiſſa.

Sem. in ſingulo oſſiculo unicum, oblongum, ſurſum attenuatum, hinc convexiuſculum, inde angulatum & ſcrobiculo umbilicali profundiuſculo exaratum.

Int. ſimplex, membranaceum, rufeſcens.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, gramineo viridis. *Cotyl.* foliaceæ, tenuiſſimæ, vario & inextricabili modo rugatæ atque contortuplicatæ. *Rad.* tereti - compreſſa, ſupera.

*

a. b.) Bacca biloba, bilocularis, dipyrena. c. d.) Alia, cujus alter lobus obliteratus, alter vero unilocularis, dipyrenus. e. f.) Alia grandior & inique biloba, lobulo minore mono - altero dipyreno. g.) Alia apice triroſtris. h.) Oſſicula in ſitu. i.) Oſſiculi dorſum. k.) Ejuſdem pars ventralis. l. m.) Seminis latus utrumque. n.) Embryo denudatus. N.) Cotyledonum contortuplicatarum ſectio transverſalis.

Odor balſamicus hujus fructus adeo penetrans eſt, ut per 24 horas digitis etiamſi lotis, pertinaciſſime inhæſerit. Amyridi vicina & forſan genuina ejus ſpecies eſt.

DCVII. EVODIA.

Calyx ſuperus, breviſſimus, edentulus. Cor. hexapetala, villoſiuſcula. Stam. duodecim, calyci & petalis alternatim inſerta. Ovarium inferum. Styl. ſimplex.

ſimplex, ſtigmate pubeſcenti. Drupa exſucca aromatica, putamine ſemiſexloculari, monoſpermo.

EVODIA Ravenſara. Tab. 103. fig. 2.

— *Ravenſara aromatica.* SONNER. *it. ind. & chin. p. 226. t. 127.*

A Cl. HERMANNO. Prof. argentor.

PER. Drupa infera, pyriformis aut ovato-globoſa, in vertice cicatrice orbiculata a lapſu calycis & tribus ſtriis breviſſimis obſoletis notata, ruſeſcenti fumoſa. Cortex ſuberoſo-fungoſus, modice craſſus, putamini arctiſſime adnatus. Putamen coriaceo-lignoſum, ſubgloboſum, mucrone plano terminatum, ſemiſexloculare, evalve. Diſſepimenta coriacea, dura, a baſi ad medium putaminis integerrima, ſuperne vero arcu deorſum concavo exciſa, ut ſex loculamenta baſeos, in unicam verticis cavitatem confluant.

REC. nullum, præter columnam craſſam, ex concurſu diſſepimentorum in axi putaminis formatam, cui ſemen inſidet.

SEM. unicum, grande, ſuperne convexiuſculum, integerrimum, inferne in ſex lobos diſtantes, ſicuti juglandis nucleus, diviſum.

INT. ſimplex, membranaceum, fuſcum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, inverſus, albus, aromaticus. *Cotyl.* ex lobis embryonis, ſecundum longitudinem ſuam irregulariter bipartitis formatæ, carnoſæ, duodenæ. *Rad.* obſoleta, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putaminis pars ſuperior denudata. c.) Ejus ſectio verticalis, diſſepimentorum verſus apicem deliquium oſtendens. d.) Ejuſdem ſectio transverſalis, cum loculamentis & columna baſeos. e.) Semen in ſitu naturali. f.) Idem inverſum & a parte inferiore ſpectatum.

Odor quidem omnium partium, præſertim corticis atque ſeminis, gratiſſime aromaticus eſt, ſed non ſatis mihi videtur fortis atque durabilis, ut hi fructus locum inter merces invenire queant, queadmodum Cl. *Sonnerat* & *Céré* ſibi perſuaſum habent.

DCVIII. SPONDIAS. LINN. *gen.* 577.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. decem. Ovar. ſuperum. Styl. tres, l. quinque. Drupa baccata, putamine fibroſo quinqueloculari. Ovula ſæpe gemina. Semina ſolitaria.

SPONDIAS cytherea. Tab. 103. fig. 3.

Spondias cythera ſ. Hévi. SONNER. *it. ind. & chin. 2. p. 222. t. 123.*

A Cl. HERMANN. Prof. argentor.

PER.

PER. Drupa ſupera, baccata, ovalis. Cuticula tenax ex fibris capillaribus putaminis contexta, ſeu cum iisdem cohærens. Caro firmula, ſapida, inſtar pomi *renettæ*. Putamen lignoſum, fibroſum, lobatum, longe pedunculatum, compoſitum ex loculamentis quinque, diſcretis, apice & lateribus liberis, baſi vero inter ſe & cum lobis putaminis arcte & in unum corpus connatis. Lobi plerumque quinque, introrſum angulati & loculamentis interjecti, extrorſum vero laminis anaſtomoſantibus, muricibus multiformibus & fibris lignoſis varie echinati atque muricati.

REC. nullum; ſemina fundo loculamentorum affixa.

SEM. ſolitaria, amygdaloidea, ſeu ovato-attenuata, compreſſiuſcula, ruſeſcentia.

INT. ſimplex, membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, erectus, albus. *Cotyl.* carnoſæ, plano-convexiuſculæ, ovatæ. *Rad.* parva, recta, infera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen ſolutum integrum. c.) Idem transverſim diſſectum. d.) Semen in ſitu naturali. e.) Idem horizontaliter diſſectum. f.) Embryo denudatus.

Facile a reliquis ſpeciebus diſcernitur putamine pedunculato atque loculamentis, tam a ſe invicem, quam ab axi remotis.

SPONDIAS Myrobalanus. Tab. 104. fig. 3.

Spondias racemis ſparſis, foliis multo brevioribus. JACQ. *hiſt. amer.* 139. t. 88.

Spondias Mombin. LINN. *ſyſt. veg.* 428.

Drupa (a.) præcedenti triplo minor, ovata, ſurſum anguſtata, apice breviter acuminata. Caro in vetuſto fructu fungoſa, rufeſcens. Putamen (b. c.) lignoſum, laminis atque fibris varie reticulatis atque anaſtomoſantibus muricatum, neque lobatum, neque pedunculatum, ſed undique cohærens, eti hinc inde lacunoſum. Loculamenta quinque, inter ſe & cum reliqua putaminis ſubſtantia (c.) connexa. Ovula immatura (G.) in loculis gemina, funiculo umbilicali communi craſſo inſiſtentia. Semina matura (d. e.) ſolitaria, ovato oblonga, lenticulari compreſſa, conſiſtentia & colore amygdalarum. Integum. membranaceum, intus prope baſin tenuiſſima lamina carnoſa duplicatum. Albumen nullum. Embryo (f.) ſemini conformis, erectus.

Spondias *Mombin.* JACQ.

Spondias racemis paniculatis terminalibus, longitudine folia æquantibus. JACQ. *hiſt. amer.* 138.

Spondias Myrobalanus. LINN. l. c.

Drupa,

Drupa, in meis ſpeciminibus, perfecte ovatis, magnitudine proxime præcedentis ſeu pollicem fere cum dimidio longa, obſoletiſſime pentagona, angulis ex loculamentorum dorſo formatis. Cuticula fibroſa, tenax, in vetuſto fructu dura. Caro pauca ſpongioſa. Putamen ex loculamentis indiſcretis atque plurimis fibris lignoſis formatum, uti præcedens. Semina ſolitaria, longa, anguſta ut quaſi ſubteretia, ferruginea. Reliqua ut in prioribus. Raro loculamenta, unico plura, fœcunda deprehenduntur.

DCIX. SAPOTA. PLUM. *gen. t.* 4.

Calyx hexaphyllus. Cor. monopetala ovata: limbo ſexfido; fauce ſquamis ſex, cum corollæ ſegmentis alternantibus munita. Stam. ſex. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca decemlocularis. Sem. ſolitaria, nitida, umbilico longitudinali lineari deraſo ad marginem internum.

SAPOTA Achras. Tab. 104. fig. 1.

Sapota fructu ovato majore. PLUM. *gen.* 43.

Achras fructu elliptico ſcabro majore. BROWN. *jam.* 200. *t.* 19. *f.* 3.

Achras floribus hexandris. JACQ. *hiſt. amer.* 57. *t.* 41.

Achras floribus ſolitariis, foliis lanceolato ovatis. LINN. *ſyſt. veg.* 342.

E collect. Bankſiana.

PER. Bacca ſubgloboſa aut ovata, obtuſa aut in breviſſimum mucronem deſinens, glabra aut punctis miliaribus exaſperata, carnoſa, calyce perſiſtente baſi munita. Caro granuloſa, duriuſcula. Loculamenta decem, membrana propria tenuiſſima veſtita, tribus ſaltem vel quatuor fœcundis, reliquis ſterilibus & in rimas lineares compreſſis.

REC. nullum, præter angulum centralem loculamentorum, cui ſemina per totam fere longitudinem ſuam adnata.

SEM. ſolitaria, lenticulari compreſſa, elliptica, verſus baſin anguſtata & extrorſum curvata, ſeu quaſi rotundato-truncata, cetera glaberrima, ſplendentia, ſaturate caſtanea & ad marginem ſuum internum umbilico lineari longo albo, quaſi calcareo notata.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, durum, fragile; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, rufeſcens.

ALB. ellipticum, verſus baſin inſigniter acuminatum, carnoſum, album, modice craſſum.

EMB. magnitudine fere albuminis, erectus, luteus. *Cotyl.* foliaceæ, planæ, ellipticæ, ad radiculam leviter emarginatæ. *Rad.* teretiuſcula, brevis, recta, infera.

a.) Bacca

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverſim ſecta. c.) Semen integrum. d.) Idem transverſe ſectum. e.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum albumine integro atque propria ſua membrana veſtito. f.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum Embryone in ſitu. g.) Embryo ſolutus.

SAPOTA mammoſa. ibid.

Achras fructu maximo ovato, ſeminibus paucioribus oblongis turgidis. BROWN. *hiſt. jam. 201.*

Achras floribus pentandris. JACQ. *hiſt. amer. 56. t. 182. f. 19.* folium.

Achras floribus ſolitariis, foliis cuneiformi lanceolatis. LINN. *ſyſt. veg. 341.*

Bacca ut in præcedenti, ſed grandior. Semen quoque grandius (h.), ovatum, turgide lenticulare, baſi in roſtellum aduncum, non ut in præcedenti extrorſum, ſed introrſum productum, cetera vero glaberrimum, ſplendens, luteſcenti caſtaneum. Albumen carnoſum (i.), album, utrinque acuminatum & quaſi ſemilunare. Embryo (i.) erectus, luteus. Cotyl. foliaceæ, tenues, cordato lanceolatæ. Radic. ſubulata, incurva, infera.

Magnitudo & figura baccæ varia eſt, at ſemen baſi introrſum roſtellatum, hanc abunde a præcedenti diſtinguit.

DCX. BASSIA. LINN. *gen.* 1347.

Calyx tetraphyllus. Cor. octifida: tubo inflato. Stam. ſedecim. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca quinquelocularis. Sem. ſolitaria, nitida, umbilico longitudinali deraſo ad marginem internum.

BASSIA longifolia. Tab. 104. fig. 2.

Baſſia. LINN. *mant. 555. & 563. ſyſt. veg. 441.*

E collect. Bankſiana. Semina ab ipſo Kœnigio miſſa; etiam e collect. ſem. hort. lugdb. cum nomine (ex Linnæo) *Miele.* Zeylonenſium.

PER. Bacca carnoſa, lacteſcens.

REC. nullum præter loculamentorum angulum internum, cui ſemina longitudinaliter affixa.

SEM. quinque, in ſingulo loculo ſingula, oblonga, leviſſime compreſſa, nunc utrinque acuminata; nunc verſus baſin ſaltem attenuata, ſuperne vero obtuſa, glaberrima, nitida, lutea, faſcia umbilicali alba in latere ventrali notata.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceum rufeſcens.

ALB. nullum, nec ejus veſtigium.

EMB.

EMB. ſemini conformis, maximus, erectus, albus. *Cotyl.* oblongo-ellipticæ, carnoſæ, craſſæ, plano-convexæ. *Rad.* brevis, a cotyledonibus non diſcreta, acuminata, infera.

*

α. β.) Baccæ & ſitus ſeminum adumbratio idealis. b.) Semen ſeparatum, integrum, ad naturam expreſſum. c.) Ejusdem & cotyledonum ſectio transverſalis. d.) Embryo denudatus.

BASSIA dubia ibid.

Conf. *Vindoricum ſylveſtre 1.* RUMPH. amb. 3. p. 184.

Semen grande (a.), ſubſemilunatum, lenticulari compreſſum, glabrum, nitidum, ſaturate caſtaneum, præter aream umbilicalem oblongam, prominulam, ſcabram, pallide albicantem. Teſta ſeminis craſſa, lapidea, duriſſima. Integumentum internum membranaceum, albicans. Albumen prorſus nullum. Embryo (b.) cavitati teſtæ conformis, albus. Cotyl. ovato oblongæ, acuminatæ, carnoſæ, craſſæ, intus planæ, extus angulo obtuſo carinatæ. Radic. craſſa, acuminata, ſubrecurva, infera.

Difficulter ſemina Baſſiæ, ob externi ſui habitus conformitatem, a Sapotæ ſeminibus diſcernuntur, niſi ad albumen attendas, cujus in Baſſia ne veſtigium quidem adeſt. Integumentum quoque internum in utraque ſpecie ſæpius deficere videtur.

DCXI. MANGOSTANA. RUMPH. Garcinia. LINN. *gen.* 594. Cambogia. LINN. *gen.* 650.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. duodena aut plura. Ovar. ſuperum. Styl. nullus. Stigma ſeſſile, lobatum: lobis numero loculamentorum æqualibus. Bacca corticata, loculamentis farctis, quaternis aut duplo pluribus. Seminis embryo pſeudo-monocotyledoneus, cum albumine conferruminatus.

MANGOSTANA Garcinia. Tab. 105. fig. 1.

Mangoſtana. RUMPH. *amb. 1. p. 132. t. 43.*

Garcinia foliis ovatis, pedunculis unifloris. LINN. *ſyſt. veg.* 443.

PER. Bacca grandis, ſphærica, glabriuſcula, ſtigmate plano, penitus adnato & in ſex l. octo lobulos triangulares ſecto coronata. Cortex craſſus, in vetuſtis fructibus, coriaceo fungoſus, coloris cinnamomi. Loculamenta numero radiorum ſtigmatis reſpondentia, farcta carne pulpoſa, ſapida, per ætatem evaneſcente: diſſepimentis interjacentibus membranaceis, tenuiſſimis.

REC. nullum; ſemen pulpa copioſa involutum.

Sem. ſolitaria, ovata, compreſſiuſcula, vaſis atque rugis transverſalibus, ex umbilico marginis interni oriundis, varie reticulata, fuſca.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, tenue, ſolubile; *interius* membranaceum, rufeſcens, albumini arcte adnatum.

Alb. ſemini conforme, coriaceum, tenuiſſimum, in vetuſtis ſeminibus ...lum, impreſſionibus vaſorum integumenti inſcriptum, cum embryone pertinaciter conferruminatum.

Emb. longitudine albuminis ſed anguſtior, nunc fere linearis aut lineari lanceolatus, nunc ovato-lanceolatus, ſemper vero compreſſus, pſeudo-monocotyledoneus, inverſus. *Cotyl.* foliaceæ, planæ, in unum corpus indiſcretum coalitæ. *Rad.* e cotyledonibus ſenſim attenuatis enata, infera. (non ſupera, qualem fig. 9. exhibet.)

*

a. b.) Bacca integra, magnitudine naturali. c.) Eadem transverſe ſecta. d.) Semen ſeparatum integrum. e.) Ejus ſectio transverſalis. f. g.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum ... Embryonis in variis varia.

Semina facillime abortant, ut ſæpius in tota bacca vix unicum adoleſcat. Figura quoque eorum varia, attamen uſitatiſſima illa, quæ ſupra deſcripta eſt.

Mangostana Cambogia. ibid.

Coddam-pulli. Rheed. *mal. 1. p. 41. t. 24.* Blakw. *herb. t. 392.*

Cambogia Gutta. Linn. *ſyſt. veg. 490.*

Semina e collect. ſem. hort. lugdb.

Bacca (a. b.) globoſa, ſulcata, ſtigmate ſeſſili ſubhemiſphærico ſulcato terminata, octo l. decem locularis (b). Semina (c.) ſubreniformi-oblonga, ...ticulari-compreſſa, obſolete rugoſa, fuſca. Integumentum *exterius* (d.) coriaceum craſſiuſculum; *interius* membranaceum, venoſum, ferrugineum. Albumen (e.) coriaceum, durum, extus vaſorum impreſſionibus inſcriptum, intus ſolidum, embryoni arctiſſime adnatum. Embryo (f.) longitudine albuminis, filiformi-compreſſus, pſeudo-monocotyledoneus, neque in cotyledones, neque in radiculam, ullo perceptibili modo, diſcretus.

Ex fide Cl. v. Royen hæc ſemina ad Cambogiam, & quidem eo confidentius retuli, quod & Hort. malab. figura, cum noſtris exemplis, ad amuſſim conſpiret.

Mangostana Morella. ibid.

Arbor indica gummi guttam fundens, fructu dulci rotundo, ceraſi magnitudine. Carcapuli Acoſtæ. Herm. *muſ. Zeyl. 76.* Burm. *Zeyl. 27.*

Kannawakoraka, aut *Kanna - koraka.* Zeylonenſ. quod poſterius nomen ipſa Hermanni manu ſchedulæ fructibus adjectæ inſcriptum eſt in Collect. ſem. hort. lugdb.

Bacca ſphærica (a. b.), glabra aut per exſiccationem ſubtiliſſime ſtriata, inferne calyce tetraphyllo (b.) excepta, ſuperne ſtigmate ſeſſili, ſcabro, tetracolli (a.) umbonata, quadrilocularis (c.). Cortex & diſſepimenta coriacea, craſſiuſcula. Caro pulpoſa, fugax. Semen (d. e.) ovato reniforme, compreſſum, ſcabriuſculum, ſordide fuſcum. Integ. *exterius* cruſtaceum, craſſum (e.); *interius* membranaceum, ferrugineum. Albumen (f.) coriaceum, durum, embryoni pertinaciſſime adnatum. Embryo (g.) pſeudo-monocotyledoneus, filiformis, curvatus.

Semina in aquam conjecta, eam brevi citrino colore inficiunt.

Inter Garciniam itaque & Cambogiam non aliud datur diſcrimen, niſi quod ex ſtigmatis figura & diverſo pauliſper ſtaminum numero enaſcitur; quæ vero notæ diſtinctivæ, inter tot alias conſpirantes, utique videntur penitus frivolæ.

DCXII. EMPETRUM. Tourn. *inſt. t.* 421. Linn. *gen.* 1100.

Flores ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Cal. tripartitus. Cor. tripetala. Stam. tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Styl. tres ad novem. Bacca unilocularis, tri-l. enneaſperma.

Empetrum album. Tab. 106. fig. 1.

Erica coris folio decima. Clus. *hiſt. 1. p. 45.*

Empetrum erectum. Linn. *ſyſt. veg. 880.*

Ex herbario Bankſiano.

Per. Bacca globoſa, calyce triphyllo baſi munita, carnoſa, alba, nitida unilocularis.

Rec. nullum, ſemina baſi affixa.

Sem. duo, tria, raro plura, oſſea, hinc convexa, obſolete ſulcata, inde angulata, aut planiuſcula.

Int. duplex: *exterius* oſſeum, craſſum; *interius* membranaceum, chalaza tuberculata fuſca, quaſi funiculo brevi umbilicali, ad baſin notatum.

Alb. ſeminis cavitati conforme, carnoſum, album.

Emb. longitudine albuminis, teretiuſculus, erectus. *Cotyl.* breves, ſemicylindricæ, ſubacuminatæ. *Rad.* longa, recta, infera.

*

a. A. b. B.) Bacca integra. C. D. E.) Eadem transverſe ſecta, cum ſitu ſeminum. f. F.) Semina ſeparata. G.) Semen transverſe ſectum. H.) Albumen propria ſua tunica, ad baſin chalazigera, tectum. I.) Idem verticaliter diſſectum. K.) Embryo ſolutus.

Empetrum *nigrum*. Linn.

Bacca magnitudine & colore baccæ Juniperi aut Myrtilli minoris, globoſa, apice ſcrobiculo rotundo notata, baſi calyce triphyllo albicante & corolla tripetala rubicunda munita, carnoſa, unilocularis. Caro ſolidiuſcula, pallide viridis, ſed verſus peripheriam purpuraſcens. Receptac. centrale, columnare, gracile, circa quod ſemina in orbem poſita, eidemque paulo ſupra baſin affixa ſunt. Semina ſex ad novem, oblongiuſcula, hinc convexa, inde angulata, oſſea, pallida. Integ. & reliqua ut in præcedenti.

DCXIII. VITIS. Tourn. *inſt. t.* 384. Linn. *gen.* 284.

Calyx quinquepartitus, minimus. Cor. pentapetala: petalis apice cohærentibus & calyptræ in modum genitalia obtegentibus. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca immatura quinquelocularis, at matura unilocularis pentaſperma.

Vitis vinifera. Tab. 106. fig. 2.

Vitis. Blakw. *herb. t. 153.* Schmid. *analyſ. t. 7.* optime.

Vitis foliis ſemitrilobatis hirſutis dentatis. Hall. *hiſt. n. 825.*

Vitis foliis lobatis ſinuatis nudis. Linn. *ſyſt. veg. 244.*

Per. Bacca globoſa, pulpoſa, ante maturitatem regulariter in quinque loculamenta partita, poſtea vero unilocularis, ſubpellucida, colorata, aut excolor.

Rec. columna centralis, brevis, ex pedunculi baccæ fibris lignoſis orta, cujus apici ſemina ope funiculi umbilicalis proprii affiguntur. Funiculus filiformis, ſecundum internum ſeminis latus uſque ad ejus apicem decurrens, deinde in dorſum reflexus, foramen umbilicale demum ingrediens.

Sem. quinque, ut plurimum vero pauciora, oſſea, gigartoidea.

Int. triplex: *extimum* membranaceum, ante plenam maturitatem ſubcarnoſum, funiculo umbilicali quoque ſuperinductum; *medium* oſſeum, fragile, ex profundis ſulcis ventralibus quaſi ſemibiloculare, in medio dorſo foramine umbilicali perforatum; *intimum* membranaceum, tenue, ruſeſcens aut ferrugineum.

Alb. cavitati teſtæ ſeminis conforme, carnoſum, durum, album.

Emb. dimidio albumine paulo brevior, erectus, lacteus. *Cotyl.* lanceolatæ, hinc obtuſiſſime carinatæ, inde planæ. *Rad.* teretiuſcula, infera.

*

a.) Bacca matura integra. b.) Bacca immatura diſſecta loculamentoſa. c.) Receptaculum ſeminum. d. e.) Semina ab utroque latere ſpectata & tunica ſua extima adhuc veſtita. f.) Testa oſſea latus dorſale. g.) Ejusdem pars ventralis. h.) Eadem transverſe ſecta. i.) Albumen [illegible]

dorso spectatum, atque tunica sua propria ex parte exutum. K.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ embryonis. L.) Embryo solutus.

DCXIV. NYCTANTHES. Linn. *gen.* 16.

Calyx sex - l. octifidus. Cor. sex - l. octifida infundibuliformis. Stam. duo. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca unilocularis. Semina duo arillata.

Nyctanthes Sambac? Tab. 106. fig. 3.

Flos manoræ. Rumph. *amb. 5. p. 52. t. 30.*

Jasminum limonii folio conjugato. Burm. *Zeyl. t. 58. f. 2.*

Nyctanthes foliis inferioribus cordatis obtusis, superioribus ovatis acutis. Linn. *syst. veg. 56.*

Æthakirindi altera Zeylanica. E collect. sem. hort. lugdb.

Per. Bacca subglobosa, didyma, unilocularis, nigra. Caro mollis, per vetustatem coriacea.

Rec. nullum, præter funiculum umbilicalem brevissimum, e seminis basi, fundo baccæ insertum.

Sem. duo, hemisphærica, spadicea, arillata.

Arillus chartaceus, tenuis, elasticus, obovatus, plano-convexus, semen laxe ambiens, a basi trifariam dehiscens.*

Int. simplex, membranaceum, venis inscriptum, non arcte adnatum, basi in funiculum umbilicalem l. pedunculum seminis subulatum desinens.

Alb. semini conforme, vasorum impressionibus inscriptum, cartilagineum, aqueo - pallidum, versus peripheriam autem fuscum.

Emb. dimidio albumine brevior, erectus, subulatus. *Cotyl.* minutulæ, acuminatæ. *Rad.* crassa, ovato - oblonga, infera.

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem transversim dissecta. c.) Arilli in situ naturali intra baccam. d. e.) Iidem exempti, ab utraque parte spectati & adhuc dum clausi. f.) Arillus a basi dehiscens. g.) Seminis situs intra arillum. h.) Idem separatum. i.) Ejusdem & albuminis sectio transversalis. K.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum situ embryonis. L.) Embryo solutus.

Duplex habetur *Æthakiriendi* in collectione seminum horti lugduno batavi. Altera, quæ sine dubio est: *Jasminum indicum sylvestre bacciferum inodorum.* Herm. *mus. Zeyl. 60.* & quæ genuina est Jasmini species, proferens scil. baccas sphæricas, ex luteo spadiceas, juniperinis paululum majores & semen unicum, manifeste baccatum continentes. Altera vero, supra descripta, tota sua fabrica ad Nyctanthem accedit, & ejus genuina species est. Sed anne hæc ad *Sambac*, anne vero ad aliam speciem referenda sit? id aliis enodandum relinquo.

DCXV. CEA-

DCXV. CEANOTHUS. LINN. *gen.* 267.

Calyx monophyllus, quinquefidus. Cor. pentapetala: petalis unguiculatis, fornicato ſaccatis. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. ſemitrifidus. Capſula corticata, tricocca. Semina ſolitaria.

CEANOTHUS americana. Tab. 106. fig. 4.

Evonymus novi belgii, corni feminæ foliis. COMM. *hort. amſt.* 1. *p.* 167. *t.* 86.

Ceanothas americanus. EHRET. *decad. t.* 94. MILL. *ic. t.* 86.

Ceanothus foliis trinerviis. LINN. *ſyſt. veg.* 235.

PER. Capſula ſupera, tri-l. tetracocca, corticata. Cortex ante maturitatem herbaceo carnoſus, mollis, poſtea vero exareſcens in cuticulam tenuem, tubercula ſpongioſa ac criſtas anguſtiſſimas in vertice & dorſo cocculorum formantem. Cocculi tres l. quatuor, cartilaginei, tenues, intus lævigatiſſimi, ſutura interna elaſtice dehiſcentes & per maturitatem ſponte a ſe invicem ſecedentes.

REC. *commune*, calycis diſcus concavus, cui cocculorum baſis deraſa affixa; *proprium*, funiculus umbilicalis breviſſimus, per foramen baſeos cocculorum intrans & ad ſemina pergens.

SEM. ſolitaria, ovato-rotundata, hinc convexa, inde obſoletiſſime angulata, ſpadicea, ſplendentia.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceum, chalaza ferruginea in vertice ſeminis notatum, intus ſubcarnoſum.

ALB. vix ullum, præter laminam integumenti interni carnoſam, albam.

EMB. magnitudine ſeminis, erectus, luteſcens. *Cotyl.* ſuborbiculatæ, planæ, carnoſæ, craſſæ. *Rad.* brevis, infera.

*

a. A. b. B.) Capſulæ tri- & tetracoccæ. C.) Calycis perſiſtentis diſcus, cocculis pro receptaculo communi inſerviens. D E.) Cocculi a parte dorſali & ventrali ſpectati. K.) Cocculus dehiſcens. f. F. g. G.) Semen ab utroque latere ſpectatum. H.) Integumentum nuclei, proprium, chalaza in vertice notatum. I.) Embryo denudatus.

CEANOTHUS circumſciſſa. ibid.

Rhamnus (circumſciſſus) *aculeis ſolitariis recurvis oppoſitis foliis, foliis oppoſitis bifariis obcordatis.* LINN. *ſuppl.* 152. *ſyſt. veg.* 235.

Hou-midi. Zeylonenſ. E collect. ſem. hort. lugdb; & ex Inſula Mauritii per Cl. HERMANN. Prof. argentor.

Capſula (a. b.) ſubgloboſa, calycis diſco rotundato arcte adnata, rotunde trigona, extus rufeſcens, intus albicans, trilocularis (b.), non niſi preſſione in tres valvulas dehiſcens. Diſſepimenta ſimplicia, medio valvularum inſerta, chartacea. Semina (c. d.) ſolitaria, ſubrotunda, hinc convexa, inde obſoleta

lete angulata, teſtacea aut nigro fuſca, non ſplendentia. Integumentum *exterius* (e) cruſtaceum, craſſum, durum; *interius* tenuiſſimum, ſpadiceum. Albumen carnoſum, modice craſſum, album. Embryo (f.) erectus, luteſcens. Cotyled. planæ, carnoſæ, ſubrotundæ. Radic. brevis, infera.

Ambigit hæc inter Ceanothum atque Rhamnum, ut tamen priori magis videatur vicina, propter pericarpium exſuccum, preſſione in valvulas regulares dehiſcens, atque intus manifeſta membrana chartacea duplicatum.

DCXVI. RHAMNUS. TOURN. *inſt. t.* 366. LINN. *gen.* 265. Frangula. TOURN. *t.* 383. Alaternus. TOURN. *t.* 366.

Calyx campanulatus, quinquefidus. Petala quinque exigua, calycis dentibus interjecta. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca carnoſa, bi-l. trilocularis. Semina ſolitaria, cartilaginea.

RHAMNUS Frangula. Tab. 106. fig. 5.

Frangula. CAM. *epit. 978.* BLAKW. *herb. t. 152.* OEDER. *flor. dan. t. 278.*

Rhamnus inermis, foliis ovato-lanceolatis integris, floribus quinquefidis androgynis. HALL. *hiſt. n. 821.*

Rhamnus inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. LINN. *ſyſt. veg. 234.*

PER. Bacca globoſa, glabra, atra, ſucculenta, bi-l. rarius trilocularis; diſſepimento tenuiſſimo, per maturitatem fere evaneſcente.

REC. nullum; ſemina fundo baccæ affixa.

SEM. ſolitaria, ovato-rotundata, plano-convexa, aut a parte interiore obtuſiſſime angulata, baſi in umbilicum cartilagineum & valde turgidum producta, glabra, rufeſcentia.

INT. duplex: *exterius* ſubcartilagineum, craſſiuſculum, prope umbilicum deliqueſcens, nec eum obtegens; *interius* membranaceum, baſi in umbilicum cartilagineum intumeſcens.

ALB. ovatum, carnoſum, album, inferne valde acuminatum.

EMB. magnitudine fere albuminis, erectus, luteus. *Cotyl.* obovatæ, carnoſæ, utrinque planiuſculæ. *Rad.* acuminato-roſtellata, infera.

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverſim ſecta. c.) Semina in ſitu. d. e.) Seminis teſta ſua veſtiti facies exterior & interior. f.) Semen ſola ſua membrana interna, baſi in umbilicum cartilagineum converſa, veſtitum. g.) Albumen denudatum. h.) Embryo ſolutus.

Simili fabrica umbilici vix alibi occurrit, præterquam in Phylica.

DCXVII. DE-

DCXVII. DELIMA. LINN. *gen.* 672.

Calyx pentaphyllus, persistens. Cor. nulla. Stam. numerosa. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula coriacea, unilocularis, disperma. Semina arillata.

DELIMA sarmentosa. Tab. 106. fig. 6.

Peripu. RHEED. *mal.* 7. *t.* 34.

Delima. BURM. *flor. ind. t.* 37. *f.* 1. bene. LINN. *syst. veg.* 494.

E collect. sem. hort. lugdb.

PER. Capsula coriacea, ventricosa, in rostrum incurvum desinens, glaberrima, luteo-spadicea, unilocularis, altero tantum latere rima longitudinali dehiscens.

REC. nullum; semina fundo capsulæ affixa.

SEM. duo, globosa, juxta basin adunca, baccata, arillata, rubra aut per ætatem atra.

Arillus incompletus, spongioso-membranaceus, niveus, ad oram lacerus; vix dimidiam seminis partem inferiorem obtegens.

INT. duplex: *exterius* carnosum, tenue, etiam in vetustissimis seminibus aquam rubro colore tingens; *interius* membranaceum, ferrugineum, prope basin in rostellum seminis aduncum, suberosum atque solidum incrassatum.

ALB. semiglobosum, basi scil. quasi truncatum, cartilagineum, durum, album.

EMB. exiguus, in exteriori angulo baseos albuminis locatus, obovatus, lutescens. *Cotyl.* brevissimæ, crassæ. *Rad.* acuminata, infera.

*

a. b.) Capsula integra & dehiscens. c.) Eadem transverse secta, cum situ seminum. d. D.) Semen arillo suo semivestitum. E.) Idem ad basin usque denudatum. F.) Seminis & albuminis sectio verticalis, cum situ embryonis. G.) Embryo separatus & insigniter auctus.

DCXVIII. GREWIA. LINN. *gen.* 1026.

Calyx pentaphyllus. Petala quinque: basi squama nectarifera. Stam. numerosa. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca di-l. tetrapyrena: ossiculis uni-bi-quadrilocularibus.

GREWIA orientalis. Tab. 106. fig. 7.

Pai-paroea s. Conradi. RHEED. *mal.* 5. *p.* 91. *t.* 46.

Grewia foliis sublanceolatis, floribus solitariis. LINN. *syst. veg.* 826.

E collect. sem. hort. lugdb.

PER. Bacca subglobosa, depressa, per exsiccationem rotunde tetragona: succulenta, tetrapyrena. Cuticula in recenti fructu crocea, villosa. C[illegible] pu[illegible]

pulposa, fugax. Ossicula lapidea, gigartoidea, sulco profundo in dorso inscripta, bilocularia.

REC. *commune* in fundo baccæ, cui scil. pyrenæ acuminata sua basi affixæ; *proprium*, funiculus umbilicalis capillaris, e basi loculamentorum, ad obtusum seminum verticem libere adscendens.

SEM. in singulo loculamento unicum, adeoque in tota bacca octo, obovata, lenticulari-compressa, sublivida aut spadicea.

INT. duplex: *exterius* tenuissimum, aridum, arilli adinstar facile de semine secedens; *interius*, membranaceum rufescens, chalaza fusca, in vertice notatum.

ALB. semini conforme, carnosum, tenue, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, luteus. *Cotyl.* ovato-orbiculatæ, foliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuscula, oblique versus basin fructus directa, s. infera & simul aliquantisper centripeta.

*

a.) Bacca exsiccata integra. b.) Eadem transverse secta, cum ossiculis in situ. c.) Pyrenæ separatæ, integræ. d.) Pyrena transversim secta. e.) Semina cum suis funiculis capillaribus. F.) Semen transverse sectum. G.) Albuminis sectio longitudinalis. H.) Embryo solutus.

GREWIA Mallococca. ibid.

Mallococca crenata. FORST. *char. n. 39. act. upſ. 3. p. 179.*

Grewia foliis cordatis ovato oblongis crenatis scabris, pedicellis axillaribus trifloris, fructu tetracocco. LINN. *syst. veg. 827.*

E collectione Banksiana.

Bacca (a) rotundato-tetragona, depressa, setulis minutis undique scabrata, tetrapyrena (b). Ossicula (c) ovato acuminata, turgide lenticularia, rugis & tuberculis minimis exasperata, unilocularia (d.), crassa, dura. Semina (e) solitaria, adeoque in tota bacca quaterna, obovata, deorsum insigniter attenuata sublivida, funiculo umbilicali filiformi rigido instructa. Integum. triplex: *extimum*, prorsus ut in præcedenti; *medium*, coriaceum, crassiusculum, rufescens, ingenti tuberculo chalazino atro notatum; *intimum*, tenuissimum, pallidum. Albumen & Embryo plane ut in præcedenti.

GREWIA Damine. ibid.

an *Grewia salvifolia.* LINN?

Damine. Zeylonens. E collect. sem. hort. lugdb.

Bacca globosa (a), didyma, dipyrena (b.), per vetustatem rugosa, cinerascens. Ossicula duo (c. d. e. E.), semiglobosa, lapidea, quadrilocularia: loculamentis in singula pyrena gemino ordine positis (c), duobus scil. superioribus

ribus (e. E), totidemque inferioribus, omnibus transversalibus. Semina (f. F.) solitaria, adeoque in tota bacca octona, oblonga, angulata, nivea. Integum. simplex, chartaceum, aridum, candidissimum. Albumen (G. H.) carnosum, lutescens. Embryo (H. I.) luteus, cotyledonibus foliaceis, planis; radicula brevi, centripeta.

Hæc species adhucdum dubia est, quia nihil de ea mihi notum, præterquam solus fructus, quem ad aliud genus non apte referre potui.

DCXIX. MERCURIALIS. Tourn. *inst. t.* 308. Linn. *gen.* 1125.

Flores sexu distincti, in eadem, vel & in diversa stirpe. MAS. Cal. tripartitus. Cor. nulla. Stam. novem l. paulo plura. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. superum. Styl. duo. Capsula dicocca, bilocularis. Semina solitaria.

Mercurialis annua. Tab. 107. fig. 1.

Mercurialis mas & femina. Cam. *epit. 996. 997.* Blakw. *herb. t. 162.*

Mercurialis caule annuo brachiato, foliis conjugatis ovato - lanceolatis glabris. Hall. *hist. n. 1600.*

Mercurialis caule brachiato, foliis glabris, floribus spicatis. Linn. *syst. veg.* 891.

Per. Capsula subrotunda, didyma, dicocca, parva. Cocculi ovati, turgidi, in dorso setis albis, &, prope suturam ejus, in duas cristas angustissimas confluentibus hispidati, versus axem vero glabri, subcompressi, chartacei, bivalves, elastice dehiscentes.

Rec. lineare, compressum, cocculis interpositum, superne duobus tuberculis incrassatum, e quibus funiculi brevissimi oriuntur, qui cocculorum foramen vertici proximum intrant atque semina pendula sustinent.

Sem. solitaria, globosa, tuberculato - aspera, rufescentia aut cinerascentia, superne umbilico fungoso, fistuloso, albicante terminata.

Int. duplex: *exterius* crustaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum, chalaza exigua rufescente ad basin notatum.

Alb. semini conforme, carnosum, friabile, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, inversus, lacteus. *Cotyl.* suborbiculatæ, foliaceæ. *Rad.* attenuata, brevis, supera.

*

a. A, B) Capsula integra & dissecta. C. D. E.) Cocculus integer, a dorso & ventre spectatus, idemque dehiscens. F) Receptac. centrale. g. G.) Semina separata. H.) Seminis & albuminis sectio transversalis. I.) Eorundem sectio verticalis, cum situ & figura Embryonis.

DCXX. TITHYMALUS. TOURN. *inst. t.* 18.
Euphorbia. LINN. *gen* 609.

Calyx campanulatus, quadri - l. quinquefidus. Petala quatuor l. quinque, segmentis calycis interjecta, succulenta, ovata, aut lunata. Stam. duodecim aut quindecim. Ovar. superum. Styl. tres, bifidi. Capsula pedicellata, tricocca, elastica. Sem. solitaria.

TITHYMALUS Peplus. Tab. 107. fig. 2.

Peplos. DOD. *purg. 163. pempt. 375.*

Esula folio rotundo. RIV. *tetrap. t. 118.*

Tithymalus foliis rotundis, stipulis floralibus cordatis obtusis, petalis argute corniculatis. HALL. *hist. n. 1049.*

Euphorbia umbella trifida: dichotoma, involucellis ovatis, foliis integerrimis obovatis petiolatis. LINN. *syst. veg. 451.*

PER. Capsula parva, subrotunda, glabra, trigona, tricocca. Cocculi ovati, cristis duabus membranaceis undulatis angustissimis in dorso notati, ex adversa parte angulati & sub vertice foramine perforati, chartacei, bivalves, elastice dehiscentes.

REC. columnare, centrale, gracile, capitulo depresso spongioso terminatum.

SEM. solitaria, ovata, hinc convexa atque seriatim scrobiculata, inde sulco medio elevato angulata, ex albo cinerascentia, umbilico conico fungoso solido albo in vertice notata.

INT. simplex, coriaceum, crassiusculum.

ALB. semini conforme, etiam scrobiculatum, carnosum, friabile, aqueo-pallidum.

EMB. longitudine albuminis, inversus, gramineo - viridis. *Cotyl.* subrotundæ, compressæ, parvæ. *Rad.* cylindrica, longa, supera.

*

a. A. B.) Capsula integra & dissecta. C.) Receptac. coeculis interjectum. D. Et F.) Cocculus integer & dehiscens. g. G.) Semina separata. I.) Seminis & albuminis sectio transversalis. K.) Eorundem sectio verticalis cum situ & figura Embryonis.

Numerosæ Tithymalali species commode a fructu bifariam dispescuntur: in *læves* scil. atque *tuberculatas*, quarum posteriores minus frequentes sunt.

DCXXI. ACALYPHA. LINN. *gen.* 1082.

Flores sexu distincti in eadem planta. MAS. Cal. tetraphyllus. Cor. nulla. Stam. octo aut sedecim, basi connata. FEM. Involucrum varium. Cal. tri-

triphyllus. Cor. nulla. Ovarium ſuperum. Styl. tres, tripartiti. Capſula pedicellata, tricocca, elaſtica. Semina ſolitaria.

ACALYPHA virginica. Tab. 107. fig. 3.

Mercurialis tricoccos hermaphroditica. PLUM. *phyt. t. 99. f. 4.*

Acalypha virgultoſa, foliis ovato acuminatis atque crenatis, ſpicis uniformibus alaribus. BROWN. *hiſt. jam. 346. t. 36. f. 2.*

Acalypha involucris femineis cordatis inciſis, foliis ovato lanceolatis petiolo longioribus. LINN. *ſyſt. veg. 862.*

PER. Capſula ſubrotunda, glabra, triſulca, tricocca. Cocculi ovati, hinc convexi, inde obtuſe angulati, chartacei, bivalves, elaſtice dehiſcentes.

REC. centrale, filiforme, apice tribus papillis lateralibus.

SEM. ſolitaria, ſubgloboſa, ſuperne acuminata, glabra, cinerea aut ferruginea, umbilico ſimplici minutiſſimo ſub apice notata.

INT. triplex: *extimum* tenuiſſimum, cineraſcens; *medium* cruſtaceum, minutiſſime puncticulatum, ferrugineum; *intimum* membranaceum, pallidum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, pallide albicans.

EMB. longitudine fere albuminis, inverſus, luteſcens. *Cotyl.* ſuborbiculatæ, foliaceæ, leviter concavæ. *Rad.* cylindrica, longa, ſupera.

*

a. A. B.) Capſula integra intra involucrum, & diſſecta. C.) Receptac. cocculis interjectum. D. E.) Cocculus integer & dehiſcens. f. F.) Semina ſeparata. G.) Seminis & albuminis ſectio transverſalis. H.) Eorundem ſectio verticalis, cum ſitu & figura Embryonis.

DCXXII. RICINUS. TOURN. *inſt. t.* 307. LINN. *gen.* 1085.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. quinquepartitus. Cor. nulla. Stam. numeroſa, baſi in faſciculum connata. FEM. Cal. tripartitus. Cor. nulla. Ovar. ſuperum. Styl. tres, bifidi. Capſula corticata, triſulca, tricocca, ſubevalvis. Sem. ſolitaria.

RICINUS communis. Tab. 107. fig. 4.

Ricinus minor & major. BESL. *Eyſt. æſtiv. VIII. t. 11. & 12. f. 1.*

Cataputia major & Ricinus. BLAKW. *herb. t. 148.* bene.

Ricinus foliis peltatis ſubpalmatis ſerratis. LINN. *ſyſt. veg. 865.*

PER. Capſula ſubgloboſa, corticata, undique ſpinis mollibus echinata, triſulca, tricocca. Cortex herbaceus, tenuis. Cocculi ovati, chartacei, hinc convexi, ſtria dorſali notati, inde angulati & foramine cordato ſub apice perforati, bivalves, vix tamen aut raro, apud nos, dehiſcentes.

REC.

REC. columnare, trigonum, ſupra lateſcens, triplicique fine obtuſo foramine cocculorum ventralia intrans.

SEM. ſolitaria, grandiuſcula, ovata, hinc convexa, inde obtuſiſſime angulata, glabra, ſubnitida, nunc livida & nebuloſis maculis inſignita, nunc lineolis punctis atque lituris albis ſuper fundo teſtaceo aut fuſco varie & ventris aranearum adinſtar egregie picta. Umbilicus fungoſus craſſus albus vertici impoſitus.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, fragile; *interius* membranaceum, ſericeo albicans, baſi puncto fuſco chalazino notatum.

ALB. ſemini conforme, craſſum, carnoſum, friabile, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ, vaſculoſæ, tenuiſſimæ. *Rad.* teretiuſcula, brevis, ſupera.

*

a. c.) Capſula integra & diſſecta. b.) Receptac. cocculis interjectum. d.) Cocculi ſeparati latus ventrale. e. f.) Semina ab utraque parte ſpectata. g.) Seminis ſectio transverſalis & - h) Ejusdem ſectio longitudinalis cum ſitu & figura albuminis atque Embryonis.

DCXXIII. CLUTIA. LINN. *gen.* 1140.

Flores ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Cal. pentaphyllus. Cor. pentapetala. Nectar. *exteriora* quinque, tripartita: *interiora* totidem, glandulosa. Stam. quinque. FEM. Cal. & Cor. ut in mare, perſiſtentes. Nectar. *exteriora* quinque, didyma: *interiora* nulla. Ovar. ſuperum. Styl. tres, bifidi. Capſula pedicellata, tricocca, elaſtica. Semina ſolitaria.

CLUTIA pulchella. Tab. 107. fig. 5.

Frutex æthiopicus portulacæ folio, flore ex albo vireſcente. COMM. *hort. amſt.* 1. *p.* 177. *t.* 91.

Clutia foliis ovatis integerrimis, floribus lateralibus. LINN. *ſyſt. veg.* 897.

PER. Capſula pedicellata aut ſeſſilis, globoſa, punctis elevatis ſcabrata, triſulca, tricocca. Cocculi chartacei, hinc gibbi, inde angulati, ſemibivalves, valvularum dorſo ſponte a diſſepimentis ſecedente. Diſſepimenta membranacea, in axi fructus perſiſtentia, nigro caſtanea, ſplendentia, per ambitum ſerrulata.

REC. centrale, filiforme, tectum a diſſepimentis, ſex alas membranaceas, rotundatas circa axem formantibus.

SEM. ſolitaria, ovata, glabra, nigro-caſtanea, ſplendentia, glandula umbilicali biloba alba, proxime ſub apicem, in latere interno ſtipata.

INT. duplex: cruſtaceum, fragile, & membranaceum, luteſcens.

ALB. ſemini conforme, craſſum, friabile, pallidum.

EMB.

EMB. magnitudine fere albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ, tenuiſſimæ. *Rad.* cylindrica, brevis, ſupera.

*

a. b. B. C.) Capſula integra & diſſecta D.) Receptac. diſſepimentis perſiſtentibus alatum. e.) Cocculi dehiſcentis pars dorſalis ſemibifida. f. F. g. G.) Seminis latus utrumque. H. I.) Ejusdem ſectio transverſalis atque longitudinalis, cum ſitu & figura albuminis atque Embryonis.

DCXXIV. CROTON. Linn. *gen.* 1083.
Ricinoides. Tourn. *inſt. t.* 423.

Flores ſexu diſtincti in eadem planta. MAS. Cal. pentaphyllus. Cor. pentapetala aut nulla. Nectar. quinque glanduloſa. Stam. quindecim, baſi connata. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Nectar. nulla. Ovar. ſuperum. Styl. tres, bifidi. Capſula tricocca, elaſtica. Sem. ſolitaria.

Croton tinctorium. Tab. 107. fig. 6.

Ricinoides ex qua paratur Tourneſol gallorum. Nissol. *act. gall.* 1712. *edit. germ. p.* 138. *t.* 11.

Croton tinctorium. Burm. *flor. ind. t.* 62. *f.* 1.

Croton foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. Linn. *ſyſt. veg.* 863.

PER. Capſula ſubgloboſa, triſulca, tricocca, corticata. Cortex tenuis, herbaceus, ſeparatim dehiſcens, tuberculatus: tubercula parva diſſita, ſquamulis ſtellato-laceris argenteis nitidiſſimis præpilata. Cocculi chartacei, ovati, bivalves, elaſtice dehiſcentes.

REC. centrale, triquetrum, ſurſum incraſſatum.

SEM. ſolitaria, ovata, ſuperne leviter acuminata, inferne quaſi truncata, emarginato-obtuſa, obſolete rugoſa, albicantia aut teſtaceo fuſca. Umbilicus non diſtinctus, ſed ejus loco cuticula tenuis alba verticem & totam ſuperiorem ſeminis partem obtegens.

INT. triplex: *extimum* tenuiſſimum ab umbilici cuticula formatum; *medium* cruſtaceum, fuſcum, fragile; *intimum* membranaceum, aridum album & ſæpe argenteo nitore intus ſplendens.

ALB. ſemini conforme, craſſum, friabile, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* rotundatæ, foliaceæ, trinerviæ, tenuiſſimæ. *Rad.* teretiuſcula, brevis, ſupera.

*

a. A.) Capſula integra. B.) Corticis tubercula ſquamata inſigniter aucta. c. c.) Cortex ſeorſim dehiſcens. d.) Capſula diſſecta. e.) Receptaculum. F.) Cocculus nudus dehiſcens. g. G.) Semina integra. H.) Albumen denudatum integrum. I.) Ejusdem ſectio verticalis cum ſitu & figura Embryonis.

CROTON Tiglium. ibid.

Cadel - avanacu. RHEED. *mal. 2. p. 61. t. 75.*

Granum moluccum. RUMPH. *amb. 4. p. 98. t. 42.*

Ricinoides indica folio lucido, fructu glabro Grana tiglia officinis dicto. BURM. *fl. Zeyl. 200. t. 90.*

Croton foliis ovatis glabris acuminatis serratis, caule arboreo. LINN. *syst. veg. 863.*

E collect. sem. hort. lugdb.

Calyx pentaphyllus brevissimus sub capsula reflexus. Capsula (a) ovata, grandiuscula, coriacea, tenuis, glabra, trigona, trisulca, tricocca (b.). Dissepimenta tenuissima, fere membranacea. Color stramineo pallidus. Semina (c.) ovata, solitaria, hinc convexa, inde obtusissime angulata, ad margines in aciem acutam extenuata, straminea, fusca, aut nigricantia. Umbilici cicatricula simplex, parva, in extremitate seminis obtusiore atque superiore. Integ. *exterius* crustaceum; *interius* membranaceum, sericeo-album. Albumen carnosum (d.) crassum. Embryo (e.) inversus, lacteus. Cotyl. ovato-cordatæ, foliaceæ, tenuissimæ. Radic. brevissima, supera.

CROTON aromaticum. ibid.

Arbor Zeylanica aromatica acris Laccam fundens media. HERM. *mus. Zeyl. p. 11. & 46.*

Ricinoides arbor aromatica, circææ foliis, media. BURM. *fl. Zeyl. 202.*

Croton foliis cordatis scabris subserratis petiolatis, caule arboreo. LINN. *syst. veg. 864.*

Walkappethya. Zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.

Calyx pentaphyllus, brevis, sub capsula reflexus. Capsula (a.) ovata aut globosa, glabra, coriacea, crassa, ligneo fusca, striis sex pallidioribus longitudinalibus notata. Cortex suberosus, crassus. Cocculi, seu loculamentorum (b) membrana interna, chartacea, elastica, alba. Semina (c) solitaria, ovato oblonga, hinc convexa, inde angulata, tuberculis obsoletis undique rugata, saturate spadicea. Umbilicus bilobus, fungosus, albus, in vertice seminis. Albumen (d.) & Embryo (e) ut in præcedentibus.

Halecus litorea Rumph. 3. t. 126. perperam a Linnæo ad hanc speciem refertur.

CROTON lacciferum. ibid.

Ricinoides aromatica arbor, circææ foliis hirsutis, floribus spicatis major. BURM. *fl. Zeyl. 201. t. 91.*

Halecus terrestris alba? RUMPH. *amb. 3. p. 198. t. 127.* altera.

Croton foliis ovatis tomentosis serrulatis petiolatis, calycibus tomentosis. LINN. *syst. veg. 864.*

E collect. sem. hort. lugdb.

Capsula globosa, exsulca, corticata, tricocca, calyce persistente pentaphyllo, patulo (a. b.) basi munita. Cortex coriaceus, integerrimus (c.), extus albo tomentosus. Cocculi tres (c. d.) chartacei, albi, elastice dehiscentes. Semina (e.) solitaria, subrotunda, turgide lenticularia (f.), obsoletissime rugosula, fusco spadicea. Umbilicus sub apice seminis, bilobus, albus. Albumen & Embryo (g.) ut in prioribus.

CROTON? cyanospermum. ibid.

Lyan - gheddie. Zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.

Calyx pentaphyllus, parvus, sub capsula (b) reflexus. Capsula (a. b. c.) globosa, glabra, obsoletissime trisulca, trilocularis (c.), tricocca. Cocculi chartacei, bivalves (d.), elastici. Semina in singulo loculo gemina (c. g.), inter se conglutinata (d. e. f.), hinc convexa (e), inde (d. f.) obtusissime angulata, post separationem vero acute trigona (g.), apice & basi acuminata, arido - baccata, violacea, aut e purpura cærulea, lævigatissima, splendentia. Integum. triplex: *extimum* membranaceum, intus spongiosum, ipsa testa seminis multo amplius (h. α.); *medium* osseum, parvum, oblique cordatum, compressum, in superiore parte integumenti extimi (h. β.) hærens; *intimum* denique membranaceum, pallidum, albumini adnatum. Albumen (I.) testæ seminis conforme, carnosum, album, tenue. Embryo (I.) inversus, lacteus. Cotyled. foliaceæ planæ, oblique cordatæ, seu inferius profunde emarginatæ. Radic. teretiuscula, brevis, supera.

Ad Adrachnen forsan, ob semina geminata & embrionem subcurvatum, hic debuisset referri; sed & ab Adrachne & ab omnibus mihi notis Tricoccis, mira seminis fabrica, æque distat, quare heic ei locum feci, donec de stirpe ipsa, certiora innotescant.

CROTON cardiospermum. ibid.

Kebella & *Kebbele.* Zeylonens. E collect. sem. hort. lugdb.

Capsula globosa (a. b. c.), acumine triquetro, trituberculato terminata, glabra, exsulca, tricocca, corticata. Cortex suberosus crassus (c.), a basi [illegible] riam (b.) dehiscens. Cocculi chartacei, elastici, albi, ovati. Semina (d. e. f.) solitaria, cordiformia, compressiuscula (g), hinc convexa, inde plana aut leviter concava, in ipsa cordis emarginatura albicante, foramine umbilicali pertusa. Integ. triplex: *extimum* membranaceum, rugosum (d), ut recens carnosum fuisse videtur; *medium* (e. f.) crustaceum, fragile, pallide stramineum; *intimum* membranaceum, tenuissimum, fuscum. Albumen (g. h.) testæ seminis conforme, carnosum, album. Embryo (h) inversus, gramineo - viridis. Cotyl. foliaceæ, rotundato - cordatæ, seu transversim latiores. Rad. brevis, recta, supera.

N.

Non eſt dubium, quin hic fructus ad Crotonis genus nequaquam ſpectet; attamen malui nomen, ſub quo datus fuit, retinere, quam absque ulteriori ſtirpis cognitione, novum ei facere.

Kebella a *Kebbele* id ſaltem differt, quod extimum ſeminis integumentum in poſteriori fuſcum, in priori vero fulvum aut rubrum ſit.

DCXXV. JATROPHA. LINN. *gen.* 1084.
Manihot. TOURN. *inſt. t.* 438.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. nullus, aut quinquefidus. Cor. monopetala, infundibuliformis. Stam. decem: alterna breviora. FEM. Cal. nullus. Cor. pentapetala, patens. Ovar. ſuperum. Styl. tres, bifidi. Capſula tricocca, corticata. Sem. ſolitaria aut gemina.

JATROPHA Curcas. Tab. 108. fig. 1.

Jatropha foliis cordatis angulatis. LINN. *ſyſt. veg.* 865.

Icon. JACQ. *hort. v.* 3. *t.* 63.

PER. Capſula grandiuſcula, ovata, trigona, per maturitatem extus rugato-ſcabrata, fumoſa, corticata. Cortex craſſus, coriaceus. Cocculi tres, chartacei, albicantes, bivalves.

REC. centrale, columnare, gracile, ſuperne in capitulum depreſſum fungoſum incraſſatum.

SEM. ſolitaria, grandia, ovato oblonga, hinc convexa, inde obſoletiſſime angulata, ut fere cylindrica ſint, cætera apice in mucronem cavum producta, in quo umbilicus fungoſus albus jacet, nigra, rimis minutis cæſa & ad tactum aſpera.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, fragile; *interius* membranaceum, ſericeo-album.

ALB. craſſum, carnoſum, fragile, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, inverſus, niveus. *Cotyl.* ovato-oblongæ, foliaceæ, planæ, venoſæ. *Rad.* teretiuſcula, brevis, ſupera.

*

a.) Capſula pendula, integra, præter corticem ad apicem dehiſcentem. b.) Eadem transverſim ſecta. c.) Receptac. cum ſitu & inſitione ſeminum. d.) Semina ab utroque latere ſpectata. e. f.) Seminis ſectio transverſalis atque longitudinalis cum craſſitie, ſitu & figura albuminis (e.) & Embryonis (f.).

Nucleo ſeminum veſci poſſe absque noxa, quando embryo demtus eſt, Boyleus, ni fallor, primus obſervavit.

JATROPHA globosa. Tab. 109. fig. 3.

Ex Curassao, ab amiciss. D. BERKHEY.

Capsula globosa (a. b. c. d. e.), depressa, tetracocca (d.), drupacea. Cortex crassus, coriaceus, scabriusculus, a basi versus apicem (c. b.) in octo segmenta dehiscens. Cocculi quatuor (d.) ossei, crassiusculi, elastici, pallide albicantes aut testacei, bivalves. Receptac. columnare (e.) capitatum. Semina (f. e. h.) in singulo loculo gemina, ovata, sursum angustata, trigono - compressa, glabra, splendentia, castaneo - nigricantia. Umbilicus fungosus, albus. Integ. *exterius* crustaceum, substantia quadam friabili & ferrugineo - rubra intus vestitum; *interius* membranaceum, sericeo - album. Albumen semini conforme, fragile, subpellucidum. Embryo (g.) inversus, gramineo - viridis. Cotyl. ellipticæ, foliaceæ. Rad. brevis, supera.

Quaternarium loculamentorum numerum non constantem esse puto; sed binarius seminum numerus, & embryonis, etiam in vetusto fructu, color viridis, hanc affatim distinctam faciunt a reliquis speciem.

DCXXVI. EMBLICA.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Cal. sexpartitus. Cor. nulla. Stam. tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. superum. Styl. tres. bifidi. Capsula drupacea, tricocca: Semina solitaria, aut geminata.

EMBLICA officinalis. Tab. 108. fig. 2.

Nili camaram. RHEED. *mal. 1. p. 69. t. 38.* BLAKW. *herb. t. 400.*

Mirobalanus Emblica. RUMPH. *amb. 7. p. 1. t. 1.* bene.

Phyllanthus foliis pinnatis floriferis, caule arboreo, fructu baccato. LINN. *syst. veg. 847.*

PER. Capsula drupacea, globosa, depressa, sexsulcata, tricocca. Cortex coriaceo carnosus, crassus, glabriusculus. Putamen lapideum, obovatum, hexangulare, apice mucronatum, compositum ex cocculis tribus osseis, hinc sulco elevato dorsali, fibris lignosis fasciculatis cristato, insignitis, inde angulatis, semibivalvibus, a basi elastice dehiscentibus.

REC. centrale, columnare, triquetrum.

SEM. in singulo loculo gemina, triquetra, hinc arcuata, inde lateribus planis in angulum acutum convergentia, glabra, spadicea, dura. Umbilicus simplex, exiguus, in medio seminis ventre.

INT. triplex: *extimum* membranaceum; *medium* crustaceum, durum, fragile, *intimum* membranaceum, ferrugineum.

ALB. carnosum, friabile, pallidum.

EMB.

EMB. longitudine fere albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, cordato-lanceolatæ, marginibus ſuis verſus dorſum ſeminis gutturnii in ſpeciem reflexæ, atque leviter arcuatæ. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen ſolutum, integrum. c.) Ejus ſectio transverſalis. d.) Cocculus dehiſcens, ab utraque parte ſpectatus. e. E.) Semina ſeparata. f. F.) Seminis & nuclei ſectio transverſalis. G.) Embryonis in albumine ſitus & figura.

Crines dorſales cocculorum quandoque deficiunt.

EMBLICA grandis. ibid.

an *Phyllanthus baccatus?* LINN. *l. c.*

Ex ſeminar. hort. Amſtelod.

Drupa globoſa, grandiuſcula (a), obſoletiſſime triſulca, glabra, per ætatem fumoſa aut fuſca, tricocca. Cortex tenuis (b.), coriaceus. Cocculi oſſei, in dorſo craſſiſſimi (c.) convexi, ad latera vero tenues & in angulum convergentes, bivalves. Receptac. inferne obſoletum (b.), ſuperne autem trifurcatum: brachiis teretiuſculis, ſurſum curvatis, & in propriis ſulcis inter cocculorum latera ad corticis cruſtam decurrentibus, in qua ultimis ſuis fibris diſperguntur. Semina (d.) ſolitaria, grandiuſcula, obeſa, hinc gibba & in dorſo quaſi carinata, inde leviter convexa (e.), ſtriaque media ventrali notata; cetera glabra, ſpadicea, atque parvo foramine umbilicali ſub apice perforata. Integ. exterius cruſtaceum: interius membranaceum, lata chalaza ferruginea in baſi notatum. Albumen (e.) craſſum, oleoſum, albicans. Embryo (f.) inverſus, niveus. Cotyl. cordato-ellipticæ, foliaceæ, planæ. Rad. parva, ſupera.

Non tantum fructu drupaceo, ſed & embryone non ſpirali, Emblica a Phyllantho diſtat, ut carpologice nequaquam ſociari queant.

DCXXVII. XYLOPHYLLA. LINN. *gen.* 1299.

Flores omnes hermaphroditi. Cal. quinquepartitus, coloratus. Cor. nulla. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, ſtigmatibus tribus bifidis. Capſula pedicellata, tricocca, elaſtica. Semina gemina.

XYLOPHYLLA latifolia. Tab. 108. fig. 3.

Phyllanthus americana planta, flores e ſingulis foliorum crenis proferens. COMM. *hort. amſt. 1. p. 199. t. 102.* CATESB. *carol. 2. p. 26. t. 26.*

Filicifolia hemionitidi affinis americana epiphyllanthos &c. PLUK. *phyt. t. 247. f. 4. & t. 36. f. 7.*

Xylophylla foliis lanceolatis, ramis teretibus. LINN. *ſyſt. veg. 296.*

PER. Capsula parva, globosa, pedicellata, superne attenuata, glabra, rufescens, trisulca, tricocca. Cocculi papyracei tenues, bivalves, elastici, albi, ab epidermide non secedentes.

REC. centrale, filiforme, breve.

SEM. in singulo loculo gemina, oblonga, triquetra, superne magis acuminata, glabra, spadicea.

INT. duplex: crustaceum atque membranaceum, utrumque tenuissimum.

ALB. carnosum, album, tenue.

EMB. longitudine albuminis, lineari compressus, inversus, secundum dorsi seminis curvaturam leviter arcuatus, pallide viridis. *Cotyl.* foliaceæ, lanceolatæ, planæ. *Rad.* teretiuscula, longa, supera.

*

a. A. b. B.) Capsula integra. C.) Eadem transversim dissecta. D.) Cocculus dehiscens. e. E.) Semina separata. F. G.) Seminis sectio transversalis atque longitudinalis cum albuminis & Embryonis situ & figura. H.) Embryo solutus.

DCXXVIII. ANDRACHNE. LINN. *gen.* 1095. Telephioides. TOURN. *inst. t.* 485.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Cal. pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. FEM. Cal. pentaphyllus. Cor. nulla. Ovar. superum. Styl. tres, bifidi. Capsula tricocca, elastica. Semina gemina.

ANDRACHNE Telephioides. Tab. 108. fig. 4.

Glaux procumbens, myrti tarentinæ folio. BOCC. *mus.* 2. *p.* 168. *t.* 119.

Telephioides græcum humifusum, flore albo. DILL. *elth.* 377. *t.* 282. BUXB. *cent.* 2. *p.* 20. *t.* 12. *f.* 2.

Andrachne procumbens herbacea. LINN. *syst. veg.* 871.

PER. Capsula parva, globosa, trisulca, tricocca, glabra. Cocculi papyracei, tenues, bivalves, elastice dehiscentes.

REC. centrale, filiforme, breve.

SEM. in singulo loculo gemina, triquetra, punctis planis, quasi squamulis, undique conspersa, cinerascentia. Umbilicus simplex in media carina ventrali.

INT. triplex: *extimum* tenuissimum, quasi furfuraceum, album; *medium* crustaceum, pallide luteum, glabrum, fragile; *intimum* membranaceum, pallidum.

ALB. semini conforme, friabile, album.

EMB. longitudine fere albuminis, subgnomonice arcuatus, inversus, luteus aut albus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ, radicula breviores. *Rad.* filiformis, curvata, longa, supera.

a. A. B.) Cap-

a. A. B.) Capſula integra & diſſecta. C.) Receptac. cocculis interpoſitum. D. E.) Cocculus integer & elaſtice dehiſcens. f. F.) Semina ſeparata. G. H.) Albumen transverſaliter & longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura embryonis. G.) Embryo ſolutus.

DCXXIX. PHYLLANTHUS. LINN. *gen.* 1050.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. ſexpartitus. Cor. nulla. Stam. tria. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Styl. tres, bifidi. Capſula tenuis, orbiculata, ſexſulca, tricocca, elaſtica. Semina gemina.

PHYLLANTHUS madraſpatana. Tab. 108. fig. 5.

Phyllanthus foliis alternis cuneiformibus mucronatis. LINN. *ſyſt. veg.* 847.

Ex herbario Bankſiano.

PER. Capſula orbiculata, depreſſa, baſi calyce hexaphyllo, ſibi paulum latiore excepta, toris ſex obſoletiuſculis diſtincta, tricocca. Cocculi papyracei, ab epidermide non ſecedentes, bivalves, elaſtice dehiſcentes.

REC. centrale, filiforme, breve.

SEM. in ſingulo loculo gemina, triquetra, punctata, ferruginea.

INT. duplex: cruſtaceum & membranaceum, utrumque tenuiſſimum.

ALB. tenue, carnoſum, album.

EMB. linearis, compreſſus, inverſus, ſubſpiralis, gramineo viridis. *Cotyl.* in gyrum laxum ſimplicem tortæ, cetera planæ, lineares. *Rad.* filiformis, cotyledonibus longior, arcuata, ſupera.

*

a. A. B.) Capſula integra, prona & ſupina. C.) Eadem diſſecta. D.) Cocculus elaſtice dehiſcens. e. E.) Semina ſeparata. F. G.) Seminis & albuminis ſectio transverſalis atque longitudinalis, cum ſitu & figura embryonis. H.) Embryo ſolutus.

DCXXX. BUXUS. TOURN. *inſt. t.* 345. LINN. *gen.* 1053.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. triphyllus. Cor. dipetala. Stam. quatuor. FEM. Cal. tetraphyllus. Cor. tripetala. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſula coriacea, tricocca, triroſtris. Semina gemina.

BUXUS ſempervirens. Tab. 108. fig. 6.

Buxus. CAM. *epit.* 101. BLAKW. *herb. t.* 196. HALL. *hiſt. n.* 1610. LINN. *ſyſt. veg.* 849.

PER. Capſula globoſa, glaberrima, nitida, coriacea, tricocca, ante dehiſcentiam triroſtris. Cortex trivalvis: valvulis bicornibus. Cocculi chartacei, bivalves, elaſtice dehiſcentes.

REC.

Rec. centrale, triquetrum, breve.

Sem. in ſingulo loculo gemina, ovata, ſurſum attenuata, triangulari-compreſſa, apice in umbilicum oblique truncatum, ſubſpongioſum album deſinentia, cetera nigro-fuſca, aut atra, glabra.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, durum; *interius* membranaceum, pallidum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, craſſum, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuſcula, brevis, ſupera.

*

a. A.) Capſula integra. b.) Cortex in valvulas dehiſcens. C.) Capſula diſſecta. D.) Cocculi clauſi, in ſitu. e. E.) Cocculus ſolutus, bivalvis. f. F.) Semina ſeparata. G. H.) Albumen transverſaliter & longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura Embryonis.

Semen, *Carthegon* græce dictum, a nullo animalium tangi, affirmat Plin. hiſt. nat. L. 16. p. m. 14.

DCXXXI. EXCOECARIA. Linn. *gen.* 1102.

Flores ſexu diſtincti, in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Cal. nullus. Cor. nulla. Stam. ternata, in receptaculo communi cylindrico amentaceo. FEM. Cal. nullus. Cor. nulla. Ovaria nuda in ſpicis ſubramoſis. Styl. tres, ſimplices. Capſula ſubgloboſa, triſulca. Sem. ſolitaria.

Excoecaria Agallocha. Tab. 108. fig. 7.

Arbor excoecans. Rumph. *amb.* 2. *p.* 237. *t.* 79. 80.

Excoecaria. Linn. *ſyſt. veg.* 882.

Ex herbario Bankſiano.

Per. Capſula parva, magnitudine baccæ juniperi, ſubgloboſa, triſulca, glabra, nigra, trilocularis, chartacea, nullis intus cocculis diſtinctis dotata, ſed ſimpliciter in tres valvulas (preſſione) dehiſcens.

Rec. nullum; ſemina apice ſuo loculamentorum angulis internis affixa.

Sem. ſolitaria, ſubgloboſa, ſuperne acuminata, hinc convexa, inde obtuſiſſime angulata, glabra, rufeſcentia.

Int. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenue.

Alb. carnoſum, pallide albicans.

Emb. magnitudine fere albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* ſuborbiculatæ, foliaceæ. *Rad.* brevis, ſupera.

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem, preſſione in valvulas ſoluta. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d. D. E.) Semina ſeparata. F.) Albumen transverſe ſectum. G.) Ejusdem ſectio longitudinalis cum ſitu & figura Embryonis.

Secun-

Secundum Rumphium, capſulæ ſunt magnitudine capparidum, per maturitatem ruſeſcentes & elaſtice dehiſcentes; atque Semina dura & Ricini inſtar variegata: quæ omnia in noſtris ſpeciminibus, forſan haud rite maturis, non ita ſe habent.

* *AQUILICIA.* vid. Vol. I. p. 275.

AQUILICIA ſambucina. Tab. 108. fig. 8.

Staphylea indica. BURM. *flor. ind. t. 24. f. 2.*

Aquilicia. LINN. *ſyſt. veg. 243.*

Ex dono Cl. THUNBERG.

Bacca (a. b.) orbiculata, depreſſa, torulis tribus ad ſex diſtincta, atra, aromatica, unilocularis (c.), tri-hexapyrena. Oſſicula (d.) hinc gibba, inde angulata, ruſeſcentia, unilocularia (E.). Albumen (F. G. H. I.) eundem in modum lobatum, ſicut in *Otillide*, ſed minus durum. Embryo (K) ſubulatus, incurvus, prorſus ut in prima ſpecie.

DCXXXII. BRADLEJA. BANKS.

Flores ſexu diſtincti, in eadem ſtirpe. MAS. Cal. penta-l. hexaphyllus, perſiſtens. Cor. nulla. Stam. ſex. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Styl. craſſus, ſuperne ſexfidus: ſtigmata ſimplicia, obtuſa. (Ex ſchedis SOLANDRI.) Capſula corticata, hexacocca. Semina gemina, meniſcoideo feneſtrata.

BRADLEJA ſinica. Tab. 109. fig. I.

Arbuſcula ſinica, anonæ dulcis folio non ſplendente, fructu ex foliorum alis compreſſo parvo orbiculari ſtriato duro. PLUK. *amalth. p. 35. phyt. t. 368. pl. 7.*

E collectione Bankſiana.

PER. Capſula ſubgloboſa, depreſſiuſcula, utrinque umbilicata, ſex l. octo torulis medio ſulco dorſali notatis pulvinata, corticata. Cortex ſpongioſo membranaceus, per maturitatem ſexvalvis. Cocculi ſex l. octo, chartacei, bivalves, elaſtice dehiſcentes, pallide albicantes.

REC. centrale, filiforme, breve.

SEM. in ſingulo loculo gemina, non juxta ſe, ut in reliquis ſpeciebus, ſed ſibi mutuo impoſita, angulato-globoſa, coccinea, arido baccata.

INT. triplex: *extimum* membranaceo ſpongioſum, coccineum; *medium* cruſtaceum, durum albicans, duplici cavitate dotatum: *altera* inflata, inani, amplo foramine irregulari feneſtrata; *altera* autem compreſſa, clauſa, embryonifera; *intimum* denique, membranaceum, fuſcum, intus ſubcarnoſum.

ALB.

ALB. nullum, nisi superficiem carnosam integum. intimi velis.

EMB. magnitudine cavitatis compressæ seminis, inversus, lacteus. *Cotyl.* ovato-cordatæ, concavæ, foliaceæ, tenuissimæ. *Rad.* linearis, compressa, supera.

*

a. b. c.) Capsula integra, utrinque spectata. D.) Eadem dissecta, hexacocca. E.) Cocculus cum cortice suo, a parte sua interiore spectatus, elastice dehiscens. f. F.) Semina extima sua membrana adhucdum vestita. G.) Testa seminis denudata, amplo foramine pertusa. H.) Eadem transversim secta, cum duabus suis cavitatibus. I.) Embryo solutus.

BRADLEJA Glochidion. ibid.

Glochidion. FORST. *charact.*

Dodda-mare & Punu-kere. javan. E collect. sem. hort. lugdb. & ex herbario Banksiano.

Capsula orbiculata (a. b.), valde depressa, torulis sex l. octo, didymis, pulvinata, totidemque continens cocculos chartaceos, elasticos, ab epidermide s. cortice non sponte secedentes. Semina geminata (c. C.) præcedentibus simillima, etiam vivide coccinea. Testa seminis (D. E.) pariter bilocularis, sed fenestra loculamenti vacui non ita ampla, verum potius oblonga & rimæ transversali similis.

BRADLEJA Zeylanica. ibid.

Gunu-Kierille. Zeylon. E collect. sem. hort. lugdb.

Calyx, in hac, monophyllus (b.) quinquefidus. Capsula (a. b. c. d. E.) globosa, depressiuscula, striata, minime vero torosa, glabra aut per ætatem obsolete hexagona (c. E.), hexacocca, corticata. Cortex crassus, suberoso-coriaceus, apice sexfariam (a) dehiscens. Cocculi (c. f.) chartacei, elastici, bivalves. Semina geminata (E. g.), rotundata, hinc convexa (H.), inde plana. Integum. *extimum* membranaceum, tenue, rufescens, seu propter vetustatem excolor; *medium* (I. K. L.) osseum, biloculare (L.): loculamento inani tribus foraminibus (I.) fenestrato; *intimum* nigro ferrugineum, lamina carnosa, loco albuminis (M.) duplicatum. Embryo (M. N.) e luteo-virescens, inversus. Cotyled. & Radic. supera: foliaceo-compressæ.

Multum affinitatis Bradleja cum Phyllantho habet, præsertim cum & tria tantum stamina Glochidio suo Cl. Forster tribuat; sed seminum fabrica in hoc genere adeo singularis est, ut ab omnibus cognitis Tithymaloideis longissime recedat, atque proprio nomine utique distingui mereatur.

DCXXXIII. OPHIOXYLUM. Linn. *gen.* 1142.

Flores hermaphroditi atque masculi steriles in eadem stirpe. MAS. Cal. bifidus. Cor. quinquefida, infundibuliformis, ore cylindrico Nectarifero. Stam. duo. HERMAPH. Cal. quinquefidus. Cor. quinquefida. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca biloba, dipyrena. Sem. solitaria.

Ophioxylum trifoliatum. Tab. 109. fig. 2.

Tsjovanna. Rheed. *mal. 6. p. 87. t. 7.*

Radix mustelæ rubra. Rumph. *amb. 7. p. 30.* descript. non icon.

Ligustrum foliis ad singula genicula ternis. Burm. *fl. Zeyl. 141. t. 64.*

Ophioxylum. Linn. *fl. Zeyl. 398. syst. veg. 911.*

E collect. sem. hort. lugdb.

Per. Bacca carnosa, biloba, calyce minutulo tri - l. quinquefido excepta, lenticulari compressa, dipyrena, lateritio - rubra. Caro tenuis, firmula. Ossicula ovata, utrinque, sed magis versus basin, acuminata, obsolete rugosula, crassa, lenticulari compressa, unilocularia.

Rec. nullum.

Sem. solitaria, ovata, sursum angustata, compressiuscula, pallida.

Int. simplex, membranaceum, albicans.

Alb. carnosum, crassum, molle, album.

Emb. magnitudine fere albuminis, subcurvatus, inversus, lacteus. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuscula, curva, supera.

*

a.) Racemi frugiferi ramulus. b.) Bacca integra. c) Eadem transversim secta. d.) Ossiculum integrum. e.) Idem longitudinaliter apertum. f.) Semen separatum. g.) Situs embryonis intra albumen. G.) Embryo solutus & auctus.

Recentes fructus, secundum Rumphium l. c. gaudent bacca didyma, obtusissima, ex duobus globis, ut in Caprifolio, composita, atque pulpa aquosa referta; malui autem baccas delineare atque describere, quales coram vidi, & quales etiam repræsentavit Burmannus. Icon Rumphii, non speciem nostram *trifoliatam*, sed aliam, scil. *albam*, sistit, foliis oppositis, cruciatis, floribus albicantibus, & baccis nigris.

DCXXXIV. MESSERSCHMIDIA. Linn. *gen.* 1245.

Calyx quinquefidus. Cor. infundibuliformis, fauce nuda. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca exsucca, dipyrena, bipartibilis: ossiculis dispermis, trilocularibus.

Messerschmidia Argunia. Tab. 109. fig. 3.

Tournefortia sibirica. Hebenst. *act. petrop. 1763. p. 315. t. 11.*

Messerschmidia caule herbaceo, foliis sessilibus, corollis infundibuliformibus. Linn. *syst. veg. 190.*

Per. Bacca exsucca, globosa, utrinque umbilicata, obsolete striata, cinereo-fusca, dipyrena, bipartibilis. Cortex crassus, fungoso-coriaceus. Ossicula subrotunda, hinc convexa, longitudinaliter striata, inde planiuscula, trifora, trilocularia: loculamentis duobus lateralibus seminiferis; tertio intermedio, sterili, superne semi aperto.

Rec. funiculi umbilicales brevissimi, per foramina pyrenarum superiora lateralia ad semina pertingentes.

Sem. solitaria, adeoque in tota bacca quaterna, oblonga, sursum leviter attenuata, obsoletissime angulata, ut fere teretia.

Int. simplex, membranaceum, tenue, friabile, candidissimum, splendens.

Alb. semini conforme, carnosum, tenue, album.

Emb. longitudine albuminis, inversus, lacteus. *Cotyl.* oblongæ, semicylindricæ, obtusæ. *Rad.* attenuata, brevis, supera.

*

a. b.) Bacca integra, a prona & supina parte spectata. c.) Ejusdem pars dimidia, per maturitatem sponte ab altera soluta & a parte sua interiore plana spectata. d. e.) Ossicula decorticata integra. f.) Loculamenta pyrenarum transversim, & G.) Eadem longitudinaliter aperta, cum situ seminum. h.) Semen separatum. i. I.) Albumen longitudinaliter dissectum, cum situ embryonis. K.) Embryo solutus & auctus.

DCXXXV. TETRAGASTRIS.

Flos . . . . Bacca depressa, quadriventris, tetrapyrena. Semina solitaria.

Tetragastris ossea. Tab. 109. fig. 5.

Ex seminario hort. amstelod.

Per. Bacca subglobosa, depressiuscula, grandis, supra convexa & ex acuminato vertice, quatuor sulcis depressis inscripta, inferne autem in quatuor lobos pulvinatos distantes, quasi totidem ventres, divisa, tetrapyrena. Caro, in vetusto fructu, tenuis, subcoriacea. Ossicula grandia, dura, unilocularia, hinc gibba, inde angulata, modice crassa, vel potius tenuia, albicantia, nulla carne intermedia a se invicem discreta.

Rec. centrale, in apicem baccæ desinens, superne breves ad semina funiculos umbilicales promens.

Sem. solitaria, grandia, ovato-acuminata, rufescentia.

Int. simplex, coriaceum, tenue.

Alb.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, pallide albicans. *Cotyl.* craſſæ, carnoſæ, plano-convexæ, ad radiculæ ſedem emarginatæ. *Rad.* exigua, intra cotyledones, retracta, ſupera.

*

a.) Bacca integra. b. c.) Eadem transverſaliter & longitudinaliter diſſecta, cum ſitu & inſertione ſeminum. d.) Semen ſeparatum. e.) Ejusdem atque cotyledonum ſectio transverſalis. f.) Cotyledones ſeparatæ.

DCXXXVI. MARTYNIA. Linn. *gen.* 753.

Calyx quinquefidus. Cor. monopetala ringens. Stam. quatuor, inæqualia. Ovar. ſuperum, quadriloculare. Styl. ſimplex: ſtigmate bilamellato. Capſula corticata, lignoſa, roſtrata, ſubquinquelocularis. Semina baccata.

Martynia annua. Tab. 110. fig. 1.

Martynia annua villoſa & viſcoſa, folio ſubrotundo, flore magno rubro. Mart. *cent.* *1.* *p.* *42.* *t.* *42.* Ehret. *pict.* *t.* *1.* *f.* *1.*

Martynia caule ramoſo, foliis cordato ovatis piloſis. Mill. *ic.* *t.* *286.*

Proboſcidea. Schmidel. *analyſ.* *p.* *49.* *t.* *12.* *13.* opt.

Martynia caule ramoſo, foliis integerrimis angulatis. Linn. *ſyſt.* *veg.* *559.*

Per. Capſula lignoſa, cortice coriaceo, tomentoſo, bivalvi, caduco tecta, oblonga, baſi inæqualiter quadrialata, apice in longiſſimum roſtrum incurvum producta, in medio autem rotunde quadrangula, ſcrobiculata atque ſulco depreſſo utrinque inſcripta, ſubquinquelocularis, latere concavo, fimbria lacera munito, longitudinaliter dehiſcens. Loculamenta vero quatuor; quintum autem enaſcitur, quando diſſepimenta transverſalia per maturitatem a ſe invicem recedunt & in axi fructus ſpatium inane relinquunt. Diſſepimenta coriacea, craſſo principio e ſulcis lateralibus capſulæ oriunda, mox autem in laminas transverſales, apice & baſi deliqueſcentes, extenuata atque ſibi mutuo oppoſita.

Rec. nullum; ſemina in ſingulo loculo per ſeriem ſimplicem longitudinalem diſſepimentis affixa.

Sem. pauca, duodecim circiter in tota capſula, ovato acuminata, compreſſiuſcula, baccata, poſt maturitatem tuberculato - rugoſa, atra, cum intermixto ſplendore æneo.

Int. duplex: *exterius*, primo carnoſum, deinceps ſpongioſo - coriaceum, craſſum; *interius* membranaceum, album, tenue.

Alb. nullum.

EMB. ſemini conformis, lacteus. *Cotyl.* ovatæ, carnoſæ, plano convexæ. *Rad.* conica, brevis, receptaculo obverſa.

*

a.) Capſula cortice tecta. b.) Eadem denudata. c.) Ejusdem ſectio longitudinalis, relicta diſſepimenti lamina transverſali. d.) Alia ejusdem ſectio, ſublata iſta lamina & relicta ſaltem ejus principio, e latere capſulæ oriundo. e.) Capſulæ dehiſcentis & transverſim ſectæ lineamenta, ubi α. α) quatuor loculamenta vera; β.) loculamentum quintum adventitium; γ. γ.) diſſepimenta parietalia; δ. δ.) eorundem laminas transverſales; & ε. ε. ε. ε.) Ovulorum ſitum indicant. f. F.) Semen ſeparatum integrum. g. h.) Idem transverſaliter & longitudinaliter diſſectum. i.) Embryo ſolutus. k.) Cotyledones ſeparatæ.

DCXXXVII. SESAMUM. LINN. *gen.* 782.

Calyx quinquepartitus. Cor. campanulata, quinquefida: lobo infimo majore. Stam. quatuor inæqualia, cum rudimento quinti. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex: ſtigmate bilamellato. Capſula quadriſulca, quadrilocularis. Sem. plura.

SESAMUM orientale. Tab. 110. fig. 2.

Seſamum. RIV. *monop. t. 114.* bene.

Digitalis orientalis ſeſamum dicta. BURM. *fl. Zeyl. 87. t. 38. f. 1.*

Seſamum foliis ovato oblongis integris. LINN. *ſyſt. veg. 574.*

PER. Capſula oblonga, acuminata, rotundato quadrangula, ſulco depreſſo in utroque latere inſcripta, quadrilocularis, bivalvis. Diſſepimentum duplex: alterum craſſius, ſolidum, e ſulco valvularum dorſali oriundum; alterum tenuius, bilamellatum, ab inflexis valvularum marginibus formatum.

REC. nullum, præter angulum centralem loculamentorum, cui ſemina longitudinaliter affixa.

SEM. numeroſa, ovato-acuminata, compreſſiuſcula, glabra, albicantia, a latere altero ſtria tenui longitudinali inſcripta.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenuiſſimum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, albus, ſubpellucidus. *Cotyl.* ovatæ, carnoſæ, utrinque planiuſculæ. *Rad.* brevis, conica, horizontalis, centripeta.

*

a. b.) Capſula integra & dehiſcens. C.) Eadem transverſe diſſecta. c. C.) Semina ſeparata. D.) Seminis & cotyledonum ſectio transverſalis. e.) Embryo denudatus.

DCXXXVIII. HYDROPHYLLUM. TOURN. *inſt. t.* 16. LINN. *gen.* 204.

Calyx quinquepartitus. Cor. monopetala, campanulata, interne ſtriis quinque melliferis longitudinalibus. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula unilocularis. Semina quatuor, intra receptaculum baccatum nidulantia!

HYDROPHYLLUM virginiatum. Tab. 110. fig. 3.

Dentariæ affinis, echii flore, capſula anagallidis. DOD. *mem.* 77. *t.* 77. *edit. germ. p.* 293. *t.* 12.

Hydrophyllum foliis pinnatifidis. LINN. *ſyſt. veg.* 195.

PER. Capſula globoſa, utrinque ſulco parum profundo inſcripta, ſetulis albis undique conſperſa, unilocularis, bivalvis.

REC. globoſum, liberum, totam capſulæ cavitatem replens, primo herbaceo-carnoſum, in cellulas ovulorum numero æquales partitum, deinceps membranaceo ſpongioſum, ruſeſcens, una cum capſula bifariam dehiſcens.

SEM. regulariter quatuor, ſæpe vero pauciora, intra receptaculum nidulantia, irregulariter ovata & angulata, minutiſſimis ſcrobiculis eleganter reticulata, ex albo luteſcentia.

INT. ſimplex, ſpongioſum, albumini arctiſſime adnatum, ab aqua intumeſcens in papillulas ſubdiaphanas, totam ſeminis ſuperficiem, loco ſcrobiculorum, obtegentes.

ALB. cartilagineum, durum, prope peripheriam ſubdiaphanum, luteſcens, in medio autem opacum, album.

EMB. minutulus, ſubfuſiformis, lacteus, prope peripheriam albuminis excentrice locatus. *Cotyl.* breviſſimæ, acuminatæ. *Rad.* craſſa, longa, vaga, ſ. determinatum ſitum in fructu non habens.

*

a. b.) Capſula integra, clauſa. c.) Eadem dehiſcens, relicto receptac. ſeminum integro. d.) Capſulæ & receptac. maturi ſectio transverſalis. e.) Recept. longitudinaliter apertum, cum ſeminibus intra ejus cellulas nidulantibus. f. F.) Semen ſeparatum. g. G.) Albumen verticaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

DCXXXIX. ALCANNA. OFFIC. Lawſonia LINN. *gen.* 482.

Calyx quadrifidus, perſiſtens. Cor. tetrapetala. Stam. octo. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca ſicca, quadrilocularis. Sem. plura, ſuberoſo corticata.

ALCANNA ſpinoſa. Tab. 110. fig. 4.

Mail-anſchi. RHEED. *mal.* 1. *p.* 73. *t.* 40.

Cyprus

Cyprus. Rumph. *amb.* 4. *p.* 42. *t.* 17. apte.

Lawſonia ramis ſpinoſis. Linn. *ſyſt. veg.* 362.

Per. Bacca ſicca, globoſa, apice depreſſiuſcula, ſtyligera, obſolete quadriſulca, ſubcoriacea, tenuis, melina aut ochracea, quadrilocularis.

Rec. parvum, ſpongioſum, in angulis loculamentorum internis ex centro fructus efflorefcens, & in breviſſimos funiculos umbilicales diviſum.

Sem. in ſingulo loculo quinque ad novem, varie angulata, introrſum pyramidato-acuminata, ferruginea, ſuberoſo-corticata.

Int. triplex: *extimum* fungoſum aut ſuberoſum, craſſiſſimum; *medium* cruſtaceum, durum, album, ovato acuminatum, exteriori dimidio brevius & anguſtius; *intimum* membranaceum, tenuiſſimum.

Alb. nullum.

Emb. cavitati teſtæ ſeminis conformis, ſ. teretiuſculus, lacteus. *Cotyl.* ſemicylindricæ, longiuſculæ. *Rad.* brevis, centripeta.

*

a. b.) Bacca integra. c.) Eadem diſſecta. d.) Semina intra loculamentum, ceu lapides pavimenti, ſibi mutuo juncta. e.) Receptac. centrale ex funiculis umbilicalibus faſcic... f. F.) Semina ſeparata. G.) Semen longitudinaliter diſſectum, integumenti ſuberoſi, cruſtacei & membranacei formam oſtendens. H.) Embryo ſolutus & auctus.

Cum pericarpium, quocunque modo preſſum, in regulares valvulas non ſecedat, illud tanto magis ad baccas ſiccas referendum cenſeo, quod & nonnunquam coloratum ſit, &, teſte Rheedio, ſemina pulpa acidula circumfuſa ſint.

DCXL. DODONÆA. Linn. *gen.* 1303.

Calyx tri-l. tetraphyllus. Cor. nulla. Stam. ſex, l. octo. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula trialata, trilocularis. Semina geminata.

Dodonæa viſcoſa. Tab. III. fig. I.

Caryophyllaſter littoreus. Rumph. *amb.* 4. *p.* 110. *t.* 50.

Triopteris erecta fruticoſa, foliis oblongis acuminatis, ramulis gracilibus. Brown. *hiſt. jam.* 191. *t.* 18. *f.* 1.

Dodonæa foliis oblongis. Linn. *ſyſt. veg.* 362.

Per. Capſula membranacea, tenuis, reticulato-venoſa, bi-l. trilocularis, trivalvis: valvulis navicularibus, carina in marginem membranaceum latum rotundatum ampliata. Diſſepimenta axi fructus adnata, ſuturis valvularum obverſa.

Rec. axis fructus a lapſu valvularum perſiſtens; triqueter, cujus medio ſemina ope duorum tuberculorum minimorum affixa.

Sem. in ſingulo loculamento gemina, ſubrotunda, turgide lenticularia, verſus dorſum autem in acutam aciem compreſſa, atra, glabra, dura.

Int. duplex: *exterius* ſuboſſeum aut cruſtaceum, craſſum; *interius* membranaceum, tenue, ferrugineum.

Alb. nullum.

Emb. longiſſimus, ſpiraliter convolutus, luteſcens. *Cotyl.* carnoſæ, ſublineares, in exterioribus convolutionibus anguſtiores, verſus interiora vero ſenſim lateſcentes, ut centrum in lenticularem convexitatem turgeat. *Rad.* triquetra, in extimo gyro poſita, centripeta.

*

a.) Capſula integra, bi-& trialata. b.) Capſulæ dehiſcentis ſectio transverſalis. c.) Receptaculum a lapſu valvularum perſiſtens. d.) Valvula ſeparata. e. E.) Semina integra. F.) Teſta ſeminis transverſim ſecta. G.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum nucleo, propria ſua membrana adhuc veſtito. H.) Embryo denudatus.

DCXLI. HIPPOCASTANUM. Tourn. *inſt. t.* 382. Æſculus. Linn. *gen.* 461.

Calyx campanulatus, quinquedentatus. Cor. pentapetala, calyci inſerta. Stam. ſeptem. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula trilocularis, trivalvis. Semina geminata, caſtaniformia.

Hippocastanum vulgare. Tab. III. fig. 2.

Caſtanea folio multifido. Clus. *hiſt. 1. p. 7.*

Hippocaſtanum. Riv. *pent. t. 123.* Oelhaf. *t. 37-39.* bene. Hall. *hiſt. n. 1029.* ***

Æſculus floribus heptandris. Linn. *ſyſt. veg. 352.*

Per. Capſula ſubgloboſa, undique ſpinis pungentibus armata, trilocularis, trivalvis, ſubcorticata: ſubſtantia ſcil. exteriore, craſſiore, herbacea, cingente aliam tenuiorem, fungoſo membranaceam, candidam. Diſſepimenta medio valvularum adnata.

Rec. nullum; ſemina diſſepimentis prope axem affixa.

Sem. in ſingulo loculamento regulariter gemina, plerumque autem in tota capſula vix tria, caſtaneas ex aſſe æmulantia, ſubgloboſa ſcil. varie a vicinis compreſſa & angulata, ſuperne obtuſa, inferne deraſa, glabra, ſplendentia, ſpadiceo l. fuſco ferruginea.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, denſum, firmum; *interius* membranaceo-ſpongioſum, rufeſcens, nucleo arcte adnatum.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, curvatus, inverſus, albus. *Cotyl.* carnoſæ, craſſiſſimæ, gibbæ, per maturitatem plerumque inter ſe conferruminatæ. *Plumula* gran-

grandiuſcula, radiculæ immerſa, diphylla: foliolis digitatis, conduplicatis. *Rad.* craſſa, conica, curvata, a vertice ſeminis, verſus baſin ejus deflexa, & axi fructus obverſa, ſeu oblique centripeta.

*

α. β. γ.) Capſula integra, dehiſcens, & diſſecta, naturali paulo minor. d.) Semen integrum. e) Embryo denudatus. f.) Idem verticaliter diſſectus, & in duos lobos cotyledoneos craſſiſſimos diviſus. g. G.) Plumula ex Radicula enaſcens, & intra hujus ſubſtantiam profunde immerſa. H.) Plumulæ foliola conduplicata, inſigniter aucta.

Radicula embryonis conſtantem ſitum in maturo fructu non habet, quia ſemina ſitum ſuum per maturitatem mutant; attamen conſtanter radiculæ apex deraſam ſeminis baſin reſpicit, & quum hæc, ante maturitatem, ſemper axi fructus obverſa ſit, ipſam quoque radiculam regulariter centripetam eſſe, ſponte liquet.

DCXLII. PECTINEA.

Flos ..... Capſula baccata unilocularis. Semina oſſea colorata. Embryonis radicula verſus centrum ſeminis uncinato reflexa.

PECTINEA zeylanica. Tab. III. fig. 3.

Dodham-pana. Zeylan. HERM. *muſ. Zeyl. 67.* BURM. *Zeyl. 89.*

E collect. ſem. hort. lugdb.

PER. Capſula baccata, ſubglobosa, unilocularis, trifariam ad baſin fere uſque dehiſcens. Cortex coriaceus, craſſus, extus punctis elevatis confertiſſimis ſcabratus, fumoſus aut fuſcus; intus lævis, ſplendens, luteo ſpadiceus. Pulpa in immaturo fructu ſeminibus circumfuſa, aquoſa, per maturitatem penitus evaneſcens.

REC. nullum; ſemina fundo capſulæ affixa, aut in pulpa nidulantia.

SEM. duo, tria, & plerumque quatuor, grandiuſcula, hinc convexa, inde varie angulata, oſſea, rubra.

INT. triplex: *extimum*, pellicula ſubcarnoſa, lateritio l. miniato rubra; *medium* oſſeum, craſſum, teſtaceum; *intimum* membranaceum, tenuiſſimum, pallide albicans.

ALB. cavitati ſeminis conforme, carnoſum, craſſum, album.

EMB. dimidio albumine brevior, uncinulatus, linearis, luteſcens. *Cotyl.* lineari-oblongæ, compreſſæ, planæ. *Rad.* brevis, teretiuſcula, in uncum. a baſi ſeminis, verſus ejus centrum reflexa! vaga, aut, in ſeminibus geminatis, infera.

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem dehiſcens, diſperma. c.) Alia tetraſperma. d.) Semina ...

rata, integra. e. f.) Testa seminis transversim secta. g.) Albumen integrum. h.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ & figura Embryonis. H.) Embryo solutus & auctus.

DCXLIII. TRIUMFETTA. PLUM. *gen. t.* 8. LINN. *gen.* 600.

Calyx nullus. Cor. pentapetala. Stam. sedecim. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula uncinulato echinata, integerrima, quadrilocularis, evalvis. Semina solitaria, libera.

TRIUMFETTA Plumieri. Tab. III. fig. 4.

Triumfetta fructu echinato racemoso. PLUM. *gen.* 40.

Lappula bermudensis althaeoides spicata, fructu orbiculari majore. PLUK. *phyt. t.* 245. *f.* 7.

Triumfetta floribus calyce destitutis. JACQ. *hist. amer.* 146.

Triumfetta foliis basi emarginatis, floribus ecalyculatis. LINN. *syst. veg.* 444.

Ex Herbario Banksiano.

PER. Capsula globosa, coriacea, aculeis uncinulatis & retrorsum hispidis echinata, integerrima, tri- l. frequentius quadrilocularis, evalvis, nec in cocculos separabilis.

REC. nullum; semina interno loculamentorum angulo prope verticem affixa.

SEM. solitaria, ovata, hinc convexa, inde angulata, glabra, dura, cinerea.

INT. duplex: crustaceum, crassum, & membranaceum, tenue, rufescens, basi chalaza magna fusca notatum.

ALB. carnosum, crassum, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, inversus, lutescens. *Cotyl.* ovato-cordatae, foliaceae, planiusculae. *Rad.* teretiuscula, brevis, supera.

*

a.) Capsula integra. B.) Eadem dissecta & aucta. c. C. d. D.) Semina ab utraque parte spectata. E.) Seminis & nuclei sectio transversalis. F.) Albumen longitudinaliter dissectum cum situ embryonis. G.) Embryo solutus.

DCXLIV. BARTRAMIA. LINN. *gen. edit.* V. *n.* 480.

Calyx pentaphyllus, infra apicem aristatus. Cor. pentapetala. Nectar. quinque glandulosa, globosa, ad basin petalorum. Stam. quindecim. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula setis uncinulatis hispida, quadripartibilis in cocculos biloculares evalves. Semina solitaria, adnata.

BARTRAMIA Lappago. Tab. III. fig. 5.

Lappago amboinica. RUMPH. *amb.* 6. *p.* 59. *t.* 25. *f.* 2.

Lappula benghalensis tetraspermos, ribesii folio, echinis orbiculatis ad foliorum ortum plurimis sessilibus. PLUK. *phyt. t.* 41. *f.* 5.

Triumfetta floribus calyculatis, foliis rhombeo-ovatis. JACQ. *hist.* 147. *t.* 90.

Triumfetta foliis basi integris indivisis. LINN. *syst. veg.* 444.

Ex herbario Banksiano.

PER. Capsula sphærica, albo tomentosa, aculeolis setaceis, uncinulatis, glabris echinata, tetracocca, quadripartibilis. Cocculi coriacei, hinc convexi, inde angulati, biloculares, evalves, seminibus adnati.

REC. nullum; semina apice & parietibus cocculorum affixa.

SEM. solitaria, adeoque in singulo cocculo gemina & in tota capsula octona, ex ovato ventre sursum attenuata, hinc convexa, inde angulata, rufescentia, loculamentorum parietibus adhærentia.

INT. duplex: *exterius* crustaceo-coriaceum; *interius* membranaceum, pallidum, lata chalaza fusca in basi notatum.

ALB. carnosum, crassum, album.

EMB. magnitudine albuminis, inversus, lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, tenues, margine, non autem lateribus suis, ut in Triumfetta, axi obversæ. *Rad.* teretiuscula, brevis, supera.

*

a. A.) Capsula integra. B.) Eadem transversim secta. C.) Cocculus separatus. d. D.) Semina soluta. E. F.) Albumen transversaliter & longitudinaliter dissectum, cum situ & figura Embryonis.

Nonnunquam capsulæ tantum tricoccæ & tripartibiles sunt; in aliis vero possunt facili negotio in sex l. octo partes dividi, ut singulum semen proprio suo loculamento corticatum sit, sicuti in nonnullis Mabraceis. A Triumfetta igitur, non tantum calyce & nectariis, sed & fructu polycocco, aperte differt.

DCXLV. RUTA. TOURN. *inst. t.* 133. LINN. *gen.* 523.

Calyx quadri-l. quinquepartitus. Cor. tetra-l. pentapetala. Stam. octo, l. decem. Receptac. poris octo l. decem, melliferis. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula quadri-l. quinquelocularis, subsemilobata, inter lobos dehiscens. Sem. plura, reniformi-angulata.

RUTA graveolens. Tab. 111. fig. 6.

Ruta graveolens hortensis. DOD. *pempt.* 119. BLAKW. *herb. t.* 7.

Ruta foliis duplicato pinnatis, lobulis ovatis. HALL. *hist. n.* 1003.

Ruta foliis decompositis, floribus lateralibus quadrifidis. LINN. *syst. veg.* 395.

PER.

Per. Capsula subglobosa, scrobiculato - punctata, superne semi quadri - l. quinqueloba, totidemque intus loculamentis dotata, inter lobos quadri - l. quinquefariam dehiscens.

Rec. quatuor l. quinque, ovata, carnosa, scrobiculata, singulis loculamentorum angulis internis affixa.

Sem. sex circiter in quolibet loculamento, oblonga, reniformi-angulata, rugis minutissimis scabrata, cinerascentia: umbilico in media renis pelvi posito.

Int. simplex, coriaceum, durum, crassiusculum.

Alb. carnosum, crassum, aqueo - pallidum.

Emb. longitudine fere albuminis, arcuatus vel ad angulum obtusum inflexus, inversus, in recenti semine viridis. *Cotyl.* lineares, carnosæ, compressæ. *Rad.* teretiuscula, longa, supera & simul centripeta.

* * *

a.) Capsula quadriloba, integra. b.) Eadem, lobo uno resecto, cum seminum situ naturali. C.) Eadem cum receptaculis superne denudatis. d.) Eadem quadrifariam dehiscens. e. E.) Semina separata. F. G.) Seminis & albuminis sectio transversalis atque longitudinalis, cum situ & figura embryonis. H. Embryo solutus.

DCXLVI. VIOLA. Tourn. *inst. t.* 236. Linn. *gen.* 1007.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, irregularis, calcarata. Stam. quinque, antheris in tubum coalitis. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula unilocularis, trivalvis. Semina valvulis affixa.

Viola tricolor. Tab. 112. fig. 1.

Herba Trinitatis. Fuchs. *hist. lat. p.* 813. *germ. ic.* 461. Oed. *flor. dan. t.* 623.

Viola tricolor. Dod. *pempt.* 158. Riv. *pent. t.* 122. *f.* 1. 2. Blakw. *herb. t.* 44.

Viola caule anguloso diffuso, foliis ovatis dentatis, flore calyce duplo longiori. Hall. *hist. n.* 568.

Viola caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisis, stipulis pinnatifidis. Linn. *syst. veg.* 803.

Per. Capsula elliptice globosa, sex fasciis longitudinalibus, diversi coloribus, albicantibus scil. & rufescentibus, aut viridibus, insignita, unilocularis, trivalvis: Valvulis primo concavis, deinde naviculari conniventibus atque semina excutientibus.

Rec. dorsi valvularum superficies interna, cujus medio semina ope funiculorum brevium per series longitudinales affixa.

Sem. numerosa, supra triginta, ovato acuminata, lævia, splendentia, pallide straminea l. albicantia.

Int. simplex, chartaceum, tenue.

Alb. carnosum, crassum, album.

Emb. longitudine fere albuminis, gramineo viridis. *Cotyl.* orbiculatæ, planiusculæ. *Rad.* cotyledonibus paulo longior, recta, teretiuscula, centrifuga.

*

a. b.) Capsula integra. c.) Eadem transversim secta, cum receptaculis & funiculis umbilicalibus. d.) Valvulæ dehiscentes cum seminibus. e. E.) Semina separata. F. G.) Albuminis sectio transversalis & longitudinalis cum situ atque figura Embryonis.

Viola *odorata.* Linn.

Capsula subglobosa, rotunde trigona, unicolor. Semina ad singulam valvulam circiter quina, ovato - globosa, sordide albicantia, prioribus duplo majora. Umbilicus grandis, glandulosus, in pedunculum crassum deorsum elongatus & sursum in apophysin subulatam, semini accumbentem productus. Integum. crustaceum, fragile. Embryo ut in præcedenti, sæpe tamen radicula sola viridis, cotyledones autem lutescentes.

DCXLVII. PINGUICULA. Tourn. *inst. t.* 74. Linn. *gen.* 30.

Calyx campanulatus, quinquefidus. Cor. ringens, bilabiata, calcarata. Stam. duo, bifida. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula unilocularis, semibivalvis. Receptac. centrale. Sem. numerosissima.

Pinguicula vulgaris. Tab. 112. fig. 2.

Pinguicula. Clus. *hist. 1. p. 310.* mal. Oed. *flor. dan. t. 93.*

Pinguicula calcare floris longitudine. Hall. *hist. n. 292.*

Pinguicula nectario cylindraceo longitudine petali. Linn. *syst. veg. 65.*

Per. Capsula parva, coriacea, ovato - acuminata, unilocularis, semibivalvis s. ab apice ad medium usque bifariam dehiscens.

Rec. centrale, liberum, ovato - oblongum, scrobiculatum, subpedunculatum.

Sem. numerosissima, exilissima, apparenter linearia, sed vitrea lente spectata teretia, obsoletissime angulata, elevato puncticulata, versus basin leviter attenuata, & in brevissimum funiculum umbilicalem desinentia, cinerascentia aut spadicea.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. nullum, aut tenuissimum.

Emb. semini conformis, albus. *Cotyl.* semicylindricæ, breves. *Rad.* teretiuscula, longa, centripeta.

*

a. B.) Capsula integra & dehiscens. C. D.) Eadem transversim & longitudinaliter dissecta, cum figura & situ receptaculi. e. E.) Semina separata integra. F.) Semen transverse sectum. G.) Embryo denudatus.

DCXLVIII. ADOXA. Linn. *gen.* 501. Moschatellina. Tourn. *inst.* *t.* 68.

Calyx bi-tri-quadridentatus, cum fructus hemisphaerio inferiori intime connascens. Cor. quadri-l. quinquefida, supera. Stam. octo l. decem. Ovar. infra corollam positum. Styl. quatuor l. quinque. Bacca calyce semivestita, pulposa, unilocularis, tetrasperma.

Adoxa Moschatellina. Tab. 112. fig. 3.

Moschatella. Cord. *hist.* *172.* *b.* c. ic. Oed. *flor. dan.* *t.* *94.*

Fumaria bulbosa s. tuberosa minima. Tabern. *ic.* *39.*

Moschatellina. Hall. *hist.* *n.* *1005.*

Adoxa. Linn. *syst. veg.* *381.*

Per. Bacca ovato-globosa, circa medium adnatis sibi calycinis denticulis subquaternis stipata, semipellucida, pulposa, unilocularis, ex viridi pallida. Pulpa ante maturitatem firmula, seminibus arcte adhaerens, ut tamen haec eximi queant, & quatuor potius foveas, quam vera loculamenta post se relinquant; post maturitatem autem, ne fovearum quidem vestigium remanet.

Rec. nullum; semina pulpae, prope peripheriam immersa.

Sem. quatuor, elliptica, compressa, hinc convexiuscula, inde leviter concava, margine membranaceo cincta, pallida.

Int. duplex: *exterius* chartaceum, tenue, subdiaphanum, in marginem seminis ampliatum; *interius* membranaceum, rufescens, superne filiformi attenuatum, & quasi in funiculum umbilicalem capillarem desinens.

Alb. magnitudine integumenti interni, lenticulari compressum, carnosum, album.

Emb. minutus, in supremo albumine haerens, inversus, lacteus. *Cotyl.* ovatae, compressae. *Rad.* teretiuscula, supera.

*

a. b.) Bacca integra. c.) Eadem dissecta, cum foveolis, positionem seminum indicantibus. d. D.) Semina integra, ab utraque parte spectata. E.) Semen transverse dissectum. F.) Albumen propria sua membrana vestitum. G.) Ejusdem sectio verticalis, cum situ embryonis. H.) Embryo solutus & insigniter auctus.

DCXLIX. ELATINE. Linn. *gen.* 502.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. octo. Ovar. superum. Styl. quatuor. Capsula quadrilocularis, quadrivalvis. Dissepimenta suturis adversa.

Elatine Alsinastrum. Tab. 112. fig. 4.

Alsinastrum galii folio. Vaill. *paris. t. 2. f. 6.*

Elatine foliis verticillatis. Linn. *syst. veg. 381.* Hall. *hist. n. 857.*

Per. Capsula globosa, parva, depressiuscula, membranacea, quadrilocularis, quadrivalvis. Dissepimenta axi adnata & suturis valvularum obven...

Rec. axis fructus spongiosus, angulis quatuor rotundatis intra loculamenta prominens, atque semina sibi affixa gerens.

Sem. numerosa, exigua, teretiuscula, striis longitudinalibus crassioribus, atque transversalibus multo tenuioribus egregie cancellata, curvula, concrascentia.

Int. simplex, subcoriaceum, intus subcarnosum.

Alb. nullum, præter superficiem internam integumenti.

Emb. semini conformis, incurvus, teres, lacteus. *Cotyl.* semicylindricæ, brevissimæ. *Rad.* longa, crassa, centripeta.

*

a. A.) Capsula integra. B.) Ejus sectio transversalis. C.) Eadem dehiscens. D.) Ejusdem valvulæ diductæ, ut receptaculum cum dissepimentis rite appareat. c. E.) Semina separata. F.) Semen transverse sectum. G.) Embryo denudatus.

DCL. AMMANNIA. Linn. *gen.* 155.

Calyx campanulatus, octo dentatus, persistens. Cor. tetrapetala, aut nulla. Stam. quatuor, aut octo. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca quadrilocularis, calyce vestita. Sem. numerosa.

Ammannia latifolia. Tab. 112. fig. 5.

Aparines folio anomala, vasculo seminali rotundo, semine minutissimo. Sloan. *hist. jam. 1. p. 44. t. 7. f. 4.*

Ammannia foliis semiamplexicaulibus, caule tetragono, ramis erectis. Linn. *syst. veg. 162.*

Ex herbario Banksiano.

Per. Bacca calyce persistente in sphæram ampliato atque apertura sua in marginem erectum, edentulum, plicato-quadricornem contracto vestita, globosa, sanguineo-rubra, mollis, quadrilocularis. Cortex & ...

menta membranacea, tenuia. Pulpa per maturitatem evanescens, &, præter carnosam receptaculi substantiam, in adulto fructu nulla.

Rec. quadrilobum, axi affixum, lobis versus peripheriam baccæ rotundatis, crassiusculis, versus centrum autem cuneiformi-compressis, carnosis, sanguineo rutilantibus.

Sem. numerosa, parva, ovata, hinc convexa, inde sæpius plana, aut angulata, subsplendentia, nec tamen lævigata, luteo-spadicea.

Int. simplex, subcoriaceum, tenue, intus subcarnosum.

Alb. nullum, præter laminam tenuissimam carnosam integumenti.

Emb. semini conformis, albus, subpellucidus. *Cotyl.* ovatæ, carnosæ. *Rad.* conica, brevis, centripeta.

*

a. A.) Bacca calyce obtecta. B.) Eadem denudata. C.) Ejusdem sectio transversalis. d. D.) Semina separata. E.) Semen transverse sectum. F.) Embryo denudatus.

DCLI. RHEXIA. Linn. *gen.* 468.

Calyx quadrifidus. Cor. tetrapetala, calyci inserta. Stam. octo. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula calyce obtecta, quadrilocularis. Receptacula libera. Sem. plurima.

Rhexia mariana. Tab. 112. fig. 6.

Lysimachia non papposa terræ marianæ, leptoneuros, flore tetrapetalo rubello, folio & caule hirsutie ferruginea hispidis. Pluk. *phyt. t. 428. f. 1.*

Rhexia foliis ciliatis. Linn. *syst. veg. 357.*

Ex herbario Banksiano.

Per. Capsula intra calycem ventricosum, limbo quadrifido infundibuliformi terminatum latens, membranacea, tenuissima, subglobosa, superne in brevem umbonem producta, quadrilocularis, apice quadrifariam dehiscens. Dissepimenta membranacea, medio valvularum inserta.

Rec. quatuor, sublunata, fungosa, scrobiculata, crasso pedunculo laterali angulis loculamentorum internis infra medium inserta, cetera undique libera.

Sem. numerosa, parva, seriatim elevato-punctata, pallida, teretiuscula, simplici gyro in cochleæ formam torta, amplo umbilico concavo terminata.

Int. simplex, crassiusculum, suberoso crustaceum, fragile.

Alb. nullum.

Emb. seminis cavitati conformis, teretiusculus, curvatus, lacteus. *Cotyl.* breves, semicylindricæ. *Rad.* longa, curva, centripeta.

a.) Cap-

*

a.) Capſula a calyce occultata. b. B.) Eadem denudata. C.) Ejusdem ſectio transverſalis. D.) Receptaculorum inſertio & forma. e. E.) Semina ſeparata. F.) Semen longitudinaliter apertum. G.) Embryo denudatus.

DCLII. ANTICHORUS. LINN. *gen.* 1257.

Calyx quadriphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. octo. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula ſubulata, quadrilocularis, quadrivalvis. Sem. plura.

ANTICHORUS depreſſus. Tab. 112. fig. 7.

Antichorus. LINN. *mant.* 64. *ſyſt. veg.* 359.

Ex horto Amſtelod.

PER. Capſula parva, tereti-ſubulata, ſtriata, obſolete nodulosa, quadrilocularis, quadrivalvis. Valvulæ coriaceæ. Diſſepimenta membranacea mediis valvulis longitudinaliter inſerta.

REC. nullum; ſemina margini centrali diſſepimentorum, duplici in quolibet loculamento ſerie affixa.

SEM. plura, duodecim ad ſedecim in ſingulo loculo, parva, varie angulata, ſubcompreſſa, ferrugineo-fuſca.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenue.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, pallidum.

EMB. albumine paulo minor, erectus, luteſcens. *Cotyl.* ſubrotundæ, lenticulari compreſſæ, tenues. *Rad.* tereti-acuminata, infera & ſimul centripeta.

*

a. A.) Capſulæ plerumque geminatæ, pedicellatæ, ſubter caulem reflexæ. B.) Capſula dehiscens. C.) Ejus ſectio transverſalis. d. D.) Semina ſeparata. E. F.) Albuminis ſectio transverſalis atque longitudinalis, cum ſitu & figura Embryonis.

*Vix meretur a Corchoro ſeparari, cui quippe ultro varius contigit partium fructificationis numerus; uti ex C. *æſtuanti* atque *capſulari* ſatis patet.

DCLIII. ZYGOPHYLLUM. LINN. *gen.* 530.

Fabago. TOURN. *inſt.* t. 135.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Nectar. decaphyllum. Stam. decem. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula oblonga, quinquangularis, quinquevalvis. Sem. plura, compreſſa.

ZYGOPHYLLUM Fabago. Tab. 112. fig. 8.

Capparis Fabago. DOD. *pempt.* 741. BESL. *Eyſt. æſtiv.* X. *t.* 1. *f.* 1.

Zygophyllum foliis conjugatis petiolatis: foliolis obovatis, caule herbaceo. LINN. *syst. veg.* 400.

PER. Capsula ante plenam maturitatem teretiuscula, glabra, pulpa molli farcta, deinceps columnari-oblonga, exsucca, argute pentagona, ad seminum sedem repando-nodulosa, quinquelocularis, quinquevalvis.

REC. nullum; semina margini dissepimentorum centrali, duplici in quovis loculo serie affixa.

SEM. plura, decem circiter in singulo loculo, irregulariter ovata, subreniformia, subflexuosa, compressa, viridula, aut sordide rufescentia.

INT. duplex: *exterius* herbaceo-carnosum, tenue, lubricum, in recenti fructu subbaccatum; *interius* crustaceum, albicans, fragile.

ALB. nullum.

EMB. seminis cavitati conformis, inversus, lutescens, aut viridis. *Cotyl.* foliaceæ, tenues, subflexuosæ, subovatæ. *Rad.* teretiuscula, curva, supera.

*

a.) Capsula integra. b.) Eadem dissecta. c.) Valvula separata, cum insertione seminum. d. D.) Semina diversæ formæ. E.) Semen transverse sectum. F.) Embryo denudatus.

DCLIV. LEDUM. LINN. *gen.* 546.

Calyx quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. decem. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula quinquepartibilis. Receptac. libera, pendula. Sem. scobiformia.

LEDUM palustre. Tab. 112. fig. 9.

Rosmarinum sylvestre. CAM. *epit.* 546.

Ledum. LINN. *syst. veg.* 404.

PER. Capsula parva, obovata, stylo persistente longo terminata, ex loculamentis quinque discretis composita, quinquefariam a basi dehiscens. Valvulæ coriaceæ: dissepimenta vero membranacea, ex valvularum marginibus oriundo, duplicata, angulo suo interno rima longitudinali dehiscentia.

REC. quinque, filiformia, curvula, e suprema parte axis fructus oriunda atque libera intra loculamentorum cavitatem deorsum pendentia.

SEM. numerosissima, minutissima, lineari-scobiformia, plana, utrinque acuminata, e stramineo rufescentia.

INT. simplex, paleaceo-membranaceum, albumine multoties longius.

ALB. minutulum, ovatum, lenticulari compressum, carnosum, album.

EMB. longitudine fere albuminis, filiformis, inversus, niveus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* longa, recta, supera, & simul centripeta.

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem dehiſcens. C.) Ejus ſectio transverſalis. D.) Receptac... fructus affixa. e. E.) Semina integra. F.) Seminis & albuminis ſectio transverſalis. G.) Albumen denudatum. H.) Idem longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. I.) Embryo ſolutus.

DCLV. HERMANNIA. Tourn. *inſt. t.* 432. Linn. *gen.* 828.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala, petalorum unguibus ſemitubulatis. Stam. quinque, inferne ſubcoalita. Ovar. ſuperum. Styl. quinque. Caps. pentagona, quinquelocularis. Sem. plura, reniformia.

Hermannia alnifolia. Tab. 112. fig. 10.

Ketmia africana veſicaria fruticans & erecta, alni foliis latioribus & majoribus. Comm. *hort. amſt. 2. p. 155. t. 78.*

Hermannia foliis cuneiformibus lineatis plicatis crenato emarginatis. Linn. *ſyſt. veg. 610.*

Per. Capſula intra calycem ventricoſum leviter inflatum hærens, ſubpedunculata, pentagona, tenuis, ſpadicea, quinquelocularis, quinquevalvis. Diſſepimenta medio valvularum dorſo adnata.

Rec. nullum; ſemina margini diſſepimentorum centrali utrinque affixa.

Sem. plura, octo l. duodecim in ſingulo loculo, parva, reniformi-angulata, glabra, ſordide cinnamomea: umbilico tuberculato in medio ventris.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, durum, craſſiuſculum; *interius* membranaceum, rufeſcens.

Alb. carnoſum, craſſum, album.

Emb. ſemicirculari-curvatus, luteſcens, erectus. *Cotyl.* ellipticæ, planæ, ſubfoliaceæ. *Rad.* teretiuſcula, arcuata, infera & ſimul centripeta.

*

a. b.) Capſula calyce obtecta, atque denudata. C.) Ejus ſectio transverſalis. d. D.) Semina ſeparata. E.) Seminis & albuminis ſectio transverſalis. F.) Semen longitudinaliter diſſectum cum ſitu & figura Embryonis intra albumen.

DCLVI. LINUM. Tourn. *inſt. t.* 176. Linn. *gen.* 389.

Calyx quadri-l. pentaphyllus. Cor. tetra-l. pentapetala. Stam. quatuor vel quinque. Ovar. ſuperum. Styl. quatuor l. quinque. Capſula plurilocularis: valvulæ ope diſſepimentorum conduplicatorum, valvarum ... adinſtar, inter ſe connexæ. Sem. ſolitaria.

Linum

Linum perenne. Tab. 112. fig. 11.

Linum sylvestre cæruleum perenne erectius, flore & capitulo majore. Ray. *syn. 3. p. 361.* Mill. *ic. t. 166.*

Linum calycibus capsulisque obtusis, foliis alternis lanceolatis integerrimis. Linn. *syst. veg. 302.*

Per. Capsula magnitudine pisi, sphærica, striata, pallide straminea, decem locularis, decemvalvis. Valvulæ crustaceæ, sulco dorsali inscriptæ, apice dehiscentes & dissepimentorum ope inter se connexæ. Dissepimenta membranacea, conduplicata, laminis suis extrorsum partitis,* ita valvularum marginibus inserta, ut, cum hæ dehiscunt, illæ corii follis adinstar explicentur.

Rec. nullum; semina margini centrali dissepimentorum affixa.

Sem. solitaria, ovata, supra mucronata, compressa, atra, splendentia: umbilico minutulo oblongo infra apicem seminis.

Int. simplex: coriaceum, tenue, superficie *externa* in mucilaginem albam diaphanam ab aqua resolubili; *interna*, tenui lamina carnosa vestita.

Alb. nullum, præter superficiem internam carnosam integumenti.

Emb. magnitudine seminis, inversus, viridis. *Cotyl.* ellipticæ, subfoliaceæ. *Rad.* teretiuscula, longa, supera.

*

a. B.) Capsula integra & dehiscens. C.) Capsulæ dehiscentis sectio transversalis, conduplicaturam & insertionem dissepimentorum ostendens. d. D.) Semen separatum. e. E.) Embryo denudatus.

Dissepimentorum in Radiola atque Lino fabrica, hactenus sine pari est, & essentialem hujus generis præbet characterem.

DCLVII. TILLÆA. Linn. *gen.* 177.

Calyx quadri - l. quinquepartitus. Cor. quadri - l. pentapetala. Stam. quatuor l. quinque. Ovaria supera, in stylos simplices desinentia. Capsulæ quatuor l. quinque uniloculares, introrsum dehiscentes. Semina gemina.

Tillæa muscosa. Tab. 112. fig. 12.

Polygonum muscosum minimum. Bocc. *sic. 56. t. 29.*

Tillæa muscosa annua perfoliata. Mich. *gen. 22. t. 20.*

Tillæa procumbens, floribus trifidis. Linn. *syst. veg. 170.*

Per. Capsulæ tres, aut quinque, in planta culta, oblongæ, acuminatæ, erectæ, ad feminum sedem nodulosæ, uniloculares, longitudinaliter introrsum dehiscentes.

Rec. nullum; semina suturæ dehiscenti affixa.

Sem. duo, minutula, ovata, glabra, ferruginea.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. semini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

Emb. magnitudine fere albuminis, lutescens. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* crassa, attenuata, relative centripeta.

*

a.) Ramulus plantæ fructiferæ. b.) Flosculus separatus. c. C.) Idem explicatus. d. D.) Capsulæ clausæ. E.) Eædem dehiscentes. f. F.) Semina integra. G. H.) Eadem transversim & longitudinaliter dissecta cum situ & figura albuminis & Embryonis.

Solo Nectariorum defectu a Crassula differt; nam partium numerus diversus parum in *Succulentis* valet.

DCLVIII. GUAJACUM. Plum. *gen. t.* 17. Linn. *gen.* 518.

Calyx quinquefidus, Cor. pentapetala. Stam. decem. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula quinquelocularis. Sem. solitaria, pendula.

Guajacum officinale. Tab. 113. fig. 1.

Pruno vel Evonymo affinis arbor, folio alato buxeo subrotundo. Sloan. *hist. jam.* 2. *p.* 133. *t.* 222. *f.* 3 — 6.

Guajacum jamaicense, foliis velut muria conditis spissius virentibus, flore subcæruleo. Pluk. *phyt. t.* 35. *f.* 4.

Lignum vitæ ex jamaica, s. Guajacum. Blakw. *herb. t.* 530. *f.* 1. 2.

Guajacum foliolis bijugis obtusis. Linn. *syst. veg.* 396.

E collect. Banksiana.

Per. Capsula subturbinata, brevissime pedicellata, pentagona, costis alatis angustissimis in rotundo angulorum dorso notata, pulposo-corticata, glabra, pallide ferruginea, quinquelocularis. Dissepimenta simplicissima, membranacea, mediis parietibus affixa.

Rec. nullum, præter funiculum umbilicalem crassum, brevem, subulatum, e seminis vertice ad internum angulum loculamentorum procedentem.

Sem. solitaria, grandiuscula, superne crassiora obtusa, inferne attenuata, hinc convexa, inde angulata, rufescentia.

Int. duplex: *exterius* crassum, coriaceum, (an in recenti semine carnosum?) facile solubile; *interius* membranaceum, ferrugineum, albumini pertinacissime adnatum, & intra ejus rimas descendens.

Alb. semini conforme, albicans, cartilagineum, durissimum, undique rimis tenuissimis, fere ad embryonis cavitatem penetrantibus, incisum. Emb.

EMB. longitudine albuminis, inversus, luteus. *Cotyl.* foliaceæ, crassiusculæ, planæ, in superficie externa ab impressionibus rimarum albuminis obsolete scrobiculatæ. *Rad.* cylindrica, crassa, supera.

*

a. b.) Capsula integra & transversim dissecta. c.) Seminum in axem fructus insertio. d.) Semina integra. e.) Seminis & albuminis rimosi sectio transversalis. f.) Albumen denudatum. g.) Ejusdem sectio longitudinalis cum situ & figura Embryonis.

Sæpissime duo l. tria loculamenta abortant, remanentibus tamen eorum vestigiis: atque tunc fructus a descripta figura regulari vario modo recedit, uti id videre est in icone Plumieri l. c.

Capsula immatura, utique cortice pulposo tecta & quasi carnosa est, sed cortex ille, omni tempore, continuus, atque dissepimenta simplicissima ac indivisibilia deprehenduntur; ut vix cum Cl. SCHREBERO consentire queam, qui fructum hunc ex duabus aut pluribus capsulis distinctis vult compositum.

DCLIX. EVONYMUS. TOURN. *inst.* *t.* 388. LINN. *gen.* 271.

Calyx monophyllus, quadri-l. quinquefidus. Cor. tetra-l. pentapetala. Stam. quatuor aut quinque. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula quadri-l. quinquelocularis, colorata. Sem. solitaria, arillata.

EVONYMUS europæus. Tab. 113. fig. 2.

Evonymus. CAM. *epit.* 102. DOD. *pempt.* 783. HALL. *hist.* *n.* 829.

Evonymus latifolius. CLUS. *hist.* 2. *p.* 56. JACQ. *austr.* 3. *t.* 289. HALL. *hist.* *n.* 830.

Evonymus floribus plerisque quadrifidis. LINN. *sp. pl.* 286.

Evonymus latifolius & europæus. LINN. *syst. veg.* 238.

PER. Capsula turbinata, pulvinato-quadrisulca, membrana molli rubra corticata, ceterum coriacea, quadrilocularis, quadrivalvis. Dissepimenta medio valvularum sulco adnata.

REC. nullum; semina angulo centrali loculamentorum affixa.

SEM. solitaria, aut rarissime gemina, ovato globosa, arillata, fascia dorsali longitudinali intra arillum notata, glabra, pallide incarnata l. rosea.

Arillus carnoso-spongiosus, in parte umbilico opposita perforatus, semen totum obtegens, ejusque fasciæ dorsali affixus, croceus.

INT. simplex, chartaceum, crassiusculum, splendens, albumini arcte adnatum.

ALB. carnosum, duriusculum, crassum, album.

EMB. longitudine albuminis, suberectus, in recenti semine viridis. *Cotyl.* ellipticæ, foliaceæ. *Rad.* teretiuscula, infera & simul centripeta.

a.) Cap-

*

a.) Capſula integra. b.) Seminis in marginem diſſepimentorum inſertio. c.) Capſula diſſecta. d. e.) Semina arillo veſtita. f.) Arillus longitudinaliter apertus, cum ſemine denudato, ejusque faſcia dorſali. g. h.) Albumen transverſe & longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. I.) Embryo ſolutus.

DCLX. TILIA. TOURN. *inſt.* *t.* 381. LINN. *gen.* 660.

Calyx quinquepartitus. Cor. pentapetala. Stam. numeroſa. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula coriacea quinquelocularis evalvis. Ovula geminata; Semina autem ſolitaria. Fructus pedunculus communis ligulæ membranaceæ aridæ adnatus.

TILIA europæa. Tab. 113. fig. 3.

Tilia. BLAKW. *herb. t. 469.* OED. *flor. dan. t. 553.* OELHAV. *t. 14. 15.* bene.

Tilia foliis cordato lanceolatis, ſpongiolis ad nervorum folii angulos ſeſſilibus. HALL. *hiſt. n. 1030.*

Tilia floribus nectario deſtitutis. LINN. *ſyſt. veg. 493.*

PER. Capſula coriacea, ſubturbinata aut ovato globoſa, ſtylo perſiſtente longo terminata, coſtis quinque filiformibus obſolete angulata, fuſca aut ſumoſa, pubeſcens, quinquelocularis, evalvis. Diſſepimenta membranacea, tenuiſſima, alba, coſtis fructus obverſa.

REC. nullum; ovula duo, unum ſupra alterum, angulo centrali loculamentorum affixa.

SEM. ſolitaria, rariſſime in uno loculo gemina, quin ſæpe in tota capſula matura vix uno plura, ovato-acuminata, hinc convexa, inde obſolete angulata & in medio ventre cicatrice oblonga umbilicali notata, ſcrobiculo parvo in vertice exarata, glabra, pallide rufeſcentia.

INT. ſimplex, craſſiuſculum, ſubcartilagineum.

ALB. carnoſum, craſſum, pallide luteſcens, chalaza ſubrotunda in vertice notatum.

EMB. longitudine albuminis, erectus, in recenti ſemine gramineo viridis. *Cotyl.* foliaceæ, transverſim flexuoſæ, cordatæ, ſubtrilobæ, dentatæ. *Rad.* teretiuſcula, leviter curvata, infera.

*

a.) Corymbus fructifer, baſi ligula membranacea alatus. b. c.) Capſula transverſim ſecta. d.) Eadem longitudinaliter aperta, cum ſitu & inſertione ovulorum. e. f.) Semina ab utraque parte ſpectata. g.) Seminis & albuminis ſectio transverſalis, rimam ſigmoideam, quam embryo tenet, oſtendens. h.) Embryonis in albumine ſitus. H.) Embryo ſolutus & auctus.

Deh-

Dehiſcentes a baſi capſulas, ut vult Linnæus, hactenus mihi non contigit videre, nec ſuturas, valvularum indices, deprehendere potui ullas; quare rumpi potius ſub germinatione, quam dehiſcere capſulam ſuſpicor.

Cotyledones intra ſeminis tunicas jam jam dentatæ, nonniſi Tiliæ, quod ego quidem ſciam, conceſſæ ſunt.

DCLXI. BALSAMINA. Tourn. *inſt. t.* 235. Impatiens. Linn. *gen.* 1008.

Calyx diphyllus, caducus. Cor. pentapetala, irregularis, calcarata. Stam. quinque, antheris in tubum coalitis. Ovar. ſuperum. Stigma ſeſſile. Capſula quinquelocularis, quinquevalvis. Semina plura.

Balsamina femina. Tab. 113. fig. 4.

Balſamina. Dod. *pempt. 671.* Besl. *Eyſt. autum. t. 4. f. 1.* Riv. *tetrap. t. 120.* Blakw. *herb. t. 583.*

Impatiens pedunculis unifloris aggregatis, foliis lanceolatis: ſuperioribus alternis, nectariis flore brevioribus. Linn. *ſyſt. veg. 804.*

Per. Capſula ovata, ſurſum attenuata, villoſa, quinqueſtriata, ante plenam maturitatem herbaceo carnoſa, quinquelocularis: diſſepimentis membranaceis, tenuiſſimis, medio valvularum & axi ſimul affixis; poſt maturitatem coriacea, tenuis, unilocularis, quinquevalvis.

Rec. axis filiformi angulatus, perſiſtens, ex concurſu diſſepimentorum formatus, cui ſemina longitudinaliter affixa.

Sem. decem circiter in quovis loculo, parte tamen plus quam dimidia plerumque abortante, ovato-globoſa, compreſſiuſcula, ferruginea, minutiſſimis atomis fulvis conſperſa.

Int. duplex: utrumque membranaceum, tenue; interius album.

Alb. nullum.

Emb. ſemini conformis, inverſus, primum viridis, deinde albicans, aut lividus. *Cotyl.* ovatæ, craſſæ, plano-convexæ. *Rad.* breviſſima, mucronis tantum ſpecie, ſupera & ſimul centripeta.

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem ante plenam maturitatem transverſim ſecta. c.) Eadem in valvulas dehiſcens. δ.) Receptaculum centrale cum ſeminibus. e.) Semina integra. f.) Semen transverſe ſectum. g. G.) Embryo denudatus. H.) Cotyled. facies interna, cum veſtigio plumulæ bicornis.

Balſamina *Noli tangere.* Linn.

Impatiens. Riv. *tetrap. t. 121.* Oed. *flor. dan. t. 582.*

Capſula

Capſula ſubbipollicaris, cylindrica, ſtriata, quinquelocularis, quinquevalvis: valvulis a baſi elaſtice dehiſcentibus, revolutis. Receptac. centrale, per maturitatem liberum & a diſſepimentis ſecedens. Semina elliptica, ſupra roſtellata, tetragono compreſſa, primum viridia, demum ſpadicea. Albumen nullum. Embryo inverſus. Cotyledones fragiles & fere friabiles. Radic. exſerta, brevis, ſupera.

DCLXII. OXALIS. LINN. *gen.* 582. Oxys. TOURN. *inſt. t.* 19.

Calyx quinquepartitus. Cor. petala quinque, unguibus connexa. Stam. decem. Ovar. ſuperum. Styl. quinque. Capſula quinquelocularis, quinqueloba. Semina arillo carnoſo elaſtico obtecta.

OXALIS Acetoſella. Tab. 113. fig. 5.

Trifolium acetoſum. DOD. *pempt. 578.*

Lujula. BLAKW. *herb. t. 308.*

Oxys ſcapo unifloro, foliis ternatis obcordatis, radice dentata. L. HALL. *hiſt. n. 928.*

Oxalis ſcapis unifloris, foliis ternatis: foliolis obcordatis piloſis. LINN. *ſyſt. veg. 432.*

PER. Capſula ovato-oblonga, membranacea, diaphana, pentagona, quinqueloba, quinquelocularis, decemvalvis, ad angulos externos longitudinaliter dehiſcens.

REC. nullum, præter papillas duas, annulo flavo cinctas, in angulo centrali loculamentorum, quibus ſingulis, ſingulum ſemen affixum.

SEM. duo regulariter, vix plura, intra arillum latentia, ovata, lenticulari compreſſa, ſtriis elevatis ſcabris exarata, e luteo rufeſcentia.

Arillus carnoſus, albus, ſemen totum involvens; primum glaber & undique clauſus, demum vero ab apice elaſtice dehiſcens & in ſe revolutus corrugatusque ſemen cum ingenti impetu explodens.

INT. ſimplex, membranaceum.

ALB. carnoſum, duriuſculum, ut fere cartilagineum, album.

EMB. longitudine albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, ellipticæ. *Rad.* teretiuſcula, longa, ſupera.

*

a. A.) Capſula integra & dehiſcens. B.) Ejusdem loculamentum anterius apertum, receptaculi papillas oſtendens. C.) Eadem transverſim diſſecta. d.) Arillus integer. e.) Idem dehiſcens. F.) Idem poſt excuſſum ſemen corrugatus. g. G.) Semen denudatum. H.) Idem longitudinaliter diſſectum cum ſitu & figura embryonis intra albumen.

DCLXIII. FAGONIA. Tourn. *inst.* t. 141. Linn. *gen.* 531.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. decem. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula pentagona, decemvalvis. Semina ſolitaria.

Fagonia cretica. Tab. 113. fig. 6.

Trifolium ſpinoſum creticum. Clus. *hiſt.* 2. *p.* 242.

Fagonia ſpinoſa, foliolis lanceolatis planis lævibus. Linn. *ſyſt. veg.* 401.

Per. Capſula ovato pyramidata, quinqueloba ſ. ſtellato-pentagona, quinquelocularis, decemvalvis: loculamentis naviculari-compreſſis, carina dehiſcentibus.

Rec. columnare, pentagono-ſubulatum, in axi fructus poſitum, cui & valvulæ & funiculi umbilicales ſetacei, mox ſupra baſin, inſerti.

Sem. ſolitaria, ovata, ſuperne anguſtata, inferne ad funiculi umbilicalis inſertionem leviſſime emarginata, lenticulari & fere foliaceo compreſſa, ferrugineo fuſca, minutiſſime excavato-punctata.

Int. duplex: *exterius* tenuiſſimum, ab aqua in mucilaginem flaveſcentem, pellucidam & modice craſſam intumeſcens; *interius* coriaceum, tenue, albumini arctiſſime adnatum, ferrugineum.

Alb. cartilagineum, tenue, album.

Emb. longitudine albuminis, inverſus, luteus. *Cotyl.* ellipticæ, foliaceæ, tenues. *Rad.* compreſſa, linearis, ſupera.

*

a. b.) Capſula integra & diſſecta. c.) Loculamentum naviculare, ſeparatum. d.) Receptac. columnare, cum inſertione ſeminum. e.) Semina integra. f.) Semen diſſectum. G.) Albumen longitudinaliter apertum, cum ſitu & figura Embryonis.

DCLXIV. MELOCHIA. Linn. *gen.* 829.

Calyx ſemiquinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. quinque in tubum connata. Ovar. ſuperum. Styl. quinque. Capſula quinquelocularis. Sem. geminata.

Melochia pyramidalis. Tab. 113. fig. 7.

Althæa braſiliana fruteſcens, incarnato flore, fagopyri ſemine. Pluk. *phyt.* t. 131. *f.* 3.

Melochia dominicenſis. Jacq. *hort.* t. 30.

Melochia floribus umbellatis, capſulis pyramidatis pentagonis: angulis mucronatis, foliis nudis. Linn. *ſyſt. veg.* 611.

Per. Capſula membranacea, vaſculoſo-reticulata, e ventricoſa baſi in brevem pyramidem faſtigiata, alis quinque anguſtis & prope baſin in mucronem horizontalem productis angulata, quinquelocularis, quinquevalvis. Valvulæ ſecundum alas dehiſcentes, intus ſepto medio ſtipatæ.

REC. nullum, præter marginem centralem dissepimentorum, cui semina ope brevissimi funiculi umbilicalis affixa.

SEM. duo, rarius unicum, ovata, deorsum acuminata, hinc convexa, inde angulata atque linea longitudinali albicante notata, cetera glabra, ferrugineo - fusca.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, crassiusculum; *interius* membranaceum, album, chalaza nigra in vertice notatum.

ALB. carnosum, crassum, album.

EMB. longitudine albuminis, erectus, luteus. *Cotyl.* suborbiculatæ, foliaceæ, transversim curvatæ. *Rad.* teretiuscula, recta, infera.

*

a. A.) Capsula integra. B.) Eadem dehiscens & transversim dissecta. C.) Seminum in loculamentis situs. d. D.) Semina integra. E.) Semen transverse sectum. F.) Albumen decorticatum integrum. G.) Idem longitudinaliter apertum cum situ & figura Embryonis.

DCLXV. ACTÆA. LINN. *gen.* 644. Christophoriana. TOURN. *inst.* *t.* 154.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. numerosa. Ovar. superum. Stigma sessile. Bacca mollis, unilocularis. Semina plana, lateri altero baccæ longitudinaliter affixa.

ACTÆA spicata. Tab. 114. fig. 1.

Christophoriana. CLUS. *hist.* 2. *p.* 86. BESL. *Eyst. æstiv.* X. *t.* 3. *f.* 1. BLACKW. *herb.* *t.* 565. OED. *flor. dan.* *t.* 498.

Actæa foliis circumserratis, duplicato pinnatis, pinnula extrema trilobata. HALL. *hist.* n. 1076.

Actæa racemo ovato, fructibus baccatis. LINN. *syst. veg.* 488.

PER. Bacca ovato - globosa, excentrice pedunculata, ab altero latere sulco tenui depresso inscripta, glabra, atra, unilocularis. Caro mollis pulposa succo purpureo-rubro scatens. Loculamentum propria membrana vestitum.

REC. fasciæ duæ, albæ, in latere baccæ sulcato, quibus semina duplici serie sibi incumbentia longitudinaliter affixa.

SEM. plura, decem circiter vel duodecim, subsemicircularia, utrinque plana, margine arcuato glabro, altero autem recto, sulco longitudinali depresso inscripto; cetera saturate castanea, punctis minutissimis excavatis conspersa.

INT. duplex: *exterius* coriaceum; *interius* membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, aqueo - pallidum.

EMB. minutulus, in extremitate umbilicali albuminis hærens, subovatus, niveus. *Cotyl.* brevissimæ, obtusæ. *Rad.* attenuata, centrifuga.

a. Bacca

*

a.) Bacca integra. b. c.) Eadem diſſecta, cum & abſque ſeminibus. d.) Semina duplici ſerie ſibi incumbentia. e.) Eadem ſeparata. f.) Semen transverſim & G.) Idem longitudinaliter diſſectum cum figura & ſitu albuminis atque embryonis. H.) Embryo ſolutus & inſigniter auctus.

DCLXVI. UVARIA. Linn. *gen.* 692.

Calyx triphyllus. Cor. hexapetala. Antheræ numeroſæ, ſeſſiles. Ovaria plura, in capitulum collecta. Styli ſimplices. Baccæ plures, pedicellatæ, oblongæ. Semina ſibi mutuo impoſita, ſeptis tamen ab invicem diſcreta: umbilicis uno verſu diſpoſitis.

Uvaria Zeylanica. Tab. 114. fig. 2.

Narum-panel. Rheed. *mal.* 2. *p.* 11. *t.* 9.

Funis muſarius. Rumph. *amb.* 5. *p.* 78. *t.* 42.

Uvaria foliis integerrimis. Linn. *ſyſt. veg.* 508.

Palukæna. Zeylon. E collect. ſem. hort. lugdb.

Conf. Piper æthiopicum Matth. Cam. *epit.* 346. Lob. *adverſ.* 471.

Per. Baccæ plures, communi receptaculo ſubgloboſo inſiſtentes, pedunculatæ, ovato-cylindricæ, ad ſeminum ſedem noduloſæ & ex altero latere obſoleto ſulco depreſſo inſcriptæ, cinereo-albidæ, intus in totidem loculamenta horizontalia, gemino ordine poſita, diviſæ, quot ſunt ſemina. Diſſepimenta membranacea, tenuiſſima.

Rec. nullum; ſemina parieti interno lateris baccæ ſulcati longitudinaliter affixa.

Sem. in loculis ſolitaria, in tota autem bacca duodena circiter aut pauciora, ſemicircularia, utrinque plana, glaberrima, ſplendentia, tota caſtanea, præter umbilicum, margine calloſo albo notatum.

Int. ſimplex, coriaceo-membranaceum, intus proceſſibus plurimis lamelloſis, intra albuminis rimas alte demerſis, ſcabratum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, durum, ſulco depreſſo marginem totum cingente inſcriptum & profundis inſuper rimis transverſalibus undique inciſum.

Emb. minutus, ſubulatus, rectus, in regione umbilicali albuminis locatus. *Cotyl.* lineari acuminatæ, breviſſimæ. *Rad.* teretiuſcula, centrifuga.

*

a.) Baccarum integrarum umbella. b.) Baccæ latus ſulcatum reſectum, cum ſeminum ſitu naturali. c.) Bacca transverſim ſecta. d.) Semina integra. e.) Eadem diſſecta. f. F.) Albumen decorticatum, rimoſum. G.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

Uvaria

Uvaria trifoliata. ibid.

Cananga sylvestris prima, sive trifolia. Rumph. *amb. 2. p. 197. t. 66. f. 1*

E collect. sem. hort. lugdb. cum nomine prioris.

Baccæ (a.) ovatæ, prioribus majores, sensim in pedunculum attenuatæ, carnosæ. Dissepimenta transversalia (b.), crassa, carnosa. Semina (b.) duplici serie, ut in priori, posita, octona, aut plura, obovata (c.), lenticulari compressa (d.), obsoletis foveolis oblongis rugata, e cinereo spadicea. Integumenti processus interni non lamellosi, sed subulati & fere aciculares: quare etiam Albumen (E.), loco rimarum, innumeris foraminibus contiguis exsculptum. Embryo minutus, teretiusculus.

Descriptio Rumphiana *Canangæ sylvestris*, non quadrat penitus in nostros fructus, quare speciem hanc, a præcedenti manifeste diversam, aliis curatius enodandam relinquo.

Uvaria monilifera. ibid.

an *Unona discreta.* Linn. *suppl. 44. & 270?*

Ex herbario Banksiano.

Baccæ (a) in receptaculo communi carnoso & globoso umbellatæ, longe pedunculatæ, isthmis interceptæ, seu moniliformes, uni-bi-aut rarius triloculares. Loculamenta secundum longitudinem digesta (b.), a se invicem remota, monosperma. Semina (b. c. d.) ovato-globosa, glabra, splendentia, e luteo spadicea, basi sua fundo loculamenti affixa. Integum. chartaceum, intus lamellis exasperatum. Albumen (e. F.) profundis rimis incisum. Embryo in basi albuminis minutissimus.

DCLXVII. CHIRONIA. Linn. *gen.* 255.

Calyx quinquefidus. Cor. quinquefida, rotata. Stam. quinque: antheris demum contortis. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula aut Bacca unilocularis. Receptac. lateralia, opposita. Sem. plurima.

Chironia baccifera. Tab. 114. fig. 3.

Centaurium minus arborescens pulpiferum. Com. *rar. 9. t. 9.*

Chironia frutescens baccifera. Linn. *syst. veg. 229.*

Ex herbario Banksiano.

Per. Bacca succulenta, subdiaphana, globosa, didyma, rubicunda aut crocea, unilocularis. Cuticula tenuissima, transparens. Pulpa aquosa, sed receptacula spongiosa.

Rec. duo, utrinque parietibus baccæ longitudinaliter & secundum ejus sulcum externum affixa, introrsum biloba: lobis ad latera recurvatis.

Sem.

SEM. numerosa, parva, ovato-globosa, scrobiculata, e castaneo-nigricantia.

INT. duplex: coriaceum tenue, & membranaceum rufescens.

ALB. carnosum, crassum, aqueo-pallidum.

EMB. dimidio albumine longior, teretiusculus, lacteus. *Cotyl.* semicylindricæ, breves. *Rad.* attenuata, centrifuga.

*

a.) Bacca integra. b. B.) Eadem dissecta, cum receptaculorum, seminumque figura & insertione. c. C.) Semina separata integra. D.) Albumen transversim, & E.) Idem longitudinaliter dissectum, cum figura & situ Embryonis.

Etiam in Ch. *frutescente.* Linn. pericarpium baccatum est, sed, præcedenti multo minus, totum intra calycem latens, ovatum, acuminatum, rubrum, & per ætatem in duas valvulas, juxta sulcum, secedens. Semina & reliqua omnia præcedenti simillima sunt.

DCLXVIII. MENYANTHES. TOURN. *inst.* *t.* 15. LINN. *gen.* 202. Nymphoides. TOURN. *inst.* *t.* 67.

Calyx quinquefidus. Cor. quinquefida, hirsuta aut ciliata. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. simplex, apice bifidus. Capsula unilocularis. Receptac. lateralia, opposita. Sem. plura.

MENYANTHES Nymphoides. Tab. 114. fig. 4.

Icon. OED. *flor. dan.* *t.* 339.

Limnanthemum peltatum. GMEL. *Comm. petrop. XIV. p.* 527. descr. non icon, quæ pess.

Menyanthes foliis cordatis integerrimis, corollis ciliatis. LINN. *syst. veg.* 194.

PER. Capsula ovato-lanceolata, compressiuscula, ad margines incrassata & rotundata, primum carnosa, tandem coriacea, tenuis, unilocularis, bivalvis.

REC. nullum, præter incrassatos valvularum margines, quibus semina utrinque, duplici serie longitudinali affixa.

SEM. numerosa, bracteata s. foliaceo compressa, margine membranaceo albo atque ciliato circumdata, ovata, aut obovata, in medio pallide spadicea.

INT. duplex: *exterius* chartaceum, in marginem & cilia productum; *interius* membranaceum, viride, albumini adnatum.

ALB. ellipticum, semine angustius, versus umbilicum attenuatum, carnosum, aqueo-pallidum.

EMB. longitudine albuminis, filiformis, lacteus. *Cotyl.* breves, lineares. *Rad.* longa, recta, centrifuga.

a. b.) Cap-

*

a. b.) Capſula integra & transverſim ſecta. c.) Valvula altera, cum ſitu & inſertione ſeminum. d. D.) Semina ſeparata, integra. E) Seminis & albuminis ſectio longitudinalis, cum ſitu & figura embryonis. F.) Embryo ſolutus.

Menyanthes *trifoliata.* LINN.

Icon. BESL. *Eyſt. vern. VII. t. 1. f. 3.* BLAKW. *herb. t. 474.* OED. *flor. dan. t. 541.*

Capſula magnitudine circiter piſi mediocris, ovato globoſa, aut ovato oblonga, utrinque ſulco depreſſo & valvularum ſuturis contrario, inſcripta, unilocularis, bivalvis. Receptac. in dorſo valvularum, ſulco externo reſpondentia, nequaquam vero ad ſuturas, ut in præcedenti. Semina, ex ovulis multis, nonniſi ſex l. octo matureſcentia, ovata, turgide lenticularia, ut fere globoſa, glaberrima, lucida, citrina aut ſtramineo-lutea. Integum. exterius cruſtaceum, fragile. Reliqua ut in præcedenti.

Multis itaque, nec levidenſibus notis, hæc a priori differt, ut non erraverit, qui utrasque genere ſtatuerit diverſas.

DCLXIX. E X A C U M. LINN. *gen.* 141.

Calyx quadriphyllus. Cor. quadrifida: tubo globoſo. Stam. quatuor. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Capſula bilocularis. Receptac. centrale adnatum. Sem. numeroſa, ſtriata.

EXACUM grandiflorum. Tab. 114. fig. 5.

an *Exacum cordatum.* LINN. *ſuppl.* 124?

Ex herbario Bankſiano.

PER. Capſula, intra calycem profunde quadrifidum atque in lacinias ovatas, margine membranaceas & in apice mucrone linguiformi ſtipatas ſectum, latens, ovato-oblonga, membranacea, tenuis, ſubdiaphana, ſulco profundo utrinque inſcripta, bilocularis, apice dehiſcens.

REC. fungoſum, diſſepimento utrinque longitudinaliter & in medio adnatum.

SEM. plurima, irregulariter angulata, ſubovata, ſtriis profundis parallelis, obliquis, transverſis, aut longitudinalibus inſcripta, albicantia.

INT. duplex: cruſtaceum atque membranaceum, utrumque tenue.

ALB. carnoſum, craſſum, aqueo-pallidum.

EMB. dimidio albumine longior, teretiuſculus, lacteus. *Cotyl.* ſemicylindrica breves. *Rad.* recta, centripeta.

*

a.) Calyx capſulam cingens, magnitudine naturali. b. B.) Capſula denudata, integra. C.) Eadem diſſecta, cum ſitu receptaculi. d. D.) Semina ſeparata. E.) Albumen transverſim ſ... F.) Idem longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura Embryonis.

DCLXX. GEN.

DCLXX. GENTIANA. Tourn. *inst.* t. 40. Linn. *gen.* 322.

Calyx varius, sæpius tamen quinquepartitus. Cor. varia, frequentius quinquefida. Stam. sæpius quinque. Ovar. superum. Styl. simplex aut stigmata duo sessilia. Capsula unilocularis, bivalvis, compressiuscula. Semina parietibus capsulæ undique affixa.

Gentiana acaulis. Tab. 114. fig. 6.

Gentianella verna major. Clus. *hist.* 315.

Gentiana foliis lanceolatis, caule unifloro, flore maximo campaniformi. Hall. *hist.* n. 642.

Gentiana corolla quinquefida campanulata caulem excedente. Linn. *syst. veg.* 267.

Icon. Jacq. *flor. austr.* 2. t. 135.

Ex Sibiria, a Cl. Laxmann.

Per. Capsula fusiformi-clavata, parte ventrali turgide lenticulari, uniloculari, bivalvi: pedunculo & apice solidis.

Rec. nullum; semina parietibus internis capsulæ undique affixa.

Sem. numerosa, elliptica, utrinque attenuata, spadicea, glabra.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. carnosum, modice crassum, album.

Emb. longitudine albuminis, teretiusculus, lacteus. *Cotyl.* semicylindricæ, breves. *Rad.* longa, centrifuga.

*

a.) Capsula integra. B.) Eadem transversim secta. c.) Valvula altera, cum insertione seminum. d. D.) Semina separata. E. F.) Embryonis in albumine situs & figura.

Semina in sibiricis plantis glabra, nec ut in helveticis undique sulcata: dummodo fructus, quos ex fide Laxmanni recensui, de hac, nec de alia quadam specie sint desumti.

Gentiana aquatica. ibid.

Gentiana humilis aquatica verna. Amm. *ruth.* 4. t. 1. f. 1.

Gentiana corollis quinquefidis infundibuliformibus terminalibus sessilibus, foliis margine membranaceis. Linn. *syst. veg.* 268.

Capsula (a. A.) obovato-oblonga, s. bursiformis, lenticulari-compressa (B.), apice transversim dehiscens, unilocularis. Semina parietibus undique affixa, parva, ovato-acuminata, pallide spadicea. Reliqua ut in præcedenti.

Etiam hujus speciei Gentianæ fructum ex fide Laxmanni trado. Contraria quidem videntur, quæ Linnæus de seminum forma in *Amoen. acad.* II. p. 316. profert, quando illa subrotunda, compressa & leviter emarginata dicit. Sed hæc

hæc ipſa ſemina, non aquaticæ, ſed *montanæ* ſunt Meſſerſchmidii Gentianæ, quam Linnæus, præeunte Ammanno, l. c. peſſime cum aquatica confundit; ſiquidem illa ne ad Gentianas quidem ſpectet, quoniam ei Meſſerſchmidius expreſſe receptaculum ſeminum centrale tribuit, quod ab omni vera Gentiana conſtanter abeſt.

DCLXXI. SWERTIA. Linn. *gen.* 321.

Calyx quadri - l. quinquepartitus. Cor. quadri - l. quinquefida. Stam. quinque, l. pauciora. Ovar. ſuperum. Stigmata ſeſſilia. Capſula unilocularis, bivalvis. Semina valvularum ſuturæ affixa, & tamen Embryonis radicula centripeta!

Swertia perennis. Tab. 114. fig. 7.

Gentiana XII punctato flore. Clus. *hiſt.* 1. *p.* 316.

Gentiana foliis radicalibus petiolatis ovatis, floribus paniculatis rotatis ſpicatis. Hall. *hiſt. n.* 636.

Swertia corollis quinquefidis, foliis radicalibus ovalibus. Linn. *ſyſt. veg.* 266.

Icon. Jacq. *flor. auſtr.* 3. *t.* 243.

Per. Capſula calyce & corolla perſiſtentibus cincta, ovato - oblonga, utrinque acuminata, ſuperne tamen a divaricatis ſtigmatibus breviſſime biroſtra, lenticulari - compreſſa, unilocularis, bivalvis.

Rec. nullum; ſemina incraſſatis valvularum marginibus duplici ſerie longitudinali affixa.

Sem. numeroſa, ſuborbiculata, foliaceo - compreſſa, lato margine membranaceo cincta, ferruginea.

Int. duplex: utrumque membranaceum; exterius ſolum in marginem ampliatum.

Alb. ſemine multo anguſtius, orbiculatum, carnoſum, e viridi luteſcens.

Emb. minutus, ovato globoſus, lacteus, in extremitate albuminis umbilico directe oppoſita locatus. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* obtuſa, axem fructus reſpiciens, ſ. centripeta.

*

a. b.) Capſula integra. C.) Eadem dehiſcens. D.) Ejus ſectio transverſalis. c. E.) Semen ſeparata integra. F.) Seminis & albuminis ſectio longitudinalis, cum ſitu & figura embryonis. G.) Embryo ſolutus.

Quantacunque etiam ſit Swertiæ cum Gentiana affinitas, tamen in unum genus, propter diverſiſſimum ſeminum & embryonis ſitum, non ſociari poſſe videntur.

DCLXXII. Si-

DCLXXII. SAROTHRA. Linn. *gen.* 383.

Calyx quinquefidus, persistens. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. tres. Capsula membranacea, unilocularis. Sem. plurima, valvularum suturis affixa.

Sarothra gentianoides. Tab. 114. fig. 8.

Centaurium minus spicatum angustissimo folio s. scoparium marilandicum novum. Pluk. *phyt. t. 324. f. 4.*

Sarothra. Linn. *syst. veg. 299.*

Ex herbario Banksiano.

Per. Capsula parva, membranacea, ferrugineo-rubra, teretiuscula, versus apicem insigniter attenuata atque acuminata, a seminum impressionibus undique tuberculosa, unilocularis, trivalvis.

Rec. nullum, præter funiculos umbilicales setaceos, ex internis valvularum marginibus oriundos, e quibus semina pendent.

Sem. numerosa, parva, subcylindrica, longitudinaliter & transversaliter subtilissime striata, pallide sulphurea.

Int. duplex: crustaceum & membranaceum, utrumque tenue.

Alb. modice crassum, carnosum, aqueo-pallidum.

Emb. teretiusculus, rectus, lutescens. *Cotyl.* obtusæ, breves. *Rad.* cylindrica, centrifuga.

*

a. A.) Capsula integra. B.) Ejus sectio transversalis. C.) Eadem in tres valvulas dehiscens. D.) Valvulæ duæ, separatæ, cum seminum insertione. e. E.) Semina integra. F. G.) Seminis & albuminis sectio transversalis atque longitudinalis, cum situ & figura Embryonis.

DCLXXIII. CYSTICAPNOS. Boerh.

Flores Fumariæ similes. Capsula membranacea, unilocularis, intra Involucrum maximum, subglobosum, bivalve, substantia arachnoideo-cellulosa farctum.

Cysticapnos africana. Tab. 115. fig. 1.

Cysticapnos africana scandens. Boerh. *lugdb. 1. p. 310. t. 310.*

Fumaria alba vesicaria, capreolis donata, sub exitum autumni florens, æthiopica. Pluk. *phyt. t. 335. f. 3.*

Fumaria siliquis globosis acutis inflatis, foliis cirrhosis. Linn. *syst. veg. 637.*

Per. duplex, compositum ex cortice seu involucro externo, ab ipso ovario oriundo, & ex capsula, intra involucrum hærente.

Invo-

Involucrum grande, subcoriaceum, inflatum, globosum, apice acuminatum, bivalve: valvulis intus substantia filamentoso-cellulosa stipatis & hujus ope cum capsula ipsa cohærentibus.

Capsula in axi involucri posita, oblonga, utrinque filiformi-acuminata, compressiuscula, in medio membranacea, tenuissima, diaphana, ad utrumque vero marginem incrassata, suberosa, opaca, unilocularis, evalvis, a dehiscente involucro irregulariter rumpenda.

REC. nullum; semina incrassatis capsulæ marginibus affixa.

SEM. numerosa, rotundato-reniformia, versus umbilicum leviter compressa, atra, glaberrima, splendentia.

INT. duplex: *exterius* chartaceum, fragile; *interius* membranaceum, fuscum.

ALB. subglobosum, rostellatum, granulose-carnosum, albicans.

EMB. teretiusculus, gracilis, leviter incurvatus, lacteus, in albuminis rostro collocatus. *Cotyl.* lineares, planæ, curvulæ. *Rad.* filiformis, centrifuga.

*

a.) Involucrum dehiscens. b.) Capsula integra, magnitudine naturali. C.) Ejus sectio transversalis. D.) Eadem a secedentibus involucri valvulis disrupta, cum insertione seminum. e. E.) Semina separata. F.) Seminis & albuminis sectio longitudinalis, cum situ & figura Embryonis.

Capsulam trivalvem dixerunt Linnæus & Adanson, ab icone forsan Boerhaviana decepti, quæ hac in parte a natura atque veritate recedit.

DCLXXIV. FUMARIA. TOURN. *inst. t.* 237. LINN. *gen.* 849.

Calyx diphyllus. Cor. tetrapetala, irregularis, sæpe calcarata. Stam. duo, antheris in singulo tribus. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula unilocularis, evalvis, monosperma. Semen parieti affixum.

FUMARIA capreolata. Tab. 115. fig. 2.

Fumaria claviculis donata. MORIS. *hist.* 2. *S.* 3. *t.* 12. *f.* 3. OED. *flor. dan. t.* 38.
Fumaria pericarpiis monospermis racemosis, foliis scandentibus subcirrhosis. LINN. *syst. veg.* 637.

PER. Capsula parva, sphærica, coriacea, dura, ut Nucula dici posset, unilocularis, evalvis.

REC. nullum; semen parieti capsulæ interno, paulo infra medium, ope funiculi umbilicalis brevissimi affixum.

SEM. unicum, subglobosum, superne scrobiculo parvo exaratum, inferne in rostellum breve productum, rufescens.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, lutescens.

Emb. minutiſſimus, ovato-globoſus, in albuminis roſtello poſitus. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* attenuata, centrifuga.

*

a. A.) Capſula integra. B.) Eadem diſſecta. C.) Seminis in parietem inſertio. d. D) Semen integrum. E. F.) Albuminis ſectio transverſalis atque longitudinalis, cum ſitu embryonis. G.) Embryo ſolutus.

Fumaria *nobilis.* Linn.

Capſula matura herbacea, tenuis, friabilis. Semen grandiuſculum, lenticulari roſtellatum, atrum, glaberrimum, ſplendens. Integ. duplex, exteriore chartaceo, arido, fragili. Reliqua ut in præcedenti.

DCLXXV. CAPNOIDES. Tourn. *inſt. t.* 237.

Flores Fumariæ ſimiles. Capſula ſiliquoſa, unilocularis, bivalvis. Semina receptaculo intervalvulari affixa.

Capnoides lutea. Tab. 115. fig. 3.

Pſeudofumaria flore luteo. Riv. *tetrap. t.* 74. bene.

Fumaria tingitana, radice fibroſa, perennis, flore ex albo flaveſcente, ſiliquis curtis. Pluk. *phyt. t.* 90. *f.* 2.

Fumaria ſiliquis linearibus tetragonis, caulibus diffuſis acutangulis. Linn. *ſyſt. veg.* 637.

Per. Capſula ſiliquoſa, oblonga, rhombeo-compreſſa & ad margines anceps, unilocularis, bivalvis.

Rec. filiforme, valvularum marginibus interjectum, utrinque ſemiferum.

Sem. plura, octo l. decem, lenticulari-reniformia l. roſtellata, atra, ſplendentia, punctis conſertiſſimis, parum elevatis conſperſa. Umbilicus glandula biloba crenulata alba ſtipatus.

Int. duplex: cruſtaceum fragile, & membranaceum pallidum.

Alb. reniformi-roſtratum, carnoſum, pallidum.

Emb. minutiſſimus, ovato-globoſus, lacteus, in roſtro albuminis hærens. *Cotyl.* craſſæ, breviſſimæ. *Rad.* attenuata, centrifuga.

*

a. b.) Capſula integra & dehiſcens. C.) Valvula altera, cum inſertione ſeminum. d. D.) Semina ſeparata, integra. E.) Albumen denudatum. F.) Idem longitudinaliter diſſectum, cum ſitu embryonis. G.) Embryo ſolutus.

DCLXXVI. HYPECOUM. Tourn. *inst.* t. 115. Linn. *gen.* 171.

Calyx diphyllus. Cor. tetrapetala, inæqualis: petalis trifidis. Stam. quatuor. Ovar. superum. Styl. duo. Capsula siliquæformis, articulata, plurilocularis. Semina solitaria, insertione bilaterali alternante.

Hypecoum procumbens. Tab. 115. fig. 4.

Hypecoum. Dod. *pempt.* 449.

Hypecoum siliquis arcuatis compressis articulatis. Linn. *syst. veg.* 167.

Per. Capsula siliquæformis, longa, arcuata, compressa anceps, nodis transversalibus articulata, atque striis longitudinalibus sulcata, multilocularis: loculamentis simplici serie longitudinali digestis, vix sponte a se invicem secedentibus.

Rec. nullum; semina angulo exteriori atque inferiori loculamentorum alternatim inserta, ut primum lævam, alterum dexteram, ac capsulæ aciem umbilico suo respiciat.

Sem. solitaria, dena ad vicena in tota capsula, subrotunda, altero latere quasi truncata, lenticulari - compressa, subrugosa, elevato-punctata, nigro fusca.

Int. simplex, subcoriaceum, albumini arcte adnatum.

Alb. carnosum, durum, subgranulosum, ad peripheriam aqueo-glaucum, in medio autem albidum.

Emb. filiformis, arcuatus, niveus, in basi albuminis locatus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* longa, curva, centrifuga.

*

a. b.) Capsula integra, & transversim dissecta. C.) Loculamenta longitudinaliter aperta, cum alternante seminum situ. d. D.) Semina separata, integra. E.) Albumen verticaliter dissectum, cum situ embryonis. F.) Embryo solutus & insigniter auctus.

DCLXXVII. CHELIDONIUM. Tourn. *inst.* t. 116. Linn. *gen.* 647.

Calyx diphyllus. Cor. tetrapetala, regularis. Stam. numerosa. Ovar. superum. Stigma sessile. Capsula siliquosa, unilocularis, bivalvis. Semina bilateralia, crista glandulosa supra umbilicum.

Chelidonium majus. Tab. 115. fig. 5.

Chelidonium majus. Fuchs. *hist. lat. p.* 865. *germ. ic.* 496. Blakw. *herb. t.* 5.. Oed. *flor. dan. t.* 542. & 676.

Chelidonium lobis foliorum subrotundis. Hall. *hist. n.* 1059.

Chelidonium pedunculis umbellatis. Linn. *syst. veg.* 489.

Per.

PER. Capſula ſiliquoſa, longa, ſubanceps, ad ſeminum ſedes noduloſa, cetra glabra, unilocularis, bivalvis.

REC. filiforme, valvularum marginibus interjectum, utrinque duplici ſeminum ſerie longitudinali ſtipatum.

SEM. numeroſa, parva, ovata, longitudinaliter obſolete ſcrobiculata, ſplendentia, nigro-fuſca, in dorſo, paulo ſupra umbilicum, glandula criſtata compreſſa alba inſignita, quæ poſt lapſum ſuum cicatricem oblongam relinquit.

INT. duplex: cruſtaceum, fragile; & membranaceum, fuſco-ſpadiceum.

ALB. carnoſum, aqueo-pallidum.

EMB. minutiſſimus, ſubgloboſus, albus, in baſi ſ. acutiori extremitate albuminis poſitus. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* attenuata, centrifuga.

*

a.) Capſula integra. B.) Ejus ſectio transverſalis, cum gemino ſeminum ordine in utroque latere. c.) Eadem dehiſcens. C.) Valvula altera, cum inſertione ſeminum. d. D.) Semina ſeparata integra. E.) Seminis & albuminis ſectio longitudinalis, ſitum embryonis oſtendens. F.) Embryo ſolutus & inſigniſſime auctus.

DCLXXVIII. GLAUCIUM. TOURN. *inſt. t.* 130.

Flos Chelidonii ſimilis. Capſula ſiliquoſa, bilocularis, bivalvis. Receptac. ſeminum centrale fungoſum. Sem. numeroſiſſima, globoſa, raphe unilaterali, acuta, nuda.

GLAUCIUM phœniceum. Tab. 115. fig. 6.

Papaver corniculatum, phoeniceo flore. CLUS. *hiſt.* 2. *p.* 91.

Chelidonium pedunculis unifloris, foliis ſeſſilibus pinnatifidis, caule hiſpido. LINN. *ſyſt. veg.* 489.

PER. Capſula ſiliquoſa, longiſſima (ſemipedalis & ultra), ſubulata, transverſim latior & quaſi ex duobus cylindris compreſſis compoſita, ſetis rigidis appreſſis ſcabra, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum marginibus valvularum interjectum.

REC. fungoſum, craſſum, a diſſepimento non diſtinctum, ſemina in profundis ſcrobiculis, quin interdum intra ſubſtantiam ſuam incluſa, gerens.

SEM. numeroſiſſima, parva, ſubgloboſa, altero latere rectiuſculo, ut ex globoſis ſubreniformia ſint; ceterum foveolis quadratis per ſeries longitudinales digeſtis pulchre areolata, altero latere coſta ſ. raphe compreſſa longitudinali inſignita, nigricantia, aut ex cinereo fuſca.

INT. duplex: cruſtaceum, fragile; & membranaceum, tenuiſſimum.

ALB. carnoſum, molliuſculum & fere friabile, aqueo-pallidum.

EMB.

EMB. longitudine fere dimidii albuminis, teretiusculus, lacteus. *Cotyl.* brevis. *Rad.* cylindrica, centripeta.

*

a. b.) Capsula integra & dehiscens, cum receptaculi forma atque situ. C.) Eadem transversim secta. d. D.) Semina integra. E.) Seminis sectio transversalis. F.) Ejusdem atque albuminis sectio verticalis, cum situ embryonis. G.) Embryo solutus.

Glaucium *luteum.*

Papaver corniculatum. CAM. *epit.* 805. OED. *flor. dan. t.* 585.

Capsula longior, quam in præcedenti, cetera vero ei similis. Semina ovato reniformia, scrobiculis multo frequentioribus, sed minus profundis & lineari oblongis exarata, nigro-fusca. Reliqua ut in priori.

DCLXXIX. ACER. TOURN. *inst. t.* 386. LINN. *gen.* 1155.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. octo l. decem. Ovar. duo. supera. Styl. simplices. Samaræ duæ, unialatæ. Embryonis cotyledones foliaceæ.

ACER tataricum. Tab. 116. fig. 1.

Acer foliis oblonge cordatis inæqualiter serratis. KRASHEN. *act. petrop.* 1749. *t.* 13.

Acer foliis cordatis indivisis serratis: lobis obsoletis, floribus racemosis. LINN. *syst. veg.* 911.

PER. Samaræ duæ, ovatæ, compressæ, divergentes, extrorsum in alam membranaceam ovatam adscendentem elongatæ.

REC. *commune* filiforme, bifidum, capsulis interjectum; *proprium* nullum, sed semen basi loculamenti sui affixum.

SEM. solitaria, oblonga, compressa, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum, intus subcarnosum.

ALB. nullum, nisi laminam internam carnosam integumenti velis.

EMB. semini conformis, curvatus, luteus aut viridis. *Cotyl.* reniformi-ovatæ, foliaceæ, tenues, irregulariter rugosæ. *Rad.* teretiuscula, a basi capsulæ versus styli sedem incurvata, s. adscendens.

*

a.) Samaræ integræ. b.) Loculamentum apertum, cum situ & figura seminis. c.) Embryo denudatus. D.) Cotyledones separatæ & a parte sua interna spectatæ.

ACER campestre. ibid.

Acer minus. DOD. *pempt.* 840. OELHAF. *t.* 28. bene.

Acer foliis semitrilobis obtusis, lobis lateralibus emarginatis. HALL. *hist. n. 1029.*

Acer foliis lobatis obtusis emarginatis. LINN. *syst. veg. 912.*

Samaræ duæ (a) subsemiorbiculatæ, in alam deflexam l. horizontalem desinentes, coriaceo-lignosæ, compressæ, intus glaberrimæ. Semen (b.) subreniforme, gibbum, compressiusculum, albicans, e funiculo umbilicali crasso pendulum. Albumen nullum. Embryo (c.) viridis, convolutus. *Cotyl.* (C.) foliaceæ, plicato-contortuplicatæ. *Rad.* compressa, arcuata, adscendens.

ACER rubrum. ibid.

Acer virginianum, folio majore, subtus argenteo, supra viridi splendente. PLUK. *phyt. t. 2. f. 2.* CATESB. *carol. 1. t. 62.* SELIGM. *av. II. t. 24.* MILL. *ic. t. 8. f. 4.*

Acer foliis quinquelobis subdentatis subtus glaucis, pedunculis simplicissimis aggregatis. EHRET. *decad. t. 85.* LINN. *syst. veg. 911.*

Samaræ (a. b.) subglobosæ, membranaceæ, in alam lanceolato ovatam, adscendentem productæ. Semen (b.) subreniformi-globosum, fuscum. Albumen nullum. Embryo (C—E.) viridis, convolutus. Cotyl. oblongæ, foliaceæ, spiraliter in globum contortæ. Rad. curvata, subadscendens.

DCLXXX. BANISTERIA. LINN. *gen.* 573.

Calyx quinquepartitus: foliolis extus glandula gemina marginali. Cor. pentapetala, crenata, unguiculata. Stam. decem. Ovar. tria, supera. Styl. simplices. Samaræ tres: una tantum adolescente, unialata. Embryonis cotyledones crassæ, rectæ.

BANISTERIA laurifolia. Tab. 116. fig. 2.

Banisteria foliis ovato-oblongis rigidis, racemis terminalibus. LINN. *syst. veg. 426.*

Ex herbario Banksiano.

PER. Samaræ tres, e quibus unica tantum adolescit, coriaceo-membranacea, ovata, compressiuscula, oblique decumbens, sericeo-fulva, antice persistentibus stylis rostrata, superne crista dorsali stipata, & postice ala membranacea adscendente terminata.

REC. nullum.

SEM. unicum, subpiriforme, s. ex globoso ventre sursum valde acuminatum & in opposita extremitate parvo tuberculo terminatum, fuscum, aut sordide rufescens.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB.

EMB. ſemini conformis, ſuberectus, luteſcens. *Cotyl.* craſſæ, carnoſæ, p... convexæ, ſurſum inſigniter acuminatæ. *Rad.* ſubgloboſa, exiliſſima, infera ſ. ſtylo capſulæ directe oppoſita.

*

a.) Pars recemi frugiferi. B.) Ovaria tria immatura. C) Eadem transverſim diſſecta. d.) Samara immatura, introrſum tricuſpidata. e.) Alia, matura, criſtata. f.) Loculamentum apertum, cum ſitu & figura ſeminis. g.) Embryo denudatus. h.) Cotyledones ſeparatæ.

DCLXXXI. TRIOPTERIS. LINN. *gen.* 574.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, ungibus longis. Stam. decem. Ovaria tria, ſupera. Styl. ſimplices. Samaræ tres, globoſæ, trialitæ. Embryonis cotyledones craſſæ, curvatæ.

TRIOPTERIS jamaicenſis. Tab. 116. fig. 3.

Triopteris. LINN. *ſyſt. veg.* 427.

Ex herbario Bankſiano.

PER. Samaræ tres, ſubgloboſæ, coriaceæ, dorſo trialatæ. Ala *media*, anguſta, lineari-oblonga, lateralibus triplo brevior; *laterales* membranaceæ, inferne in ligulam ſimplicem, oblongam confluentes, ſuperne vero divaricatæ & ovato-oblongæ.

REC. nullum.

SEM. unicum, ſubgloboſum, rubro-fuſcum.

INT. ſimplex, membranaceum?

ALB. . . . . EMB. . . . . forſan ut in ſequenti?

*

a.) Samaræ tres, in ſitu naturali, pedunculo filiformi innixæ. b.) Samara ſeparata & a latere ſuo ventrali ſpectata. C.) Eadem diſſecta.

TRIOPTERIS bifurca. ibid.

Ex herbario Bankſiano. Habitat cum præcedenti in Jamaica.

Samaræ (a. b.) tres, globoſæ, præcedentibus quadruplo majores, ... Ala media anguſta, breviſſima; duæ laterales longiſſimæ, ſuperne ... inferne a ſe invicem ſeparatæ atque leviter divaricatæ. Semen (c.) ...formi globoſum, rubro ferrugineum.

INT. duplex: *exterius* ſubfurfuraceum, fæculam rubram, inſtar ſeminum Ossyridis lanæ, in aqua deponens; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, pallidum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, curvatus, pallide albicans. *Cotyl.* carnoſæ, craſſæ, ... rimis vario modo inciſæ, corrugatæ, conglobatæ. *Rad.* conica, curva, ſupera, ſ. apice ſuo ſtylum capſulæ reſpiciens.

Tri...

TRIOPTERIS Hiræa. ibid.

— *Hiræa.* JACQ. *hist. amer. p.* 137. *c. ic. folii.* LINN. *syst. veg.* 427.
Ex herbario Banksiano.

Samaræ tres (a. b.), globosæ, coriaceæ, tenues, trialatæ. Ala media oblonga, angusta, repanda; duæ laterales maximæ, ex angustissima basi in amplam laminam rotundatam laxatæ, Papilionis alas referentes. Semen (c. C.) ovato-globosum, sursum acuminatum & quasi rostellatum, lineolis depressis abruptis rugatum, ferrugineo rubrum. Integ. simplex coriaceum, tenue. Alb. nullum. Embryo (D.) uncinato-curvatus, gramineo-viridis, profundis rugis exaratus. Cotyl. carnosæ, crassæ, extrorsum acuminatæ, curvatæ, plano-convexæ. *Rad.* tereti-acuminata, curvata, supera.

DCLXXXII. HIPTAGE. *Introd.* p. 129. Gærtnera. *Auctore Cl.* SCHREB. *gen.* 735.

Calyx quinquepartitus: foliolis extus unica glandula marginali stipatis. Cor. pentapetala, subinæqualis, denticulata, unguiculata. Stam. decem. Ovar. unicum, superum. Styl. simplex. Samara subglobosa, subquadrialata.

HIPTAGE Madablota. Tab. 116. fig. 4.

Sida-pou. RHEED. *mal.* 6. *t.* 59. secundum Kœnigium, qui semina misit.
Banisteria tetraptera s. Madablota. SONNER. *it. ind.* 2. *p.* 238. *t.* 135. opt.

PER. Samara subglobosa l. inverse parabolica, coriacea, tenuis, spadiceo lutea; ad latus, styli rudimento notata; in vertice, crista parva triangulari stipata; & in margine ipso, tribus longissimis alis coriaceis ovato lanceolatis munita, quarum media maxima.

REC. nullum, præter membranulam parvam, stylo subjectam, cui semen adhæret.

SEM. unicum, reniformi-globosum, rugosum, gibbum, e ferrugineo-rufescens.

INT. simplex, membranaceum, aridum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, curvatus, albus. *Cotyl.* carnosæ, crassæ, incisæ, rugosæ, conglobatæ, inæquales: interiori paulo minore. *Rad.* subcylindrica, curva, supera, s. versus stylum adscendens.

*

a.) Capsula integra. b.) Eadem dissecta, cum rudimento styli atque receptaculi seminis. c.) Semen separatum. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyledones paulo ab invicem diductæ.

DCLXXXIII. BLAKWELLIA.

Calyx monophyllus, infundibuliformis, coloratus: *tubo* brevi; *limbo* quadrifido: laciniis obovatis. Cor. monopetala, infundibuliformis, tubo longo, octo-

octoplicato; limbo octifido: laciniis oblongis. Stam. octo, filamentis rigidis, persistentibus, corollæ tubo ultra medium longitudinis suæ adnatis. Ovar. duo supera. Styl. simplex compressus, inter ovaria positus, ad margines denticulatus, stigmatibus duobus patulis terminatus. Capsulæ duæ, oblongæ, uniloculares, bivalves. Sem. numerosa, parva.

BLAKWELLIA antarctica. Tab. 117. fig. 1.

— Data mihi pro *Skinnera*, ni fallor, a Cl. *Reinh.* FORSTER.

PER. Capsulæ duæ oblongæ, prismatico-clavatæ, chartaceæ, rigidæ, hinc obsolete angulatæ, inde profundo sulco exaratæ, uniloculares, bivalves: valvulis post dehiscentiam funis adinstar se contorquentibus.

REC. fungosum, longitudine capsulæ, ejusque suturæ ventrali longitudinaliter adnatum; hinc convexum, inde sulco excavatum, undique minutissimis papillis scabratum.

SEM. numerosissima, parva, angulata, rufescentia.

INT. simplex, coriaceum, tenue.

ALB. carnosum, album, modice crassum.

EMB. cylindricus, lacteus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* centripeta.

*

a.) Capsulæ in situ naturali sibi mutuo junctæ. b.) Eædem paululum diductæ, ut intermedius stylus appareat. c.) Latus ventrale capsularum, cum stylo plane denudato, atque situ receptaculi seminum. d.) Receptaculi facies anterior atque posterior. e E.) Semina integra. F.) Albumen transverse, & G.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ & figura Embryonis.

DCLXXXIV. ASCLEPIAS. TOURN. *inst.* t. 22. LINN. *gen.* 306.

Calyx quinquefidus. Cor. quinquefida. Nectar. quinque, callosa, aut corniculata. Stam. decem, per paria sibi juncta, intra rimas involucri, ovarium obtegentis, recondita, deorsum pendula. Ovar. duo, involucro ex quinque squamis composito obtecta. Stigmata sessilia. Folliculi duo. Receptac. liberum. Semina bracteata, crinita.

ASCLEPIAS nigra. Tab. 117. fig. 2.

— *Vincetoxicum flore nigro.* CAM. *epit.* 560.

Asclepias foliis ovatis basi barbatis, caule superne subvolubili. LINN. *syst. veg.* 251.

PER. Folliculi duo, oblongi, e ventricosa basi sursum angustati, hinc convexi, inde planiusculi, ad latera autem subcompressi, uniloculares, introrsum dehiscentes.

REC. lineari oblongum, fungosum, compressum, liberum.

SEM. pauca, octona aut dena, deorsum imbricata, ovata, bracteata s. foliacea compressa, convexo-concava, rufescenti cinnamomea, fasciculo capillorum simplicium, sericeo alborum, longorum in vertice crinita.

Ib:

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Alb. ſemini conforme, tenue, carnoſum, aqueo-pallidum.

Emb. longitudine albuminis, inverſus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, foliaceæ. *Rad.* compreſſa, brevis, ſupera.

*

a.) Folliculi integri. b.) Folliculus dehiſcens, cum receptac. ſeminum, ſuturæ obverſo. c.) Idem, cum Seminibus deorſum imbricatis. d.) Ejusdem & receptaculi ſectio transverſalis. e. f. g.) Semen ab utraque parte ſpectata, integra & diſſectum. h.) Albumen cum embryone. I.) Embryo ſolutus.

DCLXXXV. CYNANCHUM. Linn. *gen.* 304.

Calyx quinquedentatus. Cor. quinquefida. Nectar. nulla. Stam. decem, pendula, intra ovarii involucrum abſcondita. Ovar. duo, ſquamis quinque in cylindrum conjunctis involucrata. Folliculi duo. Receptac. liberum. Semina crinita.

Cynanchum acutum. Tab. 117. fig. 3.

Apocynum III latifolium. Clus. *hiſt.* 1. *p.* 125.

Scammonea monſpelienſis. Besl. *Eyſt. æſtiv.* XIII. *t.* 9. *f.* 2.

Cynanchum caule volubili herbaceo, foliis cordato oblongis glabris. Linn. *ſyſt. veg.* 257.

Ex herbario Bankſiano.

Per. Folliculi duo, per maturitatem horizontaliter divergentes, teretes, acuminati, glabri, latere interno longitudinaliter dehiſcentes, uniloculares.

Rec. lineare, membranaceum, liberum.

Sem. plura, deorſum imbricata, ovato-oblonga, compreſſiuſcula, anguſto margine membranaceo cincta & in eo quoque umbilico laterali ſtipata, ruteſcenti-ferruginea, crinita. Crines ſimplices, ſericeo-albi, ſemine quintuplo longiores.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Alb. ſemine paulo anguſtius, carnoſum, album.

Emb. longitudine albuminis, inverſus, lacteus. *Cotyl.* oblongo-ellipticæ, tenues. *Rad.* teretiuſcula, longa, ſupera.

*

*.) Folliculi horizontaliter patentes, naturalibus dimidio minores. a.) Folliculus ſingulus magnitudine naturali. b.) Idem longitudinaliter apertus, cum ſitu ſeminum. c.) Receptac. e baſi folliculi eruendum. d.) Semen integrum. e.) Idem diſſectum. f.) Albumen denudatum. g.) Idem diſſectum, cum ſitu & figura Embryonis.

DCLXXXVI. NE-

DCLXXXVI. NERIUM. Tourn. *inst.* t. 374. Linn. *gen.* 297.

Calyx quinquefidus. Cor. infundibuliformis: limbo quinquepartito: fauce lacinulis coronata. Stam. quinque. Ovar. duo, supera, in stylum simplicem coadunata. Folliculi duo. Receptac. nullum. Semina suturæ dehiscenti affixa, crinita.

Nerium zeylanicum. Tab. 117. fig. 4.

Apocynum arborescens, nerii flore, minus. Burm. *Zeyl.* 23. *t.* 12. *f.* 2.

Nerium foliis lanceolatis oppositis, ramis rectis. Linn. *syst. veg.* 253.

E collect. sem. hort. lugdb.

Per. Folliculi duo, coriacei, extus subtilissime striati, fumosi, intus glaberrimi, albicantes, fusiformes, uniloculares, interno latere dehiscentes.

Rec. nullum; semina, basi sua, suturis folliculorum utrinque affixa, deorsum pendula, ut crinitus vertex fundum pericarpii respiciat!

Sem. numerosa, fusiformia, rugosula, cinerascentia, crinita. Crines simplices, sericeo-albicantes, semine quadruplo longiores.

Int. duplex: *exterius* crassiusculum, herbaceum, molle, ut forsan in recenti fructu baccatum? *interius* membranaceum, tenuissimum, diaphanum.

Alb. nullum.

Emb. semini conformis, inversus, roseo colore tinctus. *Cotyl.* foliaceæ, cordatæ, sigmoideo plicatæ & convolutæ. *Rad.* teretiuscula, rubro sanguinea, supera, s. apicem folliculi respiciens.

*

a.) Folliculi integri. b.) Iidem explicati & truncati, cum situ naturali seminum. c. C.) Semen, parte sua inferiore crinitum. D.) Ejus sectio transversalis. e.) Embryo seminis membrana interna vestitus. F.) Idem denudatus. G.) Cotyledones transversim dissectæ. H.) Embryo in aqua explicatus & auctus.

DCLXXXVII. VINCA. Linn. *gen.* 295. Pervinca. Tourn. *inst.* t. 45.

Calyx quinquefidus. Cor. infundibuliformis: limbo quinquepartito; fauce nuda. Stam. quinque. Ovar. duo supera, in stylum simplicem communem desinentia. Folliculi duo, semibiloculares. Rec. nullum. Semina dissepimento affixa, calva.

Vinca rosea. Tab. 117. fig. 5.

Vinca foliis oblongo ovatis integerrimis, tubo floris longissimo, caule ramoso fruticoso. Mill. *ic.* t. 186.

Vinca

Vinca caule frutescente erecto, foliis ovato oblongis, petiolis basi bidentatis, floribus geminis sessilibus. LINN. *syst. veg.* 252.

PER. Folliculi duo, parvi, teretes, subclavati, striati, pubescentes, semibiloculares, latere interno dehiscentes. Dissepimentum angustum, duplicatum, ex sutura introrsum plicata enatum.

REC. nullum; semina dissepimento utrinque longitudinaliter affixa.

SEM. plura, sedecim ad viginti in singulo folliculo, parva, ovata, supra acuminata, hinc sulcata & tuberculis acutis scabrata, inde in medio glabra atque papillula umbilicali notata, e castaneo - fusca aut nigricantia, calva.

INT. simplex, membranaceum, aut subcoriaceum.

ALB. carnosum, crassum, aqueo - pallidum.

EMB. minutulus, subovatus, lutescens, in vertice albuminis positus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* supera.

*

a. b.) Folliculi integri & dehiscens. c. D.) Dissepimentum cum insertione seminum. e. E. f. F.) Semina ab utroque latere spectata. G.) Seminis & albuminis sectio transversalis. H.) Albumen verticaliter dissectum, cum situ & figura embryonis. I) Embryo solutus.

DCLXXXVIII. NIGELLA. TOURN. *inst.* t. 134. LINN. *gen.* 685.

Calyx pentaphyllus, foliolis petaloideis. Cor. nulla. Nect. quinque aut plura, bilabiata. Stam. numerosa. Ovar. supera, in stylos simplices desinentia. Capsulæ plures, discretæ aut in unam coadunatæ, rostratæ, introrsum dehiscentes. Sem. numerosa.

NIGELLA sativa. Tab. 118. fig. 1.

Melanthium sativum. CAM. *epit.* 551. BESL. *Eyst. æstiv. II. t. 10. f. 2.* MILL. *ic. t. 187. f. 1.*

Nigella pistillis quinis, capsulis muricatis subrotundis, foliis subpilosis. LINN. *syst. nat.* 506.

PER. Capsula simplex, ovata, rotunde pentagona, stylis persistentibus filiformibus quinquerostrata, punctis callosis sparsis scabrata, quinquelocularis, apice introrsum dehiscens.

REC. nullum; semina gemino ordine longitudinali angulo l. margini centrali dissepimentorum affixa.

SEM. plurima, ovata, versus umbilicum acuminata, costis glabris acutis varie angulata & inter eas rugosa, spadicea, aut fusca.

INT. duplex: *exterius* subcoriaceum, spongiosum, *interius* membranaceum.

ALB.

ALB. ovato-acuminatum, aut ſemini conforme, craſſum, carnoſum, aqueo-pallidum, debili aniſi aut coriandri odore imbutum.

EMB. longitudine dimidii albuminis, lacteus, horizontalis. *Cotyl.* planiuſculæ, breves. *Rad.* longa, recta, centripeta.

*

a. b.) Capſula integra & diſſecta, cum inſertione ſeminum. c. C.) Semina ſeparata integra, & D. E.) Eadem diſſecta. F.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum ſitu Embryonis. G.) Embryo ſeparatus.

NIGELLA damaſcena. ibid.

Nigella hortenſis. BLAKW. *herb. t.* 558. MILL. *ic. t.* 187. *f.* 2.

Nigella floribus involucro folioſo cinctis. LINN. *ſyſt. veg.* 506.

Capſula ſimplex (a. b. c.), ſubgloboſa, filiformi-quinqueroſtrata, quinquelocularis (c.), inflata: loculamentis ſcil. verticaliter, ope membranæ tenuiſſimæ diaphanæ albæ (b. c.) diviſis in concamerationem exteriorem majorem inanem, atque interiorem, minorem, ſeminiferam. Semina in quovis loculo circiter viginti quatuor, ovato-acuminata, coſta ſ. raphe longitudinali in altero latere notata, rugoſa, elevato punctata, atra. Albumen (E. F.) carnoſum, craſſum, aqueo-pallidum, vix aut plane non odoratum. Embryo (F. G.) luteſcens. Cotyledones ſubfoliaceæ. Radicula teretiuſcula, centripeta.

NIGELLA orientalis. ibid.

Nigella chalepenſis lutea, corniculis longioribus. MORIS. *hiſt.* 3. *S.* 12. *t.* 18. *f.* 11.

Nigella piſtillis denis corolla longioribus. LINN. *ſyſt. veg.* 506.

Capſula compoſita (a. b.) ex capſulis leguminoſis (c. d.), partialibus, octonis aut denis, ultra medium ſuæ longitudinis inter ſe inferne connatis, ſuperne vero liberis atque modice ab invicem divergentibus, hinc rugoſis atque ang-latis, inde compreſſis & glabris, in roſtrum quoque compreſſum deſinentibus, atque ſutura ſua interna dehiſcentibus. Semina (d. e. f.) rotunda compreſſa, fuſca, lato margine membranaceo cincta. Albumen (G. H.) ſeminis margine multo anguſtius, carnoſum, pallidum, inodorum. Embryo (H. I.) ſubcompreſſus, linearis, lacteus. Cotyl. breves. Radic. re- centripeta.

DCLXXXIX. GARIDELLA. TOURN. *inſt. t.* 430. LINN. *gen.* 571.

Calyx pentaphyllus, petaloideus. Cor. nulla, niſi calycem velis. Nect- quinque, bilabiata, bifida. Stam. decem. Ovar. ſupera. Styli ſimplices. Capſulæ tres, coadunatæ, uniloculares, bivalves. Sem. plura.

GAR-

GARIDELLA Nigellaſtrum. Tab. 118. fig. 2.

Nigella cretica, folio foeniculi. MORIS. *hiſt. 3. S. 12. t. 18. f. 6.*

Nigellaſtrum raris & foeniculaceis foliis. MAGNOL. *hort. 143. ic. 143.*

Garidella. LINN. *ſyſt. veg. 426.*

PER. Capſulæ tres, oblongæ, acuminatæ, introrſum compreſſæ, uniloculares, bivalves, ita inter ſe coadunatæ, ut capſulam ſimplicem, trilocularem & trivalvem mentiantur.

REC. nullum; ſemina ſuturæ valvularum centrali gemino ordine affixa.

SEM. plura, duodena circiter in ſingulo loculamento, ovato-acuminata, coſta longitudinali in altero latere notata, rugoſa, atra, aut fuſca.

INT. duplex: *exterius* coriaceo ſpongioſum; *interius* membranaceum, album chalaza ferruginea notatum.

ALB. carnoſum, craſſum, aqueo-pallidum.

EMB. longitudine dimidii albuminis, horizontalis, albus. *Cotyl.* ſubfoliaceæ. *Rad.* teretiuſcula, relative centripeta.

*

a. b.) Capſulæ coadunatæ integræ & dehiſcentes. C.) Earundem ſectio transverſalis. d.) Valvulæ duarum contiguarum capſularum inter ſe coadunatæ cum inſertione ſeminum. e. E. f. F.) Semina ſeparata, integra & diſſecta. G.) Embryonis ſitus in albumine. H.) Idem ſolutus.

DCXC. AQUILEGIA. TOURN. *inſt. t.* 242. LINN. *gen.* 684.

Calyx nullus, niſi corollam velis. Cor. pentapetala. Nectar. quinque, calcarata. Stam. numeroſa. Squamæ decem, plicatæ, inter ſtamina atque ovaria. Ovar. ſupera. Styli ſimplices. Capſulæ quinque, læguminoſæ, roſtratæ. Sem. plura, lucida.

AQUILEGIA vulgaris. Tab. 118. fig. 3.

Aquilegia. BLAKW. *herb. t. 409.* OED. *flor. dan. t. 695.*

Aquilegia foliis trilobatis, lobis petiolatis tripartitis ſubrotundis obtuſe dentatis. HALL. *hiſt. n. 1195.*

Aquilegia nectariis incurvis. LINN. *ſyſt. veg. 505.*

PER. Capſulæ quinque, baſi tantum connexæ, nervis elevatis reticulatæ, erectæ, teretiuſculæ, ſupra in roſtrum filiforme attenuatæ, uniloculares, latere interno dehiſcentes.

REC. nullum; ſemina duplici ſerie ſuturæ dehiſcenti affixa.

SEM. numeroſa, ovata, altero latere coſta longitudinali notata, glabra, atra, ſplendentia. Umbilicus emarginatus.

INT. duplex: *exterius* chartaceum, aridum, fragile; *interius* membranaceum, pallidum, chalaza ferruginea notatum.

ALB.

Alb. carnosum, duriusculum, pallidum.

Emb. exiguus, in extremitate albuminis umbilicali locatus, albicans. Cotyl. compressæ, brevissimæ. *Rad.* teretiuscula, relative centripeta.

*

a.) Fructus integer. b.) Capsula separata, dehiscens, cum insertione seminum. c. C.) Semen solutum. D.) Seminis & albuminis sectio longitudinalis cum situ & figura embryonis. E.) Embryo separatus.

DCXCI. CALTHA. Linn. *gen.* 703. Populago. Tourn. *inst. t.* 145.

Calyx nullus. Cor. pentapetala. Stam. numerosa. Ovar. supera. Styl. nulli. Stigm. sessilia. Capsulæ quinque ad decem, compressæ, patentes, uniloculares. Sem. plura.

Caltha palustris. Tab. 118. fig. 4.

Caltha palustris. Besl. *Eyst. hyem. t. 4. f. 2. vern. VII. t. 5. f. 1.* Oed. *fl. dan. t. 668.*

Caltha. Linn. *syst. veg. 519.* Hall. *hist. n. 1188.*

Per. Capsulæ sex ad quindecim, in capitulum collectæ, erecto - vel si pauciores fuerint, horizontali - patentes, compressæ, extrorsum curvatæ, acuminatæ, uniloculares, latere superiore dehiscentes.

Rec. nullum; semina valvularum suturæ, gemino ordine, affixa.

Sem. plura, circiter quindecim, ovata, aut ovato - oblonga, glabra, rufescentia, costa longitudinali, in crassum verticis tuberculum desinente, ab altero latere notata.

Int. duplex: *exterius* chartaceo - coriaceum, substantia fungosa alba in vertice seminis farctum; *interius* membranaceum, tenuissimum, fuscum.

Alb. carnosum, semine paulo brevius, album.

Emb. minutus, ovatus, lacteus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* crassa, relative centripeta.

*

a.) Fructus integer. b. c.) Capsula separata, integra & dehiscens. d. D.) Semina sola. E. F.) Seminis sectio longitudinalis atque transversalis, cum situ embryonis. G.) Embryo separatus.

DCXCII. TROLLIUS. Linn. *gen.* 700.

Cal. nullus. Cor. polypetala. Nectar. novem, linearia. Stam. numerosa. Ovaria plura, supera. Styl. nulli. Stigm. acuminata. Capsulæ plures, in capitulum collectæ. Sem. plura.

Tr…

Trollius europæus. Tab. 118. fig. 5.

Ranunculus flore globoso. Dod. *pempt.* 427. Cam. *epit.* 385. Oed. *flor. dan.* t. 133.

Trollius corollis conniventibus, nectariis longitudine staminum. Linn. *syst. veg.* 518.

Per. Capsulæ leguminosæ plures, supra triginta, in capitulum collectæ, teretiusculæ, incurvæ, nervis transversalibus notatæ, apice mucronatæ, uniloculares, latere interno dehiscentes.

Rec. nullum: semina suturæ dehiscenti affixa.

Sem. plura, circiter duodecim in singula capsula, parva, angulata, atra, glabra.

Int. duplex: chartaceum, aridum; atque membranaceum, tenuissimum.

Alb. semini conforme, carnosum, album.

Emb. minutus, subglobosus, niveus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* relative centripeta.

*

a.) Fructus integer. b. B. C) Capsula separata, integra & dehiscens. d. D.) Semina soluta. E. E.) Seminis sectio transversalis atque longitudinalis. G.) Embryo solutus.

DCXCIII. RHEUM. Linn. *gen.* 506. Rhabarbarum. Tourn. *t.* 18.

Cal. nullus. Cor. monopetala, sexfida: laciniis alternis majoribus. Stam. novem. Ovar. superum. Stigm. tria, plumosa. Sem. unicum, nudum, triquetro - alatum. Embryo centralis, rectus: radicula extra albumen porrecta.

Rheum palmatum. Tab. 119. fig. 1.

Rhabarbarum sinense. Blakw. *herb.* t. 600. a. b. optime.

Rheum foliis palmatis acuminatis. Linn. *fasc.* t. 4. *syst. veg.* 385.

Per. nullum, nisi seminis integumentum externum.

Rec. nullum.

Sem. unicum, ovato-ellipticum, apice & basi emarginatum, triquetrum: lateribus subscrobiculatis, rugosis; angulis alatis, membranaceis, glabris.

Int. duplex, membranaceum: *exterius* spadiceum, in alas ampliatum; *interius* saturate rufescens, albumini adnatum.

Alb. ovato - pyramidatum, triquetrum, embryone brevius, s. ad radiculæ sedem deficiens, farinosum, bipartitum, niveum.

Emb. inversus, rectus, centralis, albus. *Cotyl.* ovato - oblongæ, leviter concavæ. *Rad.* subulata, extra albumen porrecta, supera.

 a. A.) Semen

*

a. A.) Semen in situ pendulo. b.) Albumen denudatum. C.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ cotyledonum. d.) Embryo solutus.

Rheum compactum. ibid.

Rheum foliis cordatis glabris marginibus sinuatis, spicis divisis nutantibus. Mill. *ic. t. 218.*

Rheum foliis sublobatis obtusissimis glaberrimis lucidis dentatis. Linn. *l. c.*

Semen (a. A.) rotundato-cordatum, triquetrum: lateribus elevato-punctatis, fusco-viridibus, lucidis; angulis membranaceis, striatis, ferrugineis. Albumen (b. C.) & Embryo (d.) ut in præcedenti.

Rheum undulatum. ibid.

Rheum foliis subvillosis. Linn. *amoen. 3. p. 212. t. 4.*

Rheum foliis subvillosis, petiolis æqualibus. Linn. *syst. veg.* l. c.

Semen (a. A.) ovato-pyramidatum, triquetrum: lateribus obsolete striatis, ferrugineo-fuscis; angulorum alis angustis, undulatis, e luteo-rufescentibus. Albumen (b. C.) farinosum, profunde sulcatum, ad radiculæ sedem late deficiens. Embryo (d.) ut in præcedentibus.

DCXCIV. RUMEX. Linn. *gen.* 451. Lapathum. Tourn. *inst. t.* 287.

Cal. hexaphyllus, foliolis tribus majoribus, persistentibus, sæpe globuliferis. Cor. nulla. Stam. sex. Ovar. superum. Styl. tres. Semen tectum, triquetrum. Embryo periphericus.

Rumex Patientia. Tab. 119. fig. 2.

Lapathum sativum. Dod. *pempt. 648.* Blakw. *herb. t. 489.*

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis; unica granifera, foliis ovato-lanceolatis. Linn. *syst. veg. 346.*

Per. nullum; calycis valvulæ majores, ovatæ, integerrimæ, venoso reticulatæ, quarum unica granifera, semen obtegunt.

Rec. nullum.

Sem. unicum, ovato-acuminatum, acutissime triquetrum, spadiceum, lucidum.

Int. duplex: *exterius* coriaceo-chartaceum; *interius* membranaceum.

Alb. semini conforme, farinosum, candidum.

Emb.

Emb. periphericus, inverſus, curvatus, albus. *Cotyl.* lineares, incumbentes, juxta baſin albuminis inflexæ. *Rad.* teretiuſcula, ſupera, ultra albumen porrecta.

*

a. b.) Calycis valvulæ cum ſua glandula ad baſin. c.) Semen denudatum integrum. D.) Ejusdem ſectio transverſalis. E.) Embryo ad latus albuminis poſitus.

Rumex obtuſifolius. ibid.

Lapathum. Cam. *epit. 228.*

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis obtuſiuſculis crenulatis. Linn. *ſyſt. veg. 347.*

Calycis maturi valvulæ majores (a. b.) ſubferrugineæ, cordatæ, reticulatæ, profunde & tenuiter dentatæ, omnes graniferæ. Semen (c.) triquetrum, ſpadiceum, ſplendens. Albumen ut in præcedenti. Embryo (D.) unilateralis, teretiuſculus, leviſſime curvatus, inverſus, albus.

Rumex ſanguineus. ibid.

Lapathum rubens. Dod. *pempt. 650.* Cam. *epit. 229.* Blakw. *herb. 492.*

Rumex floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis: unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. Linn. *ſyſt. veg. 346.*

Calycis maturi valvulæ majores (a. b.) ferrugineæ, ovatæ, integerrimæ, parvæ, nunc graniferæ omnes, nunc duæ tantum, nunc & unica ſola: granum autem unum reliquis conſtanter majus, & fuſco rubrum. Semen (c.) parvulum, fuſcum, lucidum. Embryo (D.) lateralis, vix autem leviſſime curvatus.

Rumex ſpinoſus. ibid.

Beta cretica ſemine aculeato. Bauh. *prodr. 57.* c. ic. Bauh. *hiſt. 2. p. 963.* c. ic.

Rumex floribus androgynis: calycibus femineis monophyllis: valvulis exterioribus reflexo-uncinatis. Linn. *ſyſt. veg. 347.*

Involucrum femineum ſuberoſum, monophyllum, ſubpyramidatum (a), ſcrobiculato-reticulatum, ſpinis tribus reflexis pungentibus ad apicem armatum. Semen (b.) ovato acuminatum, ſuperne triquetrum, inferne autem rotundatum & in baſi, lata cicatrice umbilicali notatum, flaveſcens, ſplendens. Albumen (c. d. e.) farinoſum, centrale. Embryo (f.) linearis, albus, periphericus, annuli adinſtar totum albumen ambiens. *Cotyl.* longiſſimæ, planæ, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, brevis, ſupera.

Rumex bucephalophorus. ibid.

– *Acetosa, ocymi folio, bucephalophoros.* Colum. *ecphr. 1. p. 151. t. 150.*

Rumex floribus hermaphroditis: valvis dentatis nudis, pedicellis planis reflexis incrassatis. Linn. *syst. veg. 347.*

Calycis maturi (a. A.) pedunculus crassus, compressus, recurvatus, semicanaliculatus. Valvulæ *exteriores* minimæ, reflexæ, pedunculo appressæ; *interiores* multo grandiores, subtriangulares, setaceo dentatæ & ad basin glandula planiuscula retroversa munitæ. Semen (b.) parvum, spadiceum, lucidum. Embryo (C.) unilateralis, rectiusculus, inversus.

Rumex digynus. ibid.

Acetosa rotundifolia alpina. Bauh. *prod. 114.* Oed. *flor. dan. t. 14.*

Rumex floribus hermaphroditis digynis. Linn. *syst. veg. 347.*

Calycis maturi (a. A. B.) foliola quatuor inæqualia, libera, reflexa, minora: duo reliqua, majora, rotundata, erecta, semini arcte adnata, & circa illud latum marginem membranaceum (A. B.) formantia. Semen (c. C.) ovato-acuminatum, compressum, sulco elevato longitudinali utrinque in medio exaratum, ferrugineo-rubrum. Albumen (D.) embryone brevius, farinosum, bipartitum. Embryo (E.) in axi seminis positus, albumen dispertiens.

Affatim hæc a reliquis Rumicis speciebus differt, ut proprium *Oxyriæ* nomen recte ei fecerit Hillius. *Veget. syst. X. p. 24.*

DCXCV. PERSICARIA. Tovara. Adans.

Calyx monophyllus, quadrifidus, persistens. Cor. nulla. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. duo, filiformes. Semen nudum, lenticulare. Embryo unilateralis: cotyledonibus accumbentibus!

Persicaria virginiana. Tab. 119. fig. 3.

Persicaria frutescens maculosa virginiana, flore albo. Moris. *hist. 2. p. 589.*

Polygonum floribus pentandris semidigynis, corollis quadrifidis inæqualibus, foliis ovatis. Linn. *syst. veg. 377.*

Per. nullum, nisi seminis integumentum crustaceum velis.

Rec. nullum; semen fundo calycis adnatum.

Sem. unicum, ovatum, lenticulari compressum, glaberrimum, lucidum, pallide castaneum.

Int. duplex: *exterius* crustaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceum, chalaza ferruginea in basi notatum.

Alb. carnosum, aqueo-pallidum.

Emb.

EMB. unilateralis, inverſus, albicans. *Cotyl.* ovato-lanceolatæ, foliaceæ, accumbentes, alterum albuminis latus rima verticali ſecantes. *Rad.* teretiuſcula, ad angulum obtuſum cum cotyledonibus commiſſa, ſupera.

*

a. G.) Calyx maturus ſemen fovens. b.) Semen denudatum integrum. c.) Idem transverſe ſectum. d.) Albumen decorticatum, cum ſua chalaza. e. E.) Embryonis ſitus in altero albuminis margine. F.) Embryo ſolutus.

DCXCVI. ATRAPHAXIS. LINN. *gen.* 449.

Calyx tetraphyllus: foliolis duobus exterioribus, lineari-lanceolatis; duobus interioribus ſubrotundis, maximis, per maturitatem ſemen occultantibus. Cor. nulla. Stam. ſex. Ovar. ſuperum. Stigmata duo, capitata. Semen nudum, lenticulare. Embryo unilateralis: cotyledonibus incumbentibus.

ATRAPHAXIS ſpinoſa. Tab. 119. fig. 4.

Atriplex orientalis, frutex aculeatus, flore pulchro. BUXB. *cent. 1. p. 19. t. 30.* DILL. *elth. 47. t. 40.*

Atraphaxis ramis ſpinoſis. LINN. *ſyſt. veg.* 345.

PER. nullum. Calyx perſiſtens ſemen obtegit.

REC. nullum.

SEM. unicum, ovato-acuminatum, compreſſum, in marginem acutiſſimum ſubundulatum deſinens, cetera glabrum, lucidum, ſpadiceum.

INT. duplex: *exterius* chartaceum, tenue, facile ſecedens; *interius* membranaceum, ferrugineum, chalaza atra in baſi notatum.

ALB. ſemini conforme, farinoſum, candidiſſimum.

EMB. unilateralis, teretiuſculus, inverſus, ſublutеſcens. *Cotyl.* lineares, incumbentes, longæ, ſecundum ſeminis marginem curvatæ. *Rad.* teretiuſcula brevis, ſupera.

*

a. b.) Calyx ſemen obtegens. c.) Semen denudatum integrum. D.) Idem diſſectum. e.) Albumen decorticatum. F.) Embryonis ſitus in albumine. G.) Embryo denudatus.

DCXCVII. POLYGONUM. TOURN. *inſt. t.* 290. LINN. *gen.* 495.

Calyx pentaphyllus, foliolis per maturitatem æqualibus aut inæqualibus, coloratis aut excoloribus, ſed conſtanter a ſemine liberis. Cor. nulla, niſi calycem velis. Stam. octo. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Semen nudum, ſæpius trigonum. Embryo unilateralis, cotyledonibus incumbentibus.

POLY-

POLYGONUM frutefcens. Tab. 119. fig. 5.

Polygonum fruticofum, petalis duobus exterioribus reflexis. GMEL. *fibir.* 3. t. 11. *f.* 1. 2.

Polygonum caule fruticofo, calycinis foliolis duobus reflexis. LINN. *fyft. veg.* 376.

PER. nullum, nifi exteriorem feminis cruftam velis.

REC. nullum; femen fundo calycis affixum.

SEM. unicum, ovato acuminatum, triquetrum, lucidum, e caftaneo nigricans.

INT. duplex: *exterius* cruftaceo - coriaceum; *interius* membranaceum, rufum.

ALB. farinofum, candidiffimum.

EMB. unilateralis, teretiufculus, inverfus, lacteus. *Cotyl.* breves, curvatæ, incumbentes. *Rad.* longa, fupera.

*

a.) Calyx maturus, femen obtegens. b.) Semen denudatum, integrum. c.) Idem diffectum. D.) Albumen decorticatum. E.) Embryonis in albumine fitus. F.) Embryo folutus.

POLYGONUM orientale. ibid.

Perficaria orientalis, nicotianæ folio, calyce florum purpureo. TOURN. *act. gall.* 1703. *edit. germ. p.* 365. *t.* 9. COM. *rar. t.* 43. MILL. *ic. t.* 201.

Polygonum floribus heptandris digynis, foliis ovatis, caule erecto, ftipulis hirfutis hypocrateriformibus. LINN. *fyft. veg.* 377.

Calyx (a) quinquefidus, æqualis. Stam. 6. l. feptem. Glandula lutea ad bafin finguli ftaminis. Semen (b. c.) fubglobofum, in utroque latere compreffiufculum, nigrum, fplendens. Integum. *exterius* cruftaceum, durum, fubfragile; *interius* rubro ferrugineum, cum chalaza fufca in bafi. Albumen (D) farinofum. Embryo (C. E. F.) unilateralis arcuatus inverfus, lutefcens.

Crufta feminis exterior in variis Polygoni fpeciebus fatis craffa atque dura eft, ut pro Pericarpio nucamentaceo haberi poffit.

DCXCVIII. FAGOPYRUM. TOURN. *inft. t.* 290.

Calyx quinquefidus, perfiftens, femine multoties brevior. Cor. nulla. Stam. octo. Ovar. fuperum. Styl. tres. Semen nudum, triquetrum. Embryo centralis, cotyledonibus foliaceis, transverfim flexuofis.

FAGOPYRUM tataricum. Tab. 119. fig. 6.

Fagotriticum fibiricum. LINN. *act. holm.* 1744. *edit. germ. p.* 105. *t.* 4.

Polygonum foliis cordato fagittatis, caule inermi erecto, feminibus fubdentatis. LINN. *fyft. veg.* 378.

PER.

Per. nullum, nisi seminis crustam velis.

Rec. nullum.

Sem. unicum, triquetrum, basi cordatum, apice pyramidato-mucronatum, ad angulos dentatum aut repandum, sordide cinereum.

Int. duplex: *exterius* crustaceum s. nucamentaceum; *interius* membranaceum, basi chalaza fusca notatum.

Alb. cordato-pyramidatum, triquetrum, bipartitum, farinosum.

Emb. centralis, inversus, lutescens. *Cotyl.* magnitudine fere albuminis, foliaceæ, tenuissimæ, transversim flexuosæ. *Rad.* attenuata, brevissima, supera.

*

a.) Semina integra. b.) Albumen denudatum. C.) Idem transverse sectum, a cotyledonibus bipartitum. d. D.) Embryo denudatus. E.) Cotyledones transversim sectæ.

DCXCIX. URTICA. Tourn. *inst. t.* 308. Linn. *gen.* 1054.

Flores sexu distincti, in eadem vel in separata stirpe. MAS. Cal. tetraphyllus. Cor. nulla. Nectar. centrale, cyathiformi. Stam. quatuor. FEM. Cal. bivalvis. Cor. nulla. Ovar. superum. Stigma sessile. Sem. unicum, liberum, nitidum.

Urtica divica. Tab. 119. fig. 7.

Urtica urens altera. Dod. *pempt. 151.* Blakw. *herb. t. 12.* mas. Oed. *flor. dan. t. 746.*

Urtica foliis oppositis cordatis, racemis geminis. Linn. *syst. veg. 549.*

Per. nullum; calycis valvulæ semen complectuntur.

Rec. nullum.

Sem. unicum, parvum, ovato attenuatum, lenticulari compressum, nitidum, pallide albicans.

Int. duplex: chartaceum, basi foramine umbilicali pertusum; & membranaceum, tenuissimum, pallidum.

Alb. carnosum, modice crassum, albicans.

Emb. longitudine albuminis, inversus, niveus. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ. *Rad.* cylindrica, recta, supera.

*

a.) Racemulus frugifer. b. B.) Semen calyce conclusum. c. C.) Idem denudatum. D.) Idem transverse sectum. E.) Ejusdem sectio longitudinalis cum situ & figura embryonis intra albumen. F.) Embryo solutus.

DCC. PA-

DCC. PARIETARIA. TOURN. *inst. t.* 289. — LINN. *gen.* 1152.

Flores duo hermaphroditi atque unicus femineus intra involucrum commune hexaphyllum. HERM. Cal. quadrifidus persistens. Cor. nulla. Stam. quatuor. Ovar. superum. Stigma penicilliforme. FEM. Cal. Cor. & Ovar. ut in hermaph. Semen utrinque unicum, calyce maturo clausum, subpedicellatum, nitidum.

PARIETARIA judaica. Tab. 119. fig. 8.

Parietaria foliis ovato lanceolatis subhirsutis. HALL. *hist. n. 1613.*

Parietaria foliis ovatis, caulibus erectis, calycibus trifloris, corollis masculis elongato cylindricis. LINN. *syst. veg. 908.*

PER. nullum; calyx maturus, clausus, semen laxe complectitur & occultat.

REC. nullum, nisi tuberculum velis minutulum in basi seminis, cujus, tanquam pedicelli ope, cum fundo calycis connectitur.

SEM. unicum, ovatum, sursum angustatum, lenticulari-compressum, glabrum, nitidum, atrum, basi papillula umbilicali alba insignitum.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum.

ALB. carnosum, aqueo-pallidum.

EMB. albumine paulo minor, inversus, lacteus. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ. *Rad.* cylindrica, recta, supera.

*

a. A.) Flores hermaphroditi laterales & femineus solitarius (c. C.) communi involucro 6-l 8phyllo comprehensi. B. D.) Calyx maturus floris hermaphroditi, clausus & apertus. E. Calyx floris feminei apertus. f. F.) Semen separatum integrum. G.) Idem transverse dissectum. H.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ & figura embryonis intra albumen. I.) Embryo separatus.

CENTU-

CENTURIA OCTAVA.

DCCI. CLEOPHORA. Lantania. Juss. *p.* 39.

Flores sexu distincti in separatis caudicibus. MAS. Spatha polyphylla, foliolis imbricatis. Spadix ramosus, ramis apice digitato-partitis subcylindricis. Cal. sexpartitus, laciniis exterioribus minoribus. Stam. sedecim, basi coalita. (*ex Juss.*) FEM. Spatha . . . Spad. . . . Cal. hexaphyllus. Bacca globosa, unilocularis, tripyrena. Alb. corneum, solidum. Embr. in vertice seminis.

Cleophora lontaroides. Tab. 120. fig. 1.

Lantanier rouge de l'isle de France. A Cl. Hermann. Prof. arg.

Per. Bacca globosa, obsolete trigona, glabra, unilocularis. Cortex coriaceus, tenuis, per ætatem fragilis & fere crustaceus. Pulpa succulenta, fugax, in scorias membranaceas pyrenis adhærentes exarescens, absque ullo fibrarum aut dissepimentorum vestigio. Officula tria, crustacea, tenuia, hinc convexa & obsoletissime striata, inde angulata, glabriuscula, extus spadiceo-fusca, intus ferrugineo-ochracea, monosperma.

Rec. nullum.

Sem. in singulis officulis singula, subelliptica, crassa, subtilissime & tremula quasi manu striata, luteo-ochracea, pulverulenta, hinc convexiuscula, inde obsoletissime angulata, inferne in brevem mucronem desinentia, superne autem Papillula embryonitega paulo retro verticem notata.

Int. simplex, subcrustaceum, tenue, albumini pertinacissime adnatum.

Alb. semini conforme, corneum, durissimum, prope peripheriam aqueo-glaucum & transparens, in medio autem album, opacum atque rima transversali, vix perceptibili, incisum.

Emb. monocotyledoneus, teretiusculus, e basi latiuscula conice attenuatus, lacteus, inversus, in albuminis vertice positus.

*

a. b.) Bacca integra & transversim secta. c.) Officulum separatum, integrum, a dorso spectatum. d.) Idem dissectum, cum situ seminis. e. f.) Semen denudatum & ab utraque parte spectatum. g.) Albumen transverse dissectum. h.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum embryone (i) in situ naturali. l.) Embryo solutus & auctus.

DCCII. HYOPHORBE.

Flores . . . . Spatha . . . . Bacca monoſperma. Albumen cartilagineum ſolidum. Embryo in vertice ſeminis.

HYOPHORBE indica. Tab. 120. fig. 2.

Palmier de l'isle de Bourbon. A Cl. HERM. Prof. argent.

PER. Bacca ovata, deorſum attenuata & in pedunculum brevem elongata, carnoſo-fibroſa, unilocularis. Cuticula membranacea, tenuis, nigricans aut fumoſa. Caro pauciſſima, fibris capillaribus creberrime anaſtomoſantibus intertexta, ſemini arcte adhærens.

REC. nullum.

SEM. unicum, elliptico-globoſum, glabrum, e caſtaneo-fuſcum, inferne in breviſſimum mucronem deſinens, in vertice autem Papillula embryonitega inſignitum.

INT. ſimplex, ſubcruſtaceum, albumini arctiſſime adnatum.

ALB. ſemini conforme, ſolidum, niveum, cartilagineo-coriaceum & digitorum preſſioni pauliſper cedens.

EMB. monocotyledoneus, ſubpyramidatus, inverſus, luteſcens, in vertice albuminis poſitus.

*

a. a.) Bacca integra, longius breviusve pedunculata. b.) Ejusdem atque ſeminis ſectio tranverſalis. c.) Semen denudatum. d.) Idem verticaliter diſſectum. e.) Embryo in ſitu naturali. f.) Idem ſolutus & ab aqua tumefactus.

SAGUS. vid. Cent. I. p. 27.

SAGUS farinifera. Tab. 120. fig. 3.

Sagus longiſpina. RUMPH. *amb. I. p. 75.* ob magnitudinem fructus. A Cl. HERMANN.

Bacca (a) forma & magnitudine ovi gallinacei minoris, ſtylo ſubulato cartilagineo ſolido terminata atque ſcutis cartilagineis haſtato-cordatis biſulcis lævigatiſſimis deorſum imbricatis ac læte xerampelinis loricata, exſucca, tenuis, unilocularis. Rec. nullum. Semen unicum (b. c. d.) grande, ovato-globoſum, inferne leviter mucronatum. Integum. *exterius* (b.) membranaceo-ſpongioſum, ad baſin ſeminis (c.) incraſſatum, ochroleucum; *interius*, (c. d.) ſubcruſtaceum, tenue, obſolete tuberculatum, e caſtaneo-fuſcum, albumini arctiſſime adnatum. Albumen (d.) cartilagineum, ex albo & ferrugineo eleganter ruminatum. Papilla embryonitega (e) ampla, depreſſa, in latere ſeminis. Embryo (f. F.) horizontalis, pyramidatus, lacteus.

Sagus a Calamo differt: ſemine ſolitario, nec trigemino; & embryone laterali, nec baſilari.

DCCIII. RE-

DCCIII. RETINARIA.

Flos . . . Capſulæ tres, uniloculares, in fructum triquetrum & trialatum coadunatæ. Semina ſolitaria, cartilaginea, lucida.

RETINARIA ſcandens (*volubilis in Icon.*) Tab. 120. fig. 4.

Arbriſſeau grimpant de l'isle de France. A Cl. HERMANN.

PER. Capſulæ tres, ope corticis communis in Fructum triquetrum, rotunde trialatum ac trifariam dehiſcentem coadunatæ. Cortex tenuis, ex epidermide fugaci & reticulo fibroſo capſularum dorſo incumbenti compoſitus. Capſulæ partiales cruſtaceæ, duriuſculæ, ad utrumque ſuum marginem in alam rotundatam, ſuberoſam & ſebi adinſtar fragilem ampliatæ, hinc depreſſiuſculæ, albæ, inde angulatæ & ferrugineo-ſphacelatæ, uniloculares, evalves.

REC. *commune* in axi fructus poſitum, ſexfidum, filiforme: filis per paria junctis, ſecundum angulum ventralem capſularum adſcendentibus, deinde vero in earundem dorſum reflexis atque fibroſum rete formantibus, cujus ope capſulæ in ſitu pendulo poſt dehiſcentiam fructus ſuſtinentur; *proprium* nullum, præter cicatriculam in fundo loculamentorum, cui ſemina affixa ſunt.

SEM. ſolitaria, ovata, deorſum anguſtata, compreſſiuſcula, dura, ſaturate caſtanea, lucida, rimula umbilicali transverſali in baſi notata.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, craſſum, durum, ex fibris contiguis horizontalibus, inſtar gypſi ſtriati, compaginatum; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, fuſcum.

ALB. carnoſum, modice craſſum, pallidum, ſed ab aqua emollitum niveum.

EMB. magnitudine fere albuminis, erectus, dicotyledoneus, luteſcens. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ, tenues. *Rad.* teretiuſcula, brevis, infera.

*

a.) Fructus integer. b.) Idem transverſe diſſectus. c.) Receptac. retiformia. d.) Capſulæ partialis latus dorſale. e.) Ejusdem facies ventralis. f. F.) Semina ſeparata. G.) Teſta ſeminis transverſim ſecta. H.) Albumen integrum. I. K.) Idem transverſaliter atque longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura Embryonis.

Refert ita Dioſcoreæ fructum, ut ab externa ſimilitudine deceptus, ſingulariſſimam ejus fabricam internam ſcrutari neglexiſſem, niſi id caſu fuiſſet factum.

DCCIV. APEIBA. AUBL. Aubletia. SCHR. *gen.* 889.

Calyx quinquepartitus. Cor. pentapetala, unguiculata, fimbriata. Stam. numeroſa. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, ſtigmate perforato, denticulato.

lato. Bacca corticata, plurilocularis, foramine in basi dehiscens. Sem. numerosa, nidulantia.

Apeiba hispida. Tab. 121. fig. 1.

Apeiba foliis ovatis subtus incanis, floribus racemosis luteis. Aubl. *guian.* 543. *t.* 215.

Ex dono Dn. Aiton.

Per. Bacca corticata, dura, orbiculata, depressa, superne umbilicata, inferne foramine rotundo a lapsu pedunculi pertusa, undique spinis mollibus & villosis hispidata, 18 — 20 locularis, e spadiceo-fusca. Cortex coriaceus, crassus. Pulpa mollis, fugax. Dissepimenta membranacea, tenuissima, prope peripheriam integerrima, versus centrum autem deliquescentia & quasi in fibras soluta.

Rec. nullum; semina ita nidulantur intra pulpam, ut suis umbilicis peripheriam respiciant.

Sem. numerosa, irregulariter ovata aut rotundata, compressiuscula, subspadicea, tuberculo umbilicali fusco & foramine exilissimo pertuso in extremitate sua obtusiori notata.

Int. triplex: *extimum* tenuissimum, forsan e pulpa exsiccata; *medium* crustaceum, durum, glabrum, castaneum, sublucidum; *intimum* stramineo pallidum, lata chalaza fusca, prope ipsum umbilicum, notatum.

Alb. carnosum, crassiusculum, candidissimum.

Emb. magnitudine albuminis, niveus. *Cotyl.* obovato-aut rotundato-cordatae, foliaceae, planae. *Rad.* teretiuscula, in contrariam ab umbilico plagam directa.

*

a.) Bacca integra. b.) Ejusdem sectio transversalis. c. C.) Semina separata. D.) Semen transverse sectum. E.) Albumen denudatum integrum. F.) Ejusdem atque embryonis sectio transversalis. G.) Embryo solutus.

Ambigit haec species inter A. *Tibourbou* & *Petoumo* Aubl. cum priori enim longitudine spinarum, & cum posteriori numero loculamentorum congruit.

Apeiba aspera. ibid.

Apeiba fructu rotundo compresso leviter echinato. Aubl. 545. *t.* 216.

Bacca (a) orbiculata, depressa, toris obsoletis octonis l. denis insignita, aculeolis conicis brevibus pubescentibus undique muricata, sordide nigricans aut cinerascenti-fusca. Cortex coriaceus, crassus, durus. Loculamenta 8. l. 10. dissepimentis tenuissimis, per maturitatem laceris. Semina (b. b.) paulo grandiora quam in praecedenti & magis ovato-acuminata, cetera vero respectu umbilici, albuminis (C.) & embryonis (D. E.) prioribus simillima.

Apeiba

APEIBA echinata. ibid.

Ex dono amiciss. Dr. BERKHEY.

Bacca (a) rotundata, umbilicata, depressa, tota atra, absque ullo villorum vestigio. Aculei angulato-pyramidati, ex lata & depressis lineis reticulatis circumscripta basi, in pungentem cuspidem attenuati. Cortex tenuis, durus, sublignosus. Loculamenta 8. l. 10. Semina magnitudine atque forma ut in prima specie.

DCCV. CITRUS. TOURN. *inst. t.* 395. 396. LINN. *gen.* 901.

Calyx quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. viginti aut plura, filamentis varie inter se connatis. Ovar. superum. Styl. simplex. Bacca corticata plurilocularis: pulpa molli vesiculosa. Semina pauca.

CITRUS Medica. Tab. 121. fig. 2.

Citria malus & Limonia malus. BLAKW. *herb. t. 361. 362.*

Citrus petiolis linearibus. LINN. *syst. veg. 697.*

PER. Bacca ovata, superne vel & utrinque mucronata, obsolete rugosa, excavato puncticulata, septem — ad undecimlocularis, pulposa, corticata. Cortex duplex: *exterior* tenuis, flavescens, glandulis miliaribus numerosissimis oleum fragrantissimum fundentibus scatens; *interior* crassior, albus, coriaceo-fungosus. Dissepimenta ex duabus laminis membranaceis tenuissimis atque diaphanis composita, prope axem in stellæ formam connata, juxta peripheriam cortici inserta. Loculamenta farcta carne pulposa, propriis cellulis comprehensa s. vesiculosa & quasi floccosa.

REC. nullum; semina angulo loculamentorum centrali affixa.

SEM. pauca, unum ad quatuor in singulo loculo, subovata, versus umbilicum angustata, lenticulari compressa aut obsolete & varie angulata, ad alterum marginem raphe longitudinali notata, pallida.

INT. duplex: *exterius* coriaceo-chartaceum, diaphanum; *interius* membranaceum, ad alterum latus funiculo umbilicali adnato stipatum, & in obtusiori sua extremitate, latissima chalaza ferruginea notatum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, lutescens. *Cotyl.* carnosæ, plano-convexæ. *Rad.* parva, adscendenti-centripeta.

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem transversim dissecta. c.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum loculamento altero (α.) aperto, altero (β) autem a dissepimenti lamina striata clauso. d.) Semen separatum. e.) Ejusdem membrana interna, cum sua chalaza & funiculo umbilicali. f.) Semen transverse sectum. g.) Embryo denudatus.

Sæpe

Sæpe nucleus in tres, quinque, ſex, lobulos cotyledoneos partitus deprehenditur; quin in Citreo *decumano* non ſemel embryonem in 18—20 ſquamulas ſ. bracteolas cotyledoneas diviſum vidi, quæ facillime a ſe invicem ſecedebant, nec ulla communi radicula erant connexæ. Hujus præternaturalis fabricæ mentionem facit quoque Cl. JUSSIEU. *gen. p. 261.*

DCCVI. CACAO. TOURN. *t.* 444. Theobroma. LINN. *gen.* 900.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. decem, filamentis 5 longioribus ſterilibus, & 5 brevioribus fertilibus: omnibus baſi in urceolum connatis. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca corticata, roſtrata. Semina numeroſa. Embryonis cotyledones multilobæ.

CACAO minus. Tab. 122. fig. 1.

Cacao. SLOAN. *hiſt. jam. 2. p. 15. t. 160.* BLAKW. *herb. t. 373.* TRACT. *anonym. du Cacao & du Sucre. p. 3. t. 1.* bene.

Theobroma foliis integerrimis. LINN. *ſyſt. veg. 696.*

PER. Bacca corticata, ovato-oblonga, roſtrata, glabra aut faſciis verrucoſis longitudinalibus inſignita, unilocularis? per ætatem nigro-fuſca. Cortex ſublignoſus, modice craſſus, intus ſtriis longitudinalibus atque transverſalibus in areolas oblongo-quadrangulas diſcretus. Pulpa per maturitatem a cortice ſponte ſecedens, butyracea; in vetuſto autem fructu, vaſculoſo-ſpongioſa, undique ſemina involvens, omnique diſſepimentorum veſtigio carens.

REC. nullum manifeſtum; ſemina nidulantur intra pulpam.

SEM. numeroſa, viginti & ultra, grandiuſcula, ovata, leviter compreſſa aut a mutuo contactu obſolete angulata, glabra, in recenti fructu pallide rubeola, in vetuſto, ſordide cinerea aut fuſca.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, tenue, fragile; *interius* membranaceo-pulpoſum, intra cotyledonum rimas ſe ſe demittens.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, rimoſus, oleoſus, in vetuſto fructu fuſcus. *Cotyl.* duæ, in plures lobulos irregulares inter ſe tamen cohærentes, profunde ſectæ. *Rad.* teretiuſcula, capitellata, intra obtuſiorem cotyledonum extremitatem latens, vaga aut centrifuga?

a.) Bacca integra. b.) Corticis eviſcerati ſectio transverſalis. c.) Semina per vaſculoſam pulpam conglutinata. d.) Semen ſeparatum. e.) Embryo denudatus. f. g.) Cotyledonum facies interna anfractuoſa. h.) Radicula denudata.

Varietas major, baccas largitur 9. l. 12. pollices longas, & 3. l. 4. craſſas, cetera autem priori conformes. Utrasque, omnes fere auctores, dicunt quin-

quinqueloculares, ac ſeminibus receptaculum tribuunt centrale; ſed talem in fructu vetuſto fabricam videre mihi non contigit.

DCCVII. PAPAYA. TOURN. *t.* 441. Carica. LINN. *gen.* 1127.

Flores ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Cal. quinquedentatus. Cor. monopetala, infundibuliformis, quinquefida. Stam. decem, alternis brevioribus. FEM. Cal. quinquedentatus. Cor. pentapetala. Ovar. ſuperum. Styl. quinque, ſtigmatibus dilatatis criſtatis. Bacca carnoſa unilocularis. Sem. numeroſa, baccata, parietalia.

PAPAYA Carica. Tab. 122. fig. 2.

Papaya-maram & Ambapaya. RHEED. *mal. 1. t. 15. f. 1. 2.*

Papaya fructu oblongo melonis effigie. EHRET. *decad. 1. t. 7.*

Carica foliorum lobis ſinuatis. LINN. *ſyſt. veg. 891.*

PER. Bacca grandis, ovata, obſoletiſſime pentagona, carnoſa, unilocularis. Caro craſſa, firma, ſucco dulci ſcatens. Loculamentum pentagonum, lateribus introrſum convexis, tuberculato-anfractuoſis.

REC. nullum, præter internos baccæ parietes, quibus ſemina affixa.

SEM. numeroſa, ovato globoſa, baccata, per exſiccationem vero ſulcato-tuberculata, ad alterum latus raphe umbilicali, valde prominente notata, ſubfuſca aut fumoſa.

INT. quadruplex: 1°) Pellicula tenuis, diaphana. 2°) Subſtantia craſſa, olim mollis, ſed in exſiccato ſemine fungoſa aut ſuberoſa, profunde & irregulariter ſulcata, ad alterum latus in raphem lamelloſam planam extenuata. 3°) Teſta cruſtacea, tenuis, fragilis, pallide luteſcens. 4°) Membrana arachnoidea, ad baſin chalaza parva albicante notata.

ALB. teſtæ cavitati conforme, ſubdiaphanum, friabile, oleoſo-carnoſum, pallide albicans.

EMB. magnitudine fere albuminis, lacteus. *Cotyl.* cordato-ellipticæ, foliaceæ, tenuiſſimæ, planæ. *Rad.* teretiuſcula, centrifuga.

*

α.) Bacca integra. β.) Eadem diſſecta cum ſeminum ſitu. c.) Semen ſeparatum. D.) Ejusdem ſubſtantia fungoſa uſque ad medium reſecta & teſtæ pars ſuperior denudata. E.) Eadem longitudinaliter diſſecta, cum raphe lamellari. f.) Teſta ſeminis integra. G.) Albumen ſuperne denudatum. H. I.) Ejusdem ſectio transverſalis & longitudinalis cum ſitu & figura Embryonis. k.) Ovuli recentis figura magnitudine aucta.

Figuras α. β. k. ex Hort. mal. & Ehretii decadibus mutuatus ſum; fructum enim recentem ipſe non vidi.

DCCVIII. CER-

DCCVIII. CERBERA. Linn. *gen.* 294.

Calyx quinquefidus. Cor. monopetala, infundibuliformis, quinquefida. Stam. quinque. Ovar. duo fupera. Stigmata feffilia. Drupæ duæ, exfuccæ, putamine fibrofo femibivalvi, uniloculari: loculamento per feptum mobile in duas concamerationes divifo. Sem. fubfolitaria.

Cerbera Manghas. Tab. 123 & 124. fig. 1.

Arbor lactaria. Rumph. *amb.* 2. *p.* 240. *t.* 81.

Manghas lactefcens, foliis nerii craffis venofis, jafmini flore, fructu perficæ fimili venenato. Burm. *Zeyl.* 150. *t.* 70. *f.* 1.

Cerbera foliis lanceolatis, nervis transverfalibus. Linn. *fyft. veg.* 251.

E collectione Bankfiana.

Per. Drupæ duæ, exfuccæ, grandes, ovato-oblongæ, in dorfo gibbæ & obfoletiffime ftriatæ, in ventre autem planiufculæ cum fulco medio leviter depreffo. Cuticula extima membranacea, tenuis, nigro fufca. Caro fungofa, inftar exficcatæ fambuci medullæ, inter putaminis fibras hærens. Putamen lignofum, extus fibris teretibus, verfus peripheriam radiatim productis, ibique in novas fibras planiufculas longitudinales & peculiarem corticem lignofum formantes, converfis undique ftipatum; intus uniloculare atque ex futura, per ventrem in medium ufque dorfum deducta, femibivalve. Loculamentum excentricum, fepto membranaceo mobili atque valvis interjecto, in duas concamerationes divifum.

Rec. nullum, præter feptum mobile, cujus alteri fuperficiei femen undique adnatum.

Sem. unicum, (altero conftanter abortante) grande, ovato-oblongum, lenticulari compreffum, fuperne attenuatum, fordide ferrugineum.

Int. duplex: *exterius* fubcoriaceum, diffepimento arctiffime adnatum; *interius* membranaceum, tenuiffimum, diaphanum, pallide fpadiceum.

Alb. nullum.

Emb. femini conformis, inverfus, atro-viridis. *Cotyl.* ovato-oblongæ, carnofæ, extus leviter convexæ, intus planiufculæ & valde rugofæ. Rad. breviffima, acuminata, fupera.

*

α. α.) Fructus integer. b.) Drupa transverfim fecta, & cuticula lateris dextri fublata. c.) Eadem fectio longitudinalis, ubi ρ. ρ. ρ.) fpatium futuræ dehifcentis; & σ. σ.) valvularum conjunctionem dorfalem indicant. d.) Septum membranaceum. e.) Semen fepto adnatum. e. e.) Loculum caffum. f.) Semen e tefta exemtum atque fola membrana interna tectum. g.) Cotyledones transverfim fectæ. h.) Embryo denudatus.

Loculamentum regulariter deberet effe centrale; feptum bipartitum i. e. duabus laminis compofitum; & in fingula concameratione femen unicum fi-

aut gemellum; at in quinque hujus ſpeciei exemplis, quæ mihi incidere licuit, non aliam, quam ſupra deſcriptam fabricam deprehendere potui.

CERBERA Odollam. Tab. 124. fig. 1.

Odollam. RHEED. *mal. 1. p. 71. t. 39.*
E ſeminario Amſtelod.

Drupa plerumque ſolitaria, elliptice globoſa, hinc valde convexa, inde planiuſcula, e viridi flaveſcens. Stratum fibrarum corticale (i.), ut in præcedenti, lignoſum, ſed fibræ planiuſculæ, latiores, magis ramoſæ, & in dorſo creberrime reticulatæ. Putamen (k.) ſemibivalve, uniloculare, in duas tamen concamerationes diviſum. Diſſepimentum (k. l. m.) liberum, bipartitum, ex pedunculo lignoſo curvo oriundum, atque a parte ſua interiore ſ. axem reſpiciente, multiplici fibrarum tortuoſarum plexu (l.) ſtipatum; a parte autem exteriore (m.) ſeminigerum. Semen, in ſingula putaminis camera, ſingulum, ovato-acuminatum (m), hinc inſigniter convexum, inde planum, atque diſſepimento ita adnatum, ut ſolus apex liber ſit. Membrana ſeminis interna (n) tenuiſſima, vaſculis capillaribus ſtipata, citra nucleum in anguſtum marginem producta. Albumen nullum. Embryo ſemini conformis, atro-viridis, inverſus. Reliqua ut in præcedenti.

Hanc non meram eſſe præcedentis varietatem, ut vult Linnæus, ex diverſiſſima fructus fabrica facile intelligitur.

CERBERA platyſpermos. ibid.
Ex dono amiciſſ. Dr. BERKHEY.

Putamen (o. p.) lignoſum, ovatum, fibris multiformibus, ſurſum incurvatis undique muricatum, ſubbivalve, ſeu ad baſin uſque ſutura diviſum, & in duas concamerationes valde compreſſas ope ſepti mobilis partitum. Diſſepimentum (q.) coriaceum, bilamellatum, ipſi valvularum ſuturæ interjectum. Semina, in ſingula concameratione, gemina (r. s.), foliaceo-compreſſa, ferruginea, undique libera, inæqualia: altero majore (r.), ovato-ſpatulato, ſuperiore; altero minore (r.), ſubreniformi, inferiore. Embryo defuit.

Ahovai TOURN. nullo modo cum Cerbera ſociari poteſt.

DCCIX. ANNONA. LINN. *gen.* 693.

Calyx triphyllus. Cor. hexapetala, petalorum ſerie duplici. Stam. numeroſa. Ovar. ſimplex aut uno plura, ſupera. Stigmata ſeſſilia. Bacca corticata, ſimplex aut compoſita. Sem. numeroſa: albumine rimoſo.

ANNONA ſquamoſa.* Tab. 138. fig. 5.

Atamaram. RHEED. *mal. 3. p. 21. t. 29.*

Annona tuberosa. RUMPH. *amb. 1. p. 138. t. 46.*

Annona foliis oblongis fructibus obtuse subsquamatis. LINN. *syst. veg. 508.*

A Cl. THUNBERGIO.

PER. Bacca conoidea, corticata, carnosa, ex baccis partialibus pluribus composita. Cortex crassus, in vetusto fructu fungoso-suberosus, tuberculis ovato-oblongis mammillaribus adscendentibus undique muricatus. Caro pulposa, in totidem concamerationes partiales divisa, quot sunt in cortice tubercula, ut etiam fructus recens in totidem baccas partiales, seu lobulos carnosos, divelli possit.

REC. *commune* centrale, columnare, baccas partiales colligens; *proprium* nullum.

SEM. in baccis partialibus solitaria, in universali autem numerosa, prope peripheriam radiatim disposita, elliptica, extrorsum crassiora, compressa aut obsolete angulata, glabra, sublucida, castanea aut nigricantia.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, processibus lamellosis alte intra albuminis rimas demersis, intus exasperatum.

ALB. semini conforme, carnosum, durum, rimis profundissimis subparallelis incisum & in ambitu, sulco depresso angusto exaratum.

EMB. minutissimus, juxta umbilicum positus. *Cotyl.* obtusæ. *Rad.* axem fructus respiciens.

*

a.) Bacca composita integra. b.) Ejus sectio transversalis cum situ seminum. c) Semina separata. d.) Albumen denudatum. e.) Ejus sectio longitudinalis, cum situ embryonis. f. F.) Embryo solutus.

ANNONA Myristica. Tab. 125. fig. 1.

E collectione Banksiana.

Bacca simplex (a), subglobosa, grandis, unilocularis, glabra, corticata. Receptac. nullum, sed semina absque ordine in pulpa (b.) nidulantia. Semina (c.) ovato oblonga, a pressione vicinorum varie angulata, ferruginea, absque splendore. Integ. & Albumen (d.) ut in præcedenti. Embryo (e. f. F.) grandiusculus, lutescens. Cotyled. foliaceæ, cordato lanceolatæ. Radic. teretiuscula, vaga aut centrifuga.

Annonæ species novo & curato scrutinio indigent, cum in aliis pericarpium sit simplex, in aliis compositum, atque embryonis radicula in aliis centripeta, in aliis vero centrifuga: dotes enim adeo diversæ uni generi naturali competere nequeunt.

DCCX. CAMIRIUM. RUMPH.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Cal. monophyllus, inæqualiter 2. 3. 4fidus, laciniis concavis, una reliquis majore. Cor. petala quinque.

que, oblonga, basi angustata, receptaculo inserta, calyce longiora. Stam. plura, ad octodecim. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Nectar. *glandulæ* quinque ovatæ intra basin petalorum. Ovar. superum. Styl. duo, bipartiti. Drupa sicca bilocularis. Sem. solitaria, nucamentacea. (Ex schedis SOLANDRI.)

CAMIRIUM cordifolium. Tab. 125. fig. 2.

Camirium. RUMPH. *amb. 2. p. 180. t. 58.*

Telopea. SOLAND. *mss.*

Aleurites. FORST. *gen. 111. t. 57.*

E collectione Banksiana & ex seminar. Amstelod.

PER. Drupa exsucca, transverse ovata, apice mucronata, didyma, bilocularis. Cortex herbaceo coriaceus, tres circiter lineas crassus, extus pruinosus seu farina quasi & sabulo conspersus. Putamen crustaceum, tenue, biloculare.

REC. nullum; semina dissepimento affixa.

SEM. solitaria, nucamentacea, tunicata, irregulariter globosa: superne scil. obtusa & in aciem transversalem acutam compressa, in medio autem insigniter gibba, & versus basin in mucronem crassum conicum desinentia, ceterum varie rugosa & quasi sulcata.

INT. triplex: *extimum*, tunica coriaceo-fungosa, albicans, seminibus vetustis undique & arctissime adhærens; *medium* lapideum, crassum, extus nigrum, vel in aliis, livido quasi encausto obductum, fractura autem in omnibus hepatica, splendente, & gypsi adinstar, fibris tenuissimis horizontalibus eleganter striata; *intimum* membranaceum, niveum, aridum, subfriabile, difficulter a testa secedens.

ALB. semini conforme, gibbosum atque rugosum & in vertice appendicula subcordiformi compressiuscula auctum, cetera vero carnosum, oleosum, crassum, album, fragile.

EMB. magnitudine fere albuminis, inversus, lacteus. *Cotyl.* grandes, ovato-cordatæ, foliaceæ, trinerviæ. *Rad.* subglobosa, crassa, supera.

*

a.) Drupa integra. b.) Eadem dissecta. c.) Semen a dorso spectatum, in situ inverso. d.) Idem a latere visum. e.) Integum. transversim secta. f.) Albumen denudatum, in situ inverso. g. h.) Idem transverse & longitudinaliter dissectum, cum Embryone in situ inverso.

Seminum situs naturalis in pericarpio integro ulterius explorandus est, mihi enim nonnisi semina soluta videre contigit; suspicor tamen embryonem atque semina esse inversa, non autem erecta, sicuti in icone delineata sunt. Tunicam seminis extimam, amplo foramine perviam dicit Rumphius l. c. sed in meis seminibus omnibus est integerrima; eamque nihil aliud

aliud esse censeo, quam amplissimam expansionem substantiæ illius fungosæ, juxta umbilicos seminum in Tithymaloideis adeo frequentis & usitatæ.

DCCXI. DITOCA. Banks. Mniarum. Linn. *gen.* 1352.

Flores duo terminales in pedunculo communi elongato, squamis quatuor floralibus basi muniti. Cal. quadridentatus, superus, persistens. Cor. nulla, nisi calycem velis. Stam. duo, aut rarius unum. Ovar. inferum. Styl. duo. Sem. unicum, calyce incrassato corticatum.

Ditoca muscosa. Tab. 126. fig. 1.

Mniarum biflorum. Forst. *gen.* 1. Linn. *syst. veg.* 53.
Ex herbario Banksiano.

Per. nullum, nisi calycem velis suberoso-coriaceum, qui semen involvit, nec dimittit.

Rec. nullum, præter fundum calycis.

Sem. unicum, ovato-acuminatum, glabrum, gilvum aut pallide stramineum.

Int. duplex: *exterius* a calyce crassum, coriaceum, apice foramine pervium; *interius* membranaceum, tenue.

Alb. farinosum, candidissimum, centrale.

Emb. teretiusculus, periphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* semiteretes, radicula paulo breviores. *Rad.* longa, adscendens, s. supera.

*

a.) Plantæ frugiferæ ramulus. b. B.) Flores gemini pedunculati. C.) Calyx maturus integer. D.) Idem dissectus cum situ seminis. e.) Semen separatum. F.) Idem longitudinaliter dissectum cum albuminis atque embryonis situ.

Debet inter diandras reponi, quum ex observatione Solandri stamina gemella multo sint frequentiora, quam solitarium.

DCCXII. SCLERANTHUS. Linn. *gen.* 562.

Calyx superus, quinquedentatus, persistens. Cor. nulla. Stam. a quinis ad dena. Ovar. inferum. Styl. duo. Sem. unicum, calyce coriaceo corticatum.

Scleranthus annuus. Tab. 126. fig. 2.

Scleranthus floribus patulis. Hall. *hist. n.* 1551.
Scleranthus calycibus fructus patulis. Linn. *syst. veg.* 415.
Icon Oed. *flor. dan. t.* 504.

Per.

PER. nullum; calyx maturus coriaceo-suberosus & fere nucamentaceus semen involvit, nec dimittit.

REC. nullum, præter fundum calycis.

SEM. unicum, ovato acuminatum, glabrum, pallide stramineum.

INT. triplex: *extimum* a calyce durum, apice foramine pertusum; *medium* membranaceum, laxum, styligerum; *intimum* arachnoideum.

ALB. farinosum, candidum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, lutescens. *Cotyl.* lineares, utrinque planæ, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior, adscendens, supera.

*

a.) Corymbus fructifer. b.) Calyx maturus integer. C.) Idem longitudinaliter apertus. d.) Semen separatum. E.) Albumen ab embryone cinctum. F.) Embryo solutus.

Integumentum medium posset omnino pro Capsula utriculari cum Linnæo haberi; semina autem solitaria, nec gemina, statuunt quoque, præter me, Dillenius, Haller & Adanson.

DCCXIII. ACNIDA. LINN. *gen.* 1114.

Flores sexu distincti in separatis stirpibus. MAS. Cal. pentaphyllus, foliolis margine membranaceis. Cor. nulla. Stam. quinque. FEM. Cal. tridentatus, basi munitus squamula florali parva, lineari-digitata. Cor. nulla. Ovar. superum. Styl. quinque, pubescentes. Sem. unicum, calyce succulento tectum.

ACNIDA cannabina. Tab. 126. fig. 3.

Cannabis foliis simplicibus. GRON. *virg.* 153.

Acnida. LINN. *syst. veg.* 886.

Ex herbario Banksiano.

PER. nullum; calyx per maturitatem succulentus, obovatus, tribus denticulis acuminatis terminatus, & ex tribus sulcis longitudinalibus argute triqueter, ut fere trialatus, semen fovet, nec dimittit.

REC. nullum, præter fundum calycis.

SEM. unicum, ovatum, deorsum acuminatum, compressiusculum, e castaneo-nigricans, glaberrimum, lucidum.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum.

ALB. centrale, carnosum, duriusculum, album.

EMB. teretiusculus, periphericus, arcuatus, lacteus. *Cotyl.* semiteretes, incumbentes. *Rad.* longitudine cotyledonum, infera.

a. A.) Calyx

*

a. A.) Calyx maturus. B.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu ſeminis. C.) Calycis & ſeminis ſectio transverſalis. d.) Semen ſeparatum. E.) Idem diſſectum, cum albuminis & embryonis ſitu ac figura.

In omnibus meis exemplis calycem femineum video trifidum & fructum triſulcum ac triquetrum; nec ut habet Linnæus, calycem diphyllum & fructum multangulum.

DCCXIV. SPINACIA. Tourn. *t.* 308. Linn. *gen.* 1112.

Flores ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Cal. quinquepartitus. Cor. nulla. Stam. quinque. FEM. Cal. monophyllus, 2. 3. 4fidus, perſiſtens. Cor. nulla. Ovar. ſuperum. Styl. quatuor. Sem. unicum, calyce indurato clauſo tectum.

Spinacia oleracea. Tab. 126. fig. 4.

Spinachia. Dod. *pempt. 619.* Blakw. *herb. t. 49.*

Spinacia fructibus ſeſſilibus. Linn. *ſyſt. veg. 886.*

Per. nullum; calyx induratus, clauſus, & nunc inermis, nunc 2. 3. l. 4. ſpinis canaliculatis horizontaliter patentibus terminatus, ſemen fovet nec dimittit.

Rec. nullum; ſemen fundo calycis affixum.

Sem. unicum, ſubglobosum, baſi acuminatum, rufeſcens.

Int. ſimplex, membranaceum, albumini adnatum.

Alb. farinoſum, candidiſſimum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* lineares, planiuſculæ, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, infera.

*

a. b. c. d.) Calycis maturi forma varia. E.) Ejusdem ſectio transverſalis. f.) Semen ſeparatum. G.) Embryo albumen cingens. H.) Idem ſolutus.

DCCXV. OBIONE.

Flores ſexu diſtincti in eadem aut diverſa ſtirpe. MAS. Cal. quadripartitus. Cor. nulla. Stam. quatuor. FEM. Cal. monophyllus, bilabiatus, muricatus. Cor. nulla. Ovar. ſuperum. Styl. bipartitus. Sem. unicum, calyce indurato tectum.

Obione muricata. Tab. 126. fig. 5.

Spinachia foliis angulosis, caule ramoſiſſimo. Hall. *goett. 22.*

Spinacia foliis triangularibus ex ſinuato dentatis. Gmel. *ſib. 3. p. 85. t. 15. f. 2.* mala.

Atriplex caule herbaceo, foliis deltoidibus angulatis, calycibus fructus extus muricatis. LINN. *ſyſt. veg. 909.*

PER. nullum; calyx induratus, ſuberoſus, baſi integerrimus ſpinis reflexis muricatus, apice vero bilabiatus dentatus connivens, ſemen fovet, nec dimittit.

REC. nullum; ſemen fundo calycis affixum.

SEM. unicum, ovato-roſtellatum, lenticulari compreſſum, pallide cinereum.

INT. triplex: *extimum*, pellicula tenuiſſima, facile de ſemine ſecedens, ut pro capſula utriculari haberi poſſet; *medium* chartaceum, e rubro-ferrugineum; *intimum* membranaceum rufeſcens.

ALB. farinoſum, album, centrale.

EMB. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* cotyledonibus paulo brevior, ſupera.

*

a. A.) Calyx maturus, integer. B.) Idem diſſectus, cum ſemine in ſitu naturali. c. C.) Semen ſeparatum. D.) Embryo circa albumen convolutus. E.) Idem ſeparatus.

Staminibus, calyce, &, quod caput eſt, ſeminis ac embryonis ſitu inverſo abunde a Spinacia & Atriplici differt, ut cum his ſociari nequeat.

DCCXVI. MORUS. TOURN. *t.* 362. LINN. *gen.* 1055.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. quadripartitus. Cor. nulla. Stam. quatuor. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Styl. duo. Capſula utriculoſa mollis ſubdiſperma calyce ſucculento tecta.

MORUS alba. Tab. 126. fig. 6.

Morus candida. DOD. *pempt. 810.*

Morus foliis ſcabris ſemitrilobis & cordatis. HALL. *hiſt. n. 1611.*

Morus foliis oblique cordatis lævibus. LINN. *ſyſt. veg. 851.*

PER. Capſula calycis foliolis in baccam albam turbinatam conferruminatis tecta, ovato-acuminata, membranacea, pulpa molli farcta, unilocularis, demum in pelliculam tenuem ſemini ſuperinductam exareſcens.

REC. nullum; ſemina, ope funiculi filiformis ſibi adnati, capſulæ apici affixa.

SEM. unicum, altero conſtanter abortante, ovatum, ſurſum attenuatum, ſublenticulare, rufeſcens.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, durum, fragile; *interius* membranaceum, ſpadiceum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, album, embryonem includens.

EMB.

Emb. uncinato - curvatus, inverſus, lacteus. *Cotyl.* oblongæ, foliaceæ, anguſtæ, planæ, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Spica feminea, matura. b.) Calyx clauſus. C.) Ejusdem ſegmenta diducta atque capſula denudata. D.) Capſula longitudinaliter ſecta, cum ovulis geminis. e. E.) Semen ſeparatum. F.) Albumen integrum. G.) Idem diſſectum, cum ſitu embryonis. H.) Embryo ſolutus.

Proxime a Ficu diſtat.

DCCXVII. BLITUM. Linn. *gen.* 14.

Calyx trifidus, coloratus. Cor. nulla. Stam. unicum. Ovar. ſuperum. Styl. duo. Sem. unicum, calyci carnoſo immerſum.

Blitum capitatum. Tab. 126. fig. 7.

Atriplex mori fructu major. Moris. *hiſt.* 2. *S.* 5. *t.* 32. *f.* 9.

Blitum foliis ſemitrilobis rariter dentatis. Hall. *hiſt. n.* 1571.

Blitum capitellis ſpicatis terminalibus. Linn. *ſyſt. veg.* 53.

Per. nullum; calyx per maturitatem carnoſus ſemen ſuſtinet, nec obtegit.

Rec. nullum; ſeminis baſis calyci immerſa.

Sem. unicum, parvum, ſubgloboſum aut lenticulare, nunc ad alterum, nunc ad utrumque latus in marginem anguſtiſſimum ſ. aciem extenuatum, atrum.

Int. duplex: *exterius* cruſtaceum aut coriaceum durum; *interius* membranaceum.

Alb. carnoſum, aqueo - pallidum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* infera.

*

a.) Fructus capitati. b. B.) Calyx maturus. C.) Idem cum ſeminis inſertione. d. D.) Semen ſeparatum. E.) Ejus ſectio transverſalis. F.) Idem verticaliter diſſectum, cum albumine & embryonis ſitu. G.) Embryo ſolutus.

DCCXVIII. BASELLA. Linn. *gen.* 382.

Calyx quinque — ſeptemfidus, ſegmentis inæqualibus. Cor. nulla, niſi calycem velis. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Semen unicum, nucamentaceum, calycis ſegmentis carnoſis involucratum.

Basella rubra. Tab. 126. fig. 8.

Baſella. Rheed. *mal.* 7. *p.* 45. *t.* 24.

Gandola rubra. Rumph. *amb.* 5. *t.* 154.

Baſella foliis planis, pedunculis ſimplicibus. Linn. *ſyſt. veg.* 298.

Per. nullum; calyx in baccam ſpuriam, carnoſam, atro rubentem, depreſſiuſculam & in vertice cruciatim ſulcatam, converſus, ſemen fovet, nec dimittit.

Rec. nullum, præter fundum calycis.

Sem. unicum, nucamentaceum, ſubgloboſum, obſoletiſſime quinqueſtriatum, baſi foramine umbilicali amplo perforatum.

Int. duplex: *exterius* oſſeum, pallide teſtaceum, tenue; *interius* membranaceum, rufeſcens.

Alb. vix ullum, præter paucam ſubſtantiam ſpongioſam aut ſubfarinoſam albam in centro utriusque lateris integumenti interni.

Emb. magnitudine ſeminis, ſpiralis, albus. *Cotyl.* lineari oblongæ, planiuſculæ, ſubfoliaceæ, centrum ſpiræ formantes. *Rad.* tereti - acuminata, extimum ſpiræ gyrum abſolvens, atque apice ſuo baſin ſeminis reſpiciens.

*

a. a.) Calyces baccati clauſi. b.) Caro reſecta & ſeminis pars ſuperior denudata. c.) Nucula integra. D.) Eadem aperta, cum membrana interiore embryonem obtegente. E.) Embryo ſolutus.

Nuculam naturaliter eſſe trilocularem atque triſpermam aſſerit Cl. Medicus *Malv. famil. p. 85.*

DCCXIX. MESEMBRYANTHEMUM. Linn. *gen.* 628.

Calyx ſemiquinquefidus, cum ovario connatus. Cor. monopetala, multifida, ſegmentis imbricatis. Stam. numeroſa, calyci adnata. Ovar. inferum. Styl. quinque. Capſula calyce veſtita, quinquelocularis, quinquevalvis. Sem. numeroſa.

Mesembryanthemum cryſtallinum. Tab. 126. fig. 9.

Meſembryanthemum cryſtallinum, plantaginis folio undulato. Dill. *elth.* 231. *t.* 180. *f.* 221.

Meſembryanthemum foliis ovatis alternis papuloſis, floribus ſeſſilibus, calycibus late ovatis acutis retuſis. Linn. *ſyſt. veg.* 468.

Per. Capſula infera, ſ. ultra dimidium cum calycis ventre conferruminata, ſubgloboſa, apice leviter umbilicata, obſolete pentagona, quinquelocularis, rimis quinque incraſſato marginatis in vertice dehiſcens. Loculamenta anguſta, lamina cartilaginea veſtita. Diſſepimenta ſpongioſa, craſſa, verſus axem cuneiformi - attenuata.

Rec. centrale, columnare, pentagonum: angulis intra loculamenta porrectis, undique numeroſis funiculis umbilicalibus ſtipatis.

Sem. plurima, ad viginti quinque in ſingulo loculamento, parva, compreſſiuſcula, reniformi - triangula, rugoſula, nigro - fuſca.

INT. duplex: coriaceum, atque membranaceum.

ALB. farinosum, pallidum, unilaterale, embryonem in dorso gerens.

EMB. periphericus, secundum dorsi arcum curvatus, luteolus aut viridescens. *Cotyl.* oblongæ, planiusculæ, extrorsum latescentes, incumbentes. *Rad.* teretiuscula, centripeta.

*

a) Capsula calycis ventri immersa. b.) Eadem transversim secta. C.) Receptac. centrale seminum. d.) Capsula apice dehiscens. e. E.) Semina separata. F.) Seminis sectio verticalis, cum albuminis & embryonis situ. G.) Embryo solutus.

DCCXX. OSBECKIA. LINN. *gen.* 467.

Calyx monophyllus cum ovario connatus, supra quadrifidus, segmentis squama ciliari interstinctis, aut quinquefidus absque squamis intercalantibus. Cor. tetra - l. pentapetala. Stam. octo l. decem. Ovar. inferum, setis rigidis coronatum. Styl. simplex. Capsula infera, quadri - l. quinquelocularis. Receptac. seminum lata, compressa. Sem. numerosa.

OSBECKIA chinensis. Tab. 126. fig. 10.

Echinophora madraspatana, sideritidis non serrato venoso folio, fructu capsulari caucalidis æmulo. PLUK. *phyt. t. 173. f. 4.*

Osbeckia chinensis. OSB. *it. chin. t. 2.*

Osbeckia foliis sessilibus, pedunculis axillaribus trifloris bracteatis. LINN. *syst. veg.* 357.
Ex herbario Banksiano.

PER. Capsula infera, ovata, calyce sibi arcte adnato hispido vestita, setisque rigidis confertis, vix tamen in squamulas confluentibus, in vertice coronata, quinquelocularis, quinquefariam apice dehiscens.

REC. quinque, in singulo loculamento singulum, semiovatum, cuneiformi compressum, hinc liberum, inde axi capsulæ longitudinaliter adnatum.

SEM. numerosissima, parva, globose reniformia, subrufescentia aut sordide straminea.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, tenuissimum.

ALB. nullum, nec ejus vestigium.

EMB. semini conformis, arcuatus, luteus. *Cotyl.* plano - convexæ, breves, crassæ. *Rad.* cotyledonibus longior, curvata, centripeta.

*

a. A.) Capsula calyce vestita. B.) Ejus alterum latus denudatum. C.) Ejusdem sectio transversalis, cum figura & insertione receptaculorum. d. D.) Semina separata integra. E.) Semen testa aperta. F.) Embryo denudatus.

Anne hæc potius Osb. *Zeylanica?*

DCCXXI. ME-

DCCXXI. MELASTOMA. Linn. *gen.* 544.

Calyx monophyllus, campanulatus, quinquedentatus, cum fructu non connatus, sed eum saltem vestiens. Cor. pentapetala. Stam. decem. Ovar. superum. Styl. simplex. Capsula pulpa molli farcta, quinquelocularis, apice quinquefariam dehiscens. Receptac. nulla. Sem. numerosa, in pulpa nidulantia.

Melastoma malabathrina. Tab. 126. fig. 11.

Kadali. Rheed. *mal. 4. p. 87. t. 42.*

Melastoma quinquenervia hirta major, capitulis sericeis villosis. Burm. *Zeyl. 155. t. 73.*

Melastoma foliis integerrimis quinquenerviis lanceolato-ovatis scabris. Linn. *syst. veg. 404.*

E collect. sem. hort. lugdb.

Per. Capsula calyce urceolato setisque rigidis appressis scabrato vestita, ovata, quinquelocularis, apice rimis quinque dehiscens. Loculamenta pulpa molli atro-sanguinea farcta.

Rec. nullum, præter pulpam in qua semina nidulantur.

Sem. numerosa, parva, reniformi globosa, gilva.

Int. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum.

Alb. nullum.

Emb. semini conformis, arcuatus, sublutescens. *Cotyl.* plano-convexæ, crassæ, breves. *Rad.* tereti-attenuata, curvata, vaga.

a.) Capsula calyce vestita. b.) Eadem a parte anteriore denudata. C.) Ejusdem sectio transversalis, cum situ seminum. d. D.) Semina separata. E.) Seminis testa aperta, cum membrana interna embryonem obtegente. F.) Embryo denudatus.

Melastoma aspera. ibid.

Katou-kadali. Rheed. *mal. 4. p. 91. t. 43.* bene.

Fragarius ruber. Rumph. *amb. 4. p. 135. t. 71.*

Melastoma foliis integerrimis trinerviis lanceolatis scabris. Linn. *syst. veg. 404.*

E seminar. Amstelod.

Calyx cylindrico-urceolatus, obsolete sulcatus, glaber. Capsula (g. g. G.) ovata, sursum leviter attenuata, quinquelocularis, apice rimis quinque dehiscens, rimarum marginibus reflexis, ut incauto decem aperturæ adesse videantur. Semina valde exigua, præcedentibus tamen per singula momenta conformia.

Melaſtoma *lævigata*.

Ex herbario Bankſiano.

Fructus globoſus, ſulcatus, magnitudine baccæ Ribeſii rubri. Loculamenta quinque. Semina, in ratione ad magnitudinem pericarpii ſui, grandia, angulata, lucida, luteſcentia, lata macula atra ad umbilicum notata. Embryo teretiuſculus, ſubſpiralis, unum ſcil. & dimidium ſpiræ gyrum abſolvens.

Pericarpii fabrica in hoc genere admodum varia eſt. Aliæ enim ſpecies promunt baccas veras ſucculentas atque edules; aliæ vero capſulas, easque vel cum calyce conferruminatas, ſ. inferas, vel ſimpliciter ab eo veſtitas, ſ. ſuperas. Deinde etiam, utraque hæc pericarpia, etſi frequentius ſint quinquelocularia, in aliis tamen 2. 3. & quadrilocularia deprehenduntur: qualia in Aubletio exempla occurrunt. Eſſentia igitur generis, quatenus ex fructu hauritur, in ſolis ſeminibus exalbuminoſis, intra pulpam mollem absque receptaculo proprio nidulantibus, atque embryone curvato dotatis, conſiſtere videtur. Hinc affinitas Melaſtomæ cum Myrtoideis, & præſtantia Juſſianæ plantarum coordinationis luculento iterum exemplo confirmata.

DCCXXII. TETRAGONIA. Linn. *gen.* 627.

Calyx quadri-l. quinquepartitus, ſuperus. Cor. nulla. Stam. denis plura. Ovar. inferum. Styl. quatuor l. quinque. Drupa ſicca, infera, 4. 5. 6. 8locularis. Sem. ſolitaria. Embr. inverſus, uncinatus.

Tetragonia fruticoſa. Tab. 127. fig. 1.

Tetragonocarpos africana, foliis longis & anguſtis. Comm. *hort.* 2. *p.* 205. *t.* 103.

Tetragonia foliis linearibus. Linn. *ſyſt. veg.* 467.

Icon. Mill. *ic. t.* 263. *f.* 2.

Ex horto regio kewenſi.

Per. Drupa exſucca, infera, alis octo, alternis majoribus, omnibus autem rotundatis foliaceo-compreſſis atque coriaceis ſtipata. Putamen in ſuprema drupæ parte poſitum, oſſeum, ovato-globoſum, pariter alis octo rotundatis & alternatim majoribus exaratum, quadriloculare, evalve. Loculamenta intus glaberrima, e caſtaneo fuſca.

Rec. nullum; ſemina per funiculum umbilicalem brevem apici loculamentorum affixa.

Sem. ſolitaria, ex ſubgloboſa baſi ſurſum attenuata & elongata, glabra, e caſtaneo-ferruginea.

Int. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

Alb. ſemini conforme, farinoſum, album, embryonem involvens.

Emb. teretiuſculus, uncinato-curvatus, inverſus, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* longa, ſupera.

*

a.) Drupæ integræ. b.) Sectio drupæ transversalis. c.) Putaminis denudati situs. D. E.) Ejusdem sectio longitudinalis atque transversalis. f. F.) Semina separata. G. H.) Albumen dissectum, cum situ embryonis. I.) Embryo denudatus.

DCCXXIII. GAURA. Linn. *gen.* 470.

Calyx quadrifidus, superus. Cor. tetrapetala. Stam. octo. Ovar. inferum, quadriloculare, ovulis quaternis aut pluribus. Styl. simplex. Drupa sicca, infera, tetragona, sæpius unilocularis, monosperma, remanentibus tamen dissepimentorum & abortivorum seminum vestigiis.

Gaura biennis. Tab. 127. fig. 2.

Lysimachia chamænerio similis floridana, foliis nigris punctis, capsulis carinatis in ramulorum cymis. Pluk. *phyt. t. 428, f. 2.*

Gaura. Linn. *act. holm. 1756. p. 222. t. 8. syst. veg. 358.*

Per. Drupa sicca, infera, parva, utrinque acuminata, tetragona. Cortex membranaceus, tenuis, glaber, spadiceus, intus spongiosus. Putamen osseum, oblongum, utrinque acuminatum, quadrialatum, quadri - aut uniloculare. Pars acuminata *superior* longe conica, quadrifida & quasi in valvulas secta; *inferior* leviter incurva, basi perforata. Alæ crassæ, inferne cum putamine coalitæ, superne autem liberæ & a valvulis apicis aliquantum distantes. Dissepimenta tenuia, membranacea, per maturitatem sæpe obliterata, ut ex quatuor loculamentis unicum duntaxat supersit.

Rec. nullum; semina basi affixa.

Sem. solitaria, unum aut quaterna, subovata, sursum angustata, hinc convexa, inde angulata, ad basin callo fusco notata, cetera e spadiceo-lutescentia.

Int. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

Alb. nullum.

Emb. semini conformis, inversus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, convolutæ, altera *exteriore* maximam partem involvente alteram *interiorem*, utroque suo margine introrsum convolutam.

*

a.) Drupa integra. e.) Eadem transverse secta. B.) Putamen decorticatum. C.) Ejusdem alæ resectæ & apex denudatus. D.) Idem transverse sectum, loculamenta ventris & valvulas apicis ostendens. f. G.) Semina separata. H.) Embryo denudatus. I.) Idem explicatus, ut cotyledonis internæ (α) convolutio, & externæ (β) fornicata lamina melius in conspectum veniant.

Putaminis apice valvato cum Spathelia & Nitraria convenit. Si semen unicum, tunc oblongum & valde acuminatum est; sed perperam Linnæus hunc numerum habuit pro naturali.

DCCXXIV. CA-

DCCXXIV. CATAPPA. RUMPH. Terminalia. LINN. *gen.* 1283.

Calyx superus, quinquefidus, caducus. Cor. nulla. Stam. decem. Ovar. inferum. Styl. simplex. Drupa sicca, infera, non coronata, compressa, unilocularis, monosperma. Cotyled. foliaceæ, verticaliter spirales.

CATAPPA Benzoin. Tab. 127. fig. 3.

Terminalia angustifolia. JACQ. *hort.* 3. *p.* 51. *t.* 100.

Terminalia foliis lanceolatis. LINN. *syst. veg.* 910.

A Sereniss. Princ. CAROLINA March. Bad.

PER. Drupa sicca, infera, obovato-cochleariformis, hinc scil. convexiuscula, obsoletissime (per exsiccationem) rugosa atque prominulo nervo cum margine parallelo notata, inde autem concava ac in medio, a protuberante putamine, gibba. Cortex coriaceus, tenacissimus, rufescenti-spadiceus, glaberrimus, sublucidus, pauca intus substantia spongiosa stipatus, ultra putamen in latum marginem coriaceum productus. Putamen subovatum, acuminatum, inique & gibbose trigonum, lapideum, ad angulos autem fragile, cariosum, lacerum, uno intus angusto loculamento tereti exsculptum.

REC. nullum; funiculus umbilicalis filiformis, semini arcte adnatus, illud apici loculamenti affigit.

SEM. unicum, oblongum, teretiusculum, superne acuminatum, pallide lutescens, inferne attenuatum, basi & funiculo umbilicali rufescentibus.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, inversus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, secundum axem fructus spiraliter circa radiculam convolutæ. *Rad.* longiuscula, compressa, supera.

*

a.) Drupæ pars concava. b.) Ejusdem latus convexum. c.) Putamen denudatum. d.) Idem transverse sectum, angulis (α. β. γ.) attenuatis, striatis, laceris. e.) Semen separatum. F.) Embryo denudatus. G.) Cotyledones transversim sectæ. H.) Radicula separata.

Confer Badamiam & Myrobalanum, supra pag. 90. descriptas, quas KOENIGIUS ad Catappam refert.

DCCXXV. MEMECYLUM. LINN. *gen.* 481. Samara. LINN. *gen.* 1192.

Calyx superus, quadridentatus, persistens. Cor. tetrapetala. Stam. quatuor aut octo. Ovar. inferum. Styl. simplex. Bacca infera, coronata, unilocularis, mono-l. disperma.

MEME-

MEMECYLUM umbellatum. Tab. 127. fig. 4.

Cornus zeylanica sylvestris altera, korakaha dicta. BURM. *zeyl. 76. t. 31.*

Samara læta. LINN. *syst. veg. 159.*

Korakaha. Zeylonens. E collect. sem. hort. lugdb.

PER. Bacca infera, globosa, calyce persistente tubuloso intus octo striato & in marginem repande quadrangulum expanso, aut eodem non striato ac simpliciter quadridentato coronata, striis octonis obsoletis inscripta, unilocularis, rufescens. Cuticula coriacea, tenuis. Pulpa aquosa, fugax.

REC. nullum; semina fundo baccæ late adnata.

SEM. duo, aut unicum, globosum, lævigatissimum, lucidum, dilute castaneum, puncto depresso in vertice notatum.

INT. simplex, chartaceum, elasticum, aridum.

ALB. nullum, nec ejus vestigium.

EMB. magnitudine seminis, globose convolutus, erectus, lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, fornicatæ & in globum ita convolutæ, ut exterior interiorem obtegat. *Rad.* longa, gracilis, arcuata, e medio embryonis dorso oriunda, & dehinc in proprio cotyledonum sulco ad basin seminis descendens.

*

a.) Bacca integra. b.) Ejus sectio transversalis cum superiore parte seminis denudata. C.) Eadem verticaliter dissecta, cum situ seminis. D.) Testa seminis chartacea, resecto vertice, aperta. e.) Embryo a dorso spectatus, radiculæ ortum ostendens. f.) Ejusdem latus ventrale. G.) Cotyledones diductæ. H.) Calyx separatus & auctus.

Baccam dispermam vide infra in *Appendice.*

Quum Korakahæ i. e. Samaræ LINN. bacca manifestissime sit infera, cumque in plusculis ejus speciminibus, calyx cylindricus in fundo octo striis notatus & in margine integerrimus fuerit deprehensus, quibus quippe notis suum signavit Memecylon Linnæus: non dubitavi ambo hæc in unum fundere genera, donec ex vivis plantis certiora innotescant.

DCCXXVI. MIRABILIS. LINN. *gen.* 242. Jalappa. TOURN. *inst. t.* 50.

Involucrum florale pentaphyllum, campanulato patens. Cal. monophyllus, globosus, edentulus, cum corolla continuus, persistens, semen involucrans. Cor. monopetala, quinquefida. Stam. quinque, e fundo calycis oriunda & basi connata. Ovar. intra calycem, staminum placentæ impositum. Styl. simplex. Sem. unicum, calyce indurato involucratum.

MIRABILIS longiflora. Tab. 127. fig. 5.

Mira-

Mirabilis floribus congestis terminalibus longissimis nutantibus, foliis subvillosis. LINN. *act. holm. 1755. p. 176. t. 6. f. 1. syst. veg. 219.*

PER. nullum, nisi calycem velis induratum in *Nucem* coriaceam, ovatam, basi contractam, obsolete pentagonam, subrugosam, pubescentem, e cinereo & fusco nebulosum atque intus fasciis quinque longitudinalibus, a staminum impressione, notatam.

REC. tuberculum fungosum, album, a staminibus basi in placentam glandulosam connatis ortum, cui semen insidet.

SEM. unicum, ovato-globosum, glabrum, melinum aut rufescens, hinc fascia longitudinali, a protuberante embryonis radicula, notatum.

INT. simplicissimum, membranaceum, tenue.

ALB. farinosum, candidissimum, centrale, totum ab embryone obvolutum.

EMB. magnitudine seminis, globose convolutus, erectus, lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, fornicatæ, incumbentes. *Rad.* lineari-acuminata, compressa, arcuata, ad basin seminis descendens.

*

a.) Nux integra. b.) Eadem transversim secta. c.) Ejus sectio verticalis cum insertione seminis. d.) Semen separatum. E.) Albuminis atque embryonis sectio transversalis. F.) Embryo solutus & explicatus.

DCCXXVII. BOERHAVIA. LINN. *gen.* 9.

Calyx inverse conicus, subangulatus, edentulus, cum corolla continuus, persistens, semen involucrans. Cor. monopetala, campanulata, integra. Stam. 1. 2. 3, e fundo calycis oriunda, basi inter se connata. Ovar. intra calycem. Styl. simplex. Sem. calyce clauso corticatum.

BOERHAVIA scandens. Tab. 127. fig. 6.

Valerianella curassavica, semine aspero viscoso. PLUK. *phyt. t. 113. f. 7. mala.*

Boerhavia scandens. JACQ. *hort. 1. t. 4.*

Boerhavia caule erecto, floribus diandris, foliis cordatis acutis. LINN. *syst. veg.* 52.

PER. nullum, nisi integumentum coriaceum a calyce velis.

REC. nullum; semen fundo calycis affixum.

SEM. unicum, fusiformi-clavatum, punctis callosis diffitis conspersum, prope verticem autem globulis pedunculatis glutinosis radiatum & in ipso vertice umbone quinque striato ac perforato terminatum, fordide fuscum.

INT. duplex: *exterius*, a calyce, coriaceum, semine ipso longius; *interius* membranaceum, tenuissimum, melinum aut rufescens, superne styli reliquiis, tanquam funiculo umbilicali stipatum & quasi e fornice integumenti externi pendulum.

ALB.

Alb. farinosum, candidissimum, centrale, totum ab embryone obvolutum.

Emb. magnitudine seminis, cylindrice convolutus, albicans. *Cotyl.* foliaceæ, oblongæ, incumbentes, circa albumen convolutæ. *Rad.* lineari-acuminata, compressiuscula, recta, ad basin seminis descendens.

*

a. A.) Semina corticata integra. B.) Integumentum calycinum longitudinaliter apertum, cum seminis veri situ & insertione. C.) Semen decorticatum. D.) Albuminis & embryonis sectio transversalis. E.) Embryo solutus.

Boerhavia erecta. ibid. *ex fide Martyni Stuttgard.*

Boerhavia floribus paniculatis, seminibus pentagonis truncatis. Linn. *mant.* 315. melius quam

Boerhavia caule erecto glabro, floribus diandris. Linn. *syst. veg.* 52.

Umbellæ (a) pedunculatæ, subsexfloræ. Semina parva, inverse pyramidata (A.), pentagona (B), undique tuberculis sessilibus glutinosis conspersa, spadiceo-fusca. Embryo (c. C.) ovatus, deorsum acuminatus, albus, cetera priori simillimus.

DCCXXVIII. CERATOCARPUS. Linn. *gen.* 1035.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Cal. diphyllus, æqualis, obtusus. Cor. nulla. Stam. unicum. FEM. Cal. diphyllus, foliolis oblongis, carinatis, apice in spinam extrorsum patulam desinentibus. Cor. nulla. Ovar. superum. Styl. duo. Semen calyce persistente corticatum.

Ceratocarpus arenarius. Tab. 127. fig. 7.

Ceratocarpus. Buxb. *act. petrop.* 1. *p.* 244. *t.* 9. Gmel. *sib.* 3. *p.* 14. Linn. *syst. veg.* 838.

Per. nullum; calyx maturus conferruminatus in thecam oblonge triangulam, compressam, sulco elevato medio utrinque notatam atque apice suo in duas spinas innocuas & horizontaliter divergentes desinentem, semen fovet, nec dimittit.

Rec. nullum, præter fundum calycis, cui semen affixum.

Sem. unicum, obovatum, deorsum insigniter acuminatum, compressum, subfuscum.

Int. simplicissimum, membranaceum, tenue.

Alb. farinosum, niveum, centrale, arcte cum integumento connatum.

Emb. periphericus, uncinato-curvatus, gramineo-viridis. *Cotyl.* semiteretes, accumbentes. *Rad.* filiformis, infera.

*

a. a.) Ramulus cum calycibus fructus integris. b.) Calyx longitudinaliter apertus, cum insertione feminis. C.) Ejusdem sectio transversalis. d.) Semen separatum. E.) Embryo denudatus.

In recenti stirpe sedulo inquirendum, utrum styli, seminis integumento externo, utrumve interno, inserti sint? In priori enim casu, fructus dicendus esset capsularis, inferus, & solæ spinæ, calycis feminei supplerent munus.

DCCXXIX. SALICORNIA. Tourn. *t.* 485. Linn. *gen.* 10.

Calyx inverse pyramidatus, angulatus, edentulus, semen involucrans. Cor. nulla. Stam. unum aut duo. Ovar. inferum. Styl. bifurcatus. Sem. unicum, in calycis ventre absconditum, erectum.

Salicornia strobilacea. Tab. 127. fig. 8.

Salicornia strobilacea. Pall. *it. ruth. 1. p. 481. t.* B. *f. 1. 2.*

Salicornia foliis alternis vaginalibus obtusis hinc dehiscentibus. Linn. *syst. veg.* 53.

Per. nullum; calyx maturus fungosus, inverse pyramidatus & superne in marginem repandum ampliatus, semen in ventre suo fovet, nec dimittit.

Rec. nullum; semen fundo calycis in situ erecto affixum.

Sem. unicum, turgide lenticulare, rostellatum, minutissimis punctis elevatis dense conspersum, rufescens, erectum.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum, utrumque tenue.

Alb. farinosum, niveum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, subviridis. *Cotyl.* semiteretes, incumbentes. *Rad.* filiformis, infera.

*

a.) Ramulus cum spicis maturis, magnitudine naturali. b. B.) Calyx maturus a parte superiore, & c. C.) idem a parte inferiore spectatus. D.) Calycis sectio verticalis, cum situ seminis. e. E.) Semen solutum. F.) Ejusdem sectio verticalis cum figura & situ albuminis atque embryonis. G.) Embryo solutus.

Salicorniæ species difficillime extricantur, cum eadem planta, pro varia sua ætate, loco, tempore, varia atque varia sit. Sæpius uni flosculo femineo adstant duo masculi minores.

DCCXXX. AXYRIS. Linn. *gen.* 1047.

Flores sexu distincti in eadem stirpe. MAS. Cal. tripartitus. Cor. nulla. Stam. tria. FEM. Cal. di-pentaphyllus. Cor. nulla. Ovar. superum. Styl. bifidus. Capsula monosperma, calyce tecta.

Axyris Ceratoides. Tab. 128. fig. 1.

Axyris fruticosa, floribus femineis lanatis. GMEL. *sibir.* 3. *p.* 17. *t.* 2. *f.* 1.

Axyris foliis lanceolatis tomentosis, floribus femineis lanatis. LINN. *syst. veg.* 846.

PER. Capsula utricularis parva, obovata, tenuissima, hispidula, stylo persistente terminata, involucrata calyce clauso bicorni lanato.

REC. nullum; semen basi affixum.

SEM. unicum, vix a capsula distinctum, obovatum, deorsum insigniter acuminatum, compressiusculum, pallidum.

INT. simplicissimum, membranaceum, diaphanum.

ALB. farinosum, candidissimum, centrale.

EMB. periphericus, uncinato-curvatus, albus. *Cotyl.* semiteretes, accumbentes. *Rad.* filiformis, infera.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem longitudinaliter apertus, capsulam includens. c.) Capsula separata. D.) Capsulæ & seminis sectio transversalis. e.) Semen separatum, in quo, ob transparentiam integumenti, albumen & embryo facile conspiciuntur. E. F.) Embryo solutus.

Posset capsula hæc utricularis pro seminis integumento externo haberi, nisi stylo esset terminata; semen ipsum laxe ambiret, atque superficiem haberet villis brevibus rigidiusculis scabratam.

DCCXXXI. POLYCNEMUM. LINN. *gen.* 53.

Calyx bi-l. triphyllus, foliolis glumaceis. Cor. 2. 3. 5petala, petalis calyci conformibus. Stam. unum ad quinque. Ovar. superum. Styl. duo, aut unus bifidus. Capsula utricularis. Semen erectum.

POLYCNEMUM arvense. Tab. 128. fig. 2.

Chenopodium foliis subulatis prismaticis, floribus solitariis sessilibus axillaribus. GUETT. *stamp.* 14.

Polycnemum arvense. JACQ. *austr.* 4. *t.* 365.

Polycnemum. LINN. *syst. veg.* 83.

PER. Capsula utricularis, subrotunda, turgide lenticularis, tenuissima, pallida, gemino stylorum rudimento apice terminata.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, longus, e basi capsulæ ad alterum seminis marginem adscendens.

SEM. unicum, rotundato-reniforme, lenticulare, punctis elevatis minutissimis conspersum, rufescens, erectum.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum, utrumque tenue.

ALB. carnosum, album, centrale.

EMB. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* semiteretes, incumbentes. *Rad.* teretiuscula, infera.

*

a.) Fructus in foliorum axillis, basi dilatatis, membranaceis, albis. b. B.) Capsula integra. C.) Eadem longitudinaliter aperta, cum funiculo umbilicali & semine in situ. d. D.) Semen separatum. E. F.) Idem dissectum cum situ & figura albuminis atque embryonis. G.) Embryo solutus.

Cum tanta sit numeri partium floris varietas, observationibus PALLASSII abunde confirmata, recte omnino fecisse videtur ADANSON, qui Polycnemon cum Camphorosma miscuit.

DCCXXXII. KOENIGIA. LINN. *gen.* 1241.

Calyx triphyllus, persistens. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. superum. Stigmata duo l. tria sessilia. Sem. unicum, nudum, inversum. Cotyl. orbiculatæ, accumbentes.

KOENIGIA islandica. Tab. 128. fig. 3.

Koenigia. OED. *flor. dan. t. 418.* LINN. *syst. veg. 129.*

Ex herbario Banksiano.

PER. nullum; calyx persistens semen fovet, nec illud penitus obtegit.

REC. nullum, præter fundum calycis.

SEM. unicum, ovatum, apice & basi leniter attenuatum, glabrum, e castaneo-rufescens, stigmatibus persistentibus terminatum.

INT. simplex, coriaceum, tenue.

ALB. semini conforme, carnosum, crassum, album, embryonem involvens.

EMB. longitudine seminis, inversus, albus. *Cotyl.* orbiculatæ, subfoliaceæ, planæ, accumbentes. *Rad.* teretiuscula, sursum incurvata, supera.

*

a.) Fructus in rosulis foliaceis terminalibus sessiles. B.) Calyx semen cingens. c. C.) Semen separatum. D.) Ejus sectio transversalis. E.) Albumen integrum. F.) Idem dissectum cum forma & situ embryonis. G.) Embryo solutus.

DCCXXXIII. PORTULACA. TOURN. *t.* 118. LINN. *gen.* 603.

Calyx diphyllus, superus, caducus. Cor. pentapetala. Stam. plura, ad viginti. Ovar. semiinferum. Styl. unicus, apice quinquefidus. Capsula unilocularis, circumscissa. Receptac. quinque, libera, dissita. Sem. numerosa.

PORTULACA pilosa. Tab. 128. fig. 4.

Port-

Portulaca curassavica, angusto longo lucidoque folio, procumbens. COMM. *hort. 1. p. 9. t. 5.*

Portulaca curassavica lanuginosa procumbens. HERM. *parad. t. 215.*

Portulaca foliis subulatis alternis: axillis pilosis, floribus sessilibus terminalibus. LINN. *syst. veg.* 445.

PER. Capsula semiinfera, corolla persistente emarcida tanquam calyptra tecta, elliptice globosa, circa medium prominulo margine cincta, unilocularis, circumscissa: valvulis hemisphaericis, subaequalibus.

REC. quinque, libera, distantia, filiformia, ramosa, erecta, fundo capsulae affixa.

SEM. numerosa, parva, reniformi-rostellata, tuberculis minutissimis acutis per series parallelas digestis scabrata, atra.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, ferrugineum.

ALB. vix ullum, praeter substantiam farinosam albam paucam in centro seminis.

EMB. teretiusculus, spiralis, albus. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* longa, centripeta.

*

a.) Fructus in extremitate ramorum sessiles. b.) Capsula cum corolla persistente. c.) Eadem denudata. D.) Ejus valvulae separatae, cum receptaculis seminum. e. E.) Semina separata. F.) Embryo denudatus.

Receptacula seminum Portulacam ab omnibus cognitis generibus distinguunt, & hactenus sine alio sunt exemplo.

DCCXXXIV. TRIANTHEMA. LINN. *gen.* 537.

Calyx pentaphyllus, foliolis margine membranaceis, sub apice aristatis. Cor. nulla. Stam. quinque aut decem. Ovar. superum. Styl. unus aut duo. Capf. bilocularis, circumscissa. Sem. duo, unum supra alterum.

TRIANTHEMA pentandra. Tab. 128. fig. 5.

Portulacae affinis polygonoides, bliti folio & facie, madraspatensis. PLUK. *phyt. t. 120. f. 3.*

Trianthema floribus pentandris digynis. LINN. *syst. veg.* 410.

PER. Capsula ovata, apice retusa & duobus coniculis compressis distantibus munita, utrinque sulco longitudinali depresso inscripta, bilocularis, paulo supra basin circumscissa, inaequivalvis: valvula superiore multo longiore.

REC. nullum, praeter dissepimentum, cui semina utrinque unum supra alterum in situ verticali affixa.

SEM. in singulo loculo gemina, rotundato-reniformia s. rostellata, lenticularia, aut obsolete angulata, rugosa, atra.

INT. duplex: *exterius* crustaceum, fragile; *interius* membranaceum, rufescens.

ALB. farinosum, niveum, centrale.

EMB.

EMB. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, infera & aliquantum centripeta.

*

a. A.) Capſula cum calyce. B.) Eadem nuda. C. D.) Ejusdem ſectio transverſalis atque longitudinalis, cum inſertione ſeminum. E.) Valvulæ ſeparatæ. f. F.) Semina ſoluta. G.) Seminis ſectio verticalis cum ſitu & figura albuminis atque embryonis.

Plura ſemina, in alia forſan ſpecie, numeravit Linnæus, ſed in hac ne gemina quidem ſemper adſunt. Loculamenta quaterna, quæ habet Adanſon, aut unicum, quod Linnæus in generibus deſcribit, ego vidi nunquam.

DCCXXXV. ACHYRANTHES. LINN. *gen.* 288.

Calyx pentaphyllus, perſiſtens. Cor. nulla. Stam. quinque, cum totidem ſquamulis apice ciliatis alternantia, aut baſi inter ſe in tubum connata. Ovar. ſuperum. Styl. unicus, apice bifidus. Capſ. utricularis evalvis. Sem. unicum, inverſum.

ACHYRANTHES lappacea. Tab. 128. fig. 6.

Blitum ſcandens, fructu lappaceo. BURM. *zeyl.* 47. *t.* 18. *f.* 1.

Achyranthes caule fruticoſo diffuſo proſtrato, ſpicis interruptis, floſculis lateralibus utrinque faſciculo ſetarum uncinato. LINN. *ſyſt. veg.* 246.

PER. Capſula ovata, membranacea, tenuiſſima, glabra, unilocularis, evalvis.

REC. funiculus umbilicalis filiformis e fundo capſulæ, ad ſeminis verticem procedens.

SEM. unicum, ovatum, ad alterum latus roſtello longitudinali notatum, turgide lenticulare, glaberrimum, lucidum, atrum.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum aut chartaceum fragile; *interius* membranaceum, ſubferrugineum.

ALB. farinoſum, niveum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* lineares, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, adſcendens, ſupera.

*

a.) Calyces maturi glomerati, ſetis uncinulatis involucrati. b.) Calyces ab involucro depurati, lanati. c.) Capſula denudata. D.) Ejus ſectio transverſalis. e. E.) Semen ſeparatum. F. G.) Idem transverſe & verticaliter diſſectum, cum ſitu & figura albuminis atque embryonis. H.) Embryo ſolutus.

ACHYRANTHES aſpera. ibid.

Amaranthus ſiculus ſpicatus. BOCC. *ſic.* 16. *t.* 9. PLUK. *phyt. t.* 260. *f.* 2.

Achyranthes caule fruticoſo erecto, calycibus reflexis ſpicæ appreſſis. LINN. *ſyſt. veg.* 246.

Involucrum (a. A.) diphyllum ſubulatum pungens. Calyces ſolitarii, foliolis paleaceis convergentibus capſulam obtegentibus. Capſula (c.) tenuiſſima, vix a ſemine diſcreta, ut fere nulla. Semen (E) ovato-oblongum, fere cylindricum, ad latus roſtellatum, melinum. Integ. ſimpliciſſimum membranaceum. Albumen & embryo (H.) ut in præcedenti.

DCCXXXVI. AMARANTHUS. Linn. *gen.* 1060.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. pentaphyllus. Cor. nulla. Stam. tria aut quinque. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſula membranacea circumſciſſa. Sem. unicum erectum.

Amaranthus hypochondriacus. Tab. 128. fig. 7.

Amaranthus racemis pentandris compoſitis confertis erectis, foliis ovatis mucronatis. Linn. *ſyſt. veg.* 854.

Per. Capſula ovata, ſtylis tribus perſiſtentibus terminata, membranacea, compreſſiuſcula, longitudinaliter obſolete ſtriata, colorata, unilocularis, circumſciſſa: valvulis æqualibus.

Rec. nullum, aut cicatricula minima alba in fundo capſulæ, cui ſemen in ſitu erecto affixum.

Sem. unicum, rotundatum, in baſi roſtellatum, lenticulari compreſſum, glaberrimum, lucidum, e ſanguineo-atrum.

Int. duplex: cruſtaceum aut chartaceum fragile; & membranaceum pallidum.

Alb. farinoſum, albicans, centrale.

Emb. periphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes incumbentes. *Rad.* filiformis infera.

*

a. A.) Fructus maturus cum calyce. B.) Capſula denudata. C.) Valvulæ ſeparatæ. d. D.) Semen integrum. E. F.) Idem diſſectum cum figura & ſitu albuminis atque embryonis. G.) Embryo ſolutus.

DCCXXXVII. CELOSIA. Linn. *gen.* 289.

Calyx pentaphyllus, foliolis duobus vel tribus externe ad baſin acceſſoriis, omnibus membranaceo-paleaceis acuminatis. Cor. nulla. Stam. quinque, baſi in cupulam hemiſphæricam ovarium cingentem connata. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, apice bifidus. Capſula membranacea circumſciſſa. Sem. plura.

Celosia criſtata. Tab. 128. fig. 8.

Amaranthus criſtatus. Cam. *epit.* 792. Besl. *Eyſt. Aut.* II. *t.* 8. *f.* 1.

Amaranthus vulgaris. Rumph. *amb.* 5. *p.* 236. *t.* 84.

Celosia cristata & castrensis. LINN. *syst. veg.* 247.

PER. Capsula subglobosa, membranacea, tenuis, stylo longo filiformi terminata, unilocularis, circumscissa: valvulis subæqualibus, post dehiscentiam rotunde quinquangularibus.

REC. subcolumnare, breve, tuberculatum, in fundo capsulæ, semina in situ erecto sustinens.

SEM. plura, ad decem, irregulariter rotunda, subreniformia, lenticulari-compressa, glaberrima, lucida, saturate castanea.

INT. duplex: crustaceum atque membranaceum.

ALB. farinosum, album, centrale.

EMB. periphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* lineares, planiusculæ, incumbentes. *Rad.* filiformis, infera & simul centripeta.

*

a.) Calyx maturus capsulam obtegens. b. C.) Stamina in cupulam basin capsulæ cingentem connata. d.) Capsula denudata integra. E.) Eadem dehiscens. F.) Receptac. in fundo capsulæ g. G.) Semina separata. H.) Semen dissectum cum situ & figura albuminis ac embryonis. I.) Embryo solutus.

Sæpe in capsulis maturis inter semina perfecta & rite formata, alia reperiuntur monstrosa aut per præcocem vegetationem deformata, naturalibus majora, viridula, vacua, crispo rubroque filo terminata.

DCCXXXVIII. GOMPHRENA. LINN. *gen.* 314.

Calyx pentaphyllus albo tomentosus, involucratus squamis tribus, quarum duæ maximæ, naviculares, compresso carinatæ, coloratæ, conniventes. Cor. nulla, nisi staminum tubum velis. Stam. quinque, filamentis in tubum conicum, apice quinquedentatum, integerrimum connatis. Ovar. superum. Styl. unicus bifidus. Capsula membranacea circumscissa. Sem. unicum inversum. *

GOMPHRENA globosa. Tab. 128. fig. 9.

Flos globosus. RUMPH. *amb.* 5. *p.* 289. *t.* 100. *f.* 2.

Amarantho affinis indiæ orientalis, floribus conglomeratis, ocymastri folio. BREYN. *cent.* 109. *t.* 51. COMM. *hort.* 1. *p.* 85. *t.* 45.

Gomphrena caule erecto, foliis ovato-lanceolatis, capitulis solitariis, pedunculis diphyllis. LINN. *syst. veg.* 264.

PER. Capsula subrotunda, compressiuscula, membranacea, semipellucida, unilocularis, supra medium circumscissa: valvula superiore breviore.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, e fundo capsulæ ad seminis verticem procedens.

SEM.

Sem. unicum, ſubrotundum, roſtellatum, turgide lenticulare aut ſubgloboſum, glabrum, fulvum.

Int. duplex: coriaceum & membranaceum, utrumque tenue.

Alb. farinoſum, candidum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, adſcendens, ſupera.

*

a.) Capitulum florum. b.) Involucri calycini ſquamæ. c. D.) Calyx verus. e. E.) Tubus ſtaminum integer. F.) Idem apertus cum ſitu capſulæ. G.) Capſula dehiſcens. H.) Eadem longitudinaliter aperta, cum ſemine e funiculo umbilicali pendente. I.) Semen integrum. K.) Idem diſſectum cum figura & ſitu albuminis atque embryonis.

DCCXXXIX. QUERIA. Linn. *gen.* 108.

Calyx pentaphyllus, foliolis oblongis, margine membranaceis, apice intus fornicatis, extus mucronatis. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. ſuperum. Styl. unicus trifidus. Capſula utricularis evalvis. Sem. unicum erectum.

Queria canadenſis. Tab. 128. fig. 10.

Mollugo foliis oppoſitis, ſtipulis quaternis, caule dichotomo. Gron. *virg. 14.*

Queria floribus ſolitariis, caule dichotomo. Linn. *ſyſt. veg. 130.*

Ex herbario Bankſiano.

Per. Capſula parva, globoſa, apice mucronata, membranacea, tenuiſſima, unilocularis, non dehiſcens.

Rec. nullum, præter nervum elevatum in latere interno capſulæ, cui umbilicus reſpondet.

Sem. unicum, reniformi-globoſum, glaberrimum, lucidum, atrum.

Int. duplex: cruſtaceum atque membranaceum.

Alb. farinoſum, candidum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* filiformis, infera, ſubadſcendens.

*

a. A.) Plantæ fructiferæ ramulus. b. B.) Calyx capſulam obtegens. C.) Capſula denudata. D.) Eadem transverſim ſecta. e. E.) Semen integrum. F.) Idem diſſectum, cum ſitu & figura albuminis atque embryonis. G.) Embryo ſolutus.

Hæc, a Q. *hiſpanica*, non tantum habitu ſuo externo ſed & calycis atque capſulæ fabrica multum recedit, atque plurimum affinitatis cum Arenaria & ſequenti Paronychia habet, ut ab his nonniſi ſtaminum numero differre videatur.

DCCXL. PARONYCHIA. TOURN. *t.* 288. JUSS. *p.* 89. Illecebrum. LINN. *gen.* 290.

Calyx pentaphyllus, foliolis oblongis, margine membranaceis, apice intus ſubfornicatis, extus mucronatis. Cor. nulla. Stam. quinque, cum totidem ſquamulis linearibus alternantia. Ovar. ſuperum. Styl. unicus bifidus. Capſ. utricularis. Sem. unicum, inverſum.

PARONYCHIA nitida. Tab. 128. fig. 11.

Paronychia hiſpanica. CLUS. *hiſt.* 2. *p.* 182.

Illecebrum floribus bracteis nitidis obvallatis, caulibus procumbentibus, foliis lævibus. LINN. *ſyſt. veg.* 248.

PER. Capſula ſubrotunda, baſi anguſtior, apice ſtylo bifurco terminata, membranacea, tenuiſſima, unilocularis, non dehiſcens.

REC. funiculus umbilicalis filiformis e fundo capſulæ ad ſeminis verticem pertingens.

SEM. unicum, ſubturbinatum, aut ex anguſtiori baſi ſurſum globoſe lateſcens, ab altero latere roſtello nigricante inſignitum, cetera glaberrimum, lucidum, ruffo-ferrugineum.

INT. duplex: cruſtaceum atque membranaceum.

ALB. farinoſum, candidum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* lineares, planiuſculæ, incumbentes. *Rad.* filiformis, adſcendens uſque ad verticem, ſupera.

*

a. A.) Capſula calyce cincta. b. B.) Eadem denudata. C.) Ejus ſectio transverſalis. d. D.) Semen integrum. E.) Idem diſſectum cum albuminis & embryonis ſitu.

Inter omnes Illecebri ſpecies, quas videre mihi hactenus contigit, ſolum *verticillatum*, Linnæano characteri reſpondet; reliquæ, ad alia genera, ut Paronychiam, Achyranthem & Celoſiam, tum propter ſtamina baſi connata, tum propter capſulas evalves aut circumſciſſas debent referri.

DCCXLI. DRYPIS. LINN. *gen.* 381.

Calyx monophyllus, ovatus, multiſtriatus, ſemiquinquefidus, perſiſtens. Cor. pentapetala: petalis bifidis, unguiculatis, ad faucem gemino denticulo barbatis. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. unicus, breviſſimus, trifidus. Capſ. unilocularis, circumſciſſa, monoſperma. Embr. ſpiralis.

DRYPIS ſpinoſa. Tab. 128. fig. 12.

Drypis theophraſti & anguillaræ. DALECH. *hiſt.* 1480. BAUH. *hiſt.* 3. *p.* 3.. *Dryp.*

Drypis italica aculeata, floribus albis umbellatis compactis. MICH. *gen. t. 23.*
Drypis ſpinoſa. JACQ. *hort. t. 49.* LINN. *ſyſt. veg. 298.*
A Cl. SCHREBERO.

PER. Capſula a calyce tecta, ovata, ſuperne mucronata, inferne leviter anguſtata, membranacea, tenuiſſima, diaphana, unilocularis, ſupra medium circumſciſſa.

REC. funiculus umbilicalis filiformis, e fundo capſulæ, ad ſeminis latus emarginatum adſcendens.

SEM. unicum, magnitudine capſulæ, reniformi - roſtellatum, in dorſo linea prominula carinatum, cetera lenticulari compreſſum, glabrum, ſublucidum, fulvum aut e ſpadiceo - luteum.

INT. duplex: cruſtaceum atque membranaceum.

ALB. farinoſum, candidiſſimum, ſolis integumenti interni lateribus adnatum, in ejus autem peripheria deficiens.

EMB. ſpiralis, filiformis, longiſſimus, luteſcens. *Cotyl.* lineares, in ſpiram trium gyrorum convolutæ. *Rad.* peripherica, curvata, infera.

*

a. a.) Surculus cum calycibus maturis. b.) Calyx ſeparatus, integer. c.) Idem diſſectus. C. D.) Capſula integra & dehiſcens. E.) Eadem aperta cum ſitu ſeminis. f.) Semen a dorſo ſpectatum. G.) Idem diſſectum, cum figura & ſitu embryonis.

DCCXLII. TALINUM. ADANS. *p.* 245. JUSS. *p.* 312.

Calyx diphyllus, inferus. Cor. pentapetala, caduca. Stam. plura, ad quadraginta. Ovar. ſuperum. Styl. unicus trifidus. Capſ. unilocularis, trivalvis. Recept. unicum, ſubgloboſum. Sem. plura.

TALINUM paniculatum. Tab. 128. fig. 13.

Portulaca americana latifolia erecta, floribus albis. COMM. *hort. 1. p. 7. t. 4.*
Portulaca paniculata. JACQ. *hort. t. 151.*
Portulaca foliis lanceolato - ovatis planis, panicula ramoſa, calycibus diphyllis. LINN. *ſyſt. veg. 446.*

PER. Capſula ſupera, ſphærica, parva, unilocularis, trivalvis. Valvulæ a baſi dehiſcentes, e filo ſuturis interjecto pendulæ.

REC. ſubgloboſum, liberum ſcrobiculatum, fungoſum, fundo capſulæ affixum.

SEM. plura, rotundata, roſtellata, lenticularia, glaberrima, lucida, atra.

INT. duplex: cruſtaceum atque membranaceum.

ALB. farinoſum, niveum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

a.) Ra-

*

a.) Ramulus paniculæ frugiferæ. A. B.) Capſula integra & diſſecta. C.) Eadem dehiſcens. D.) Receptac. ſeminum & fila futuris interjecta feorſim ſpectata. e. E.) Semina ſeparata. F. G.) Semen diſſectum cum figura & ſitu albuminis atque embryonis.

DCCXLIII. BUFFONIA. Linn. *gen.* 168.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. duo aut quatuor. Ovar. ſuperum. Styl. duo. Capſ. unilocularis, bivalvis, diſperma.

Buffonia tenuifolia. Tab. 129. fig. 1.

Polygonum anguſtiſſimo gramineo folio erectum. Magn. *hort. monſp.* 97. *ic.* 97.

Alſine polygonoides tenuifolia, floſculis ad longitudinem caulis velut in ſpicam diſpoſitis. Pluk. *phyt. t.* 75. *f.* 3.

Bufonia. Linn. *ſyſt. veg.* 167.

Per. Capſula parva, ovata, compreſſiuſcula, unilocularis, bivalvis.

Rec. nullum; ſemen ſingulum ope funiculi capillaris breviſſimi fundo capſulæ affixum.

Sem. duo, ovata, plano-convexa, ad baſin emarginato-roſtellata, punctis elevatis contiguis ſcabrata, fuſca.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. carnoſum, aqueo-pallidum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* lineares, incumbentes. *Rad.* filiformis infera.

*

a. A.) Fructus maturus cum calyce. b. C.) Capſula clauſa & dehiſcens. D.) Inſertio ſeminum in baſin capſulæ. e. E. F.) Semina ab utroque latere ſpectata. G. H.) Semen diſſectum cum ſitu & figura albuminis atque embryonis.

DCCXLIV. MONTIA. Linn. *gen.* 101.

Calyx diphyllus. Cor. monopetala, trifida, irregularis. Stam. tria. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. unilocularis, trivalvis, triſperma.

Montia fontana. Tab. 129. fig. 2.

Alſinoides annua verna. Vail. *paris. t.* 3. *f.* 4.

Montia aquatica minor. Mich. *gen. t.* 13. *f.* 2.

Montia. Oed. *flor. dan. t.* 131. Hall. *hiſt. n.* 301. Linn. *ſyſt. veg.* 125.

Per. Capſula calyce perſiſtente obvoluta, ſubgloboſa, unilocularis, trivalvis.

Rec. nullum; ſemina ope funiculi umbilicalis breviſſimi fundo capſulæ affixa.

SEM. tria, turgide lenticularia aut ſubgloboſa, roſtellata, denſiſſime tuberculato-ſcabrata, atra.

INT. duplex: cruſtaceum atque membranaceum.

ALB. carnoſum, aqueo-pallidum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* infera.

*

a. A.) Capſula calyce tecta. B.) Eadem denudata ac dehiſcens. C.) Ejusdem ſectio transverſalis, cum funiculis umbilicalibus. d. D.) Semina ſeparata. E.) Semen diſſectum cum figura & ſitu albuminis atque embryonis.

DCCXLV. CLAYTONIA. LINN. *gen.* 287.

Calyx diphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. unicus, apice trifidus. Capſ. unilocularis, trivalvis, triſperma.

CLAYTONIA ſibirica. Tab. 129. fig. 3.

Limnia. LINN. *act. upſ. 1746. p. 130. t. 5. act. holm. 1746. p. 137. t. 5.*

Claytonia foliis ovatis. LINN *ſyſt. veg. 245.*

PER. Capſula amplis calycis perſiſtentis valvis obtecta, ovata, apice in mucronem producta, chartaceo-elaſtica, tenuis, unilocularis, trivalvis.

REC. nullum; ſemina ope funiculi umbilicalis breviſſimi fundo capſulæ affixa.

SEM. tria, ſubrotunda, roſtellata, lenticularia, minutiſſime puncticulata, glabra tamen, lucida, anthracina.

INT. duplex: cruſtaceum atque membranaceum.

ALB. farinoſum, niveum, centrale.

EMB. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* filiformis, infera.

*

a.) Capſula clauſa cum calyce. b.) Eadem dehiſcens. C.) Valvulæ reclinatæ cum inſertione ſeminum. d. D.) Semina ſeparata. E.) Semen diſſectum cum figura & ſitu albuminis atque embryonis.

DCCXLVI. TELEPHIUM. TOURN. *t.* 128. LINN. *gen.* 377.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. triquetra, unilocularis, trivalvis, polyſperma.

TELEPHIUM Imperati. Tab. 129. fig. 4.

Telephium legitimum. CLUS. *hiſt. 2. p. 67.*

Telephium foliis alternis. LINN. *ſyſt. veg. 297.*

PER.

PER. Capſula ovata, ſuperne in mucronem contracta, triquetra, in mediis lateribus ſtria depreſſa longitudinali notata, unilocularis, trivalvis.

REC. breve, columnare, liberum, inferne ſcrobiculatum, ſuperne funiculis umbilicalibus brevibus penicillatum.

SEM. plura, circiter duodecim, grandiuſcula, ovato-globoſa, ſubreniformia, vix aut leviſſime compreſſa, minutiſſime elevato-puncticulata, glabra tamen & ſine ſplendore aterrima.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. ſubfarinoſum, aqueo-glaucum aut album, centrale.

EMB. periphericus, ſemicircularis, albus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* infera & ſimul centripeta.

*

a.) Fructus in racemulis terminalibus. b.) Capſula dehiſcens. C.) Ejus ſectio transverſalis. d.) Receptac. denudatum. e. E.) Semina ſeparata. F. G.) Semen diſſectum, cum ſitu albuminis & embryonis.

DCCXLVII. LOEFLINGIA. LINN. *gen.* 52.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, minima. Stam. tria. Ovar. ſuperum. Styl. unicus, ſimplex. Capſ. unilocularis, trivalvis, polyſperma.

LOEFLINGIA hiſpanica. Tab. 129. fig. 5.

Loeflingia. LINN. *act. holm.* 1758. *t.* 1. *f.* 1. *ſyſt. veg.* 83.

PER. Capſula parva, ovata, ſuperne anguſtior, unilocularis, trivalvis.

REC. columnare, liberum, ſuperne penicilliformi-ramoſum, longitudine fere capſulæ.

SEM. plura, ſedecim ad viginti, parvula, ovata, in roſtellum producta, ſulco dorſali leviſſime depreſſo notata, excavato-puncticulata, ſtraminea aut ruſeſcentia.

INT. ſimplex, membranaceum, tenue, ſubdiaphanum.

ALB. farinoſum, niveum, unilaterale.

EMB. dorſalis, arcuatus, luteſcens. *Cotyl.* lineares, planiuſculæ, incumbentes. *Rad.* teretiuſcula, brevis, infera & ſimul centripeta.

*

a.) Fructus in corymbis terminalibus. b. B.) Calyx perſiſtens. c. C.) Capſula clauſa. D.) Eadem dehiſcens. E.) Recaptac. centrale. f. F.) Semina ſeparata. G.) Embryo albuminis incumbens. H.) Idem ſolutus.

DCCXLVIII. LECHEA. LINN. *gen.* 109.

Calyx triphyllus. Cor. tripetala. Stam. tria. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. unilocularis, ſemitrivalvis. Recept. linearia, centralia. Sem. tria.

Lechea minor. Tab. 129. fig. 6.

Scoparia foliis tenuissimis, in plures & tenuissimos ramulos divisa & subdivisa. Raj. *suppl. 132.*

Lechea foliis lineari lanceolatis, floribus paniculatis. Linn. *syst. veg. 130.*

Ex herbario Banksiano.

Per. Capsula magnitudine capitis aciculæ minoris, ovato-globosa, vix aut obsoletissime trigona, unilocularis, semitrivalvis: valvulis intus stria longitudinali elevata atque saturatius colorata notatis.

Rec. squamulæ tres, breves, lineares, e centro fundi capsulæ oriundæ & ventri seminum accumbentes.

Sem. tria, oblonga, utrinque acuminata, triquetra, hinc convexa, inde angulata, obsolete puncticulata, fusca.

Int. simplex, coriaceum, tenue.

Alb. unilaterale, semini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

Emb. dorsalis, subarcuatus aut rectiusculus, lutescens. *Cotyl.* ovato-oblongæ, subfoliaceæ, incumbentes. *Rad.* teretiuscula, brevis, infera.

*

a.) Paniculæ frugiferæ ramulus. A. B.) Capsula clausa. C.) Eadem dehiscens. D.) Ejus sectio transversalis, cum tribus squamulis receptaculi. e. E.) Semina separata. F.) Semen transverse sectum. G.) Embryo albuminis dorso incumbens. H.) Idem solutus.

Capsulam maturam, in hac specie, constanter unilocularem, nec aliud dissepimentorum vestigium deprehendo, præter striam modice elevatam in medio pariete interno valvularum. Interiores autem tres valvulæ, quas Linnæus habet, certe non adsunt, nisi ipsas illas velit receptaculi squamulas angustissimas, brevissimas atque lineares, quæ nequaquam pro valvulis, ac ne pro dissepimentis quidem haberi possunt, quum nec supra semina nec ad parietes usque capsulæ extendantur.

Embryo non pro more gentis cyclicus, sed rectiusculus est, ut in *Ortegia*, *Velezia* & *Diantho*.

DCCXLIX. ALSINE. Linn. *gen.* 380.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. tres. Capsula unilocularis, trivalvis, polysperma.

Alsine mucronata. Tab. 129. fig. 7.

Alsine foliis filiformibus pungentibus, calycibus aristatis. Hall. *hist. n. 870. t. 17.*

Alsine petalis integris brevibus, foliis setaceis, calycibus aristatis. Linn. *syst. veg. 298.*

Per. Capsula ovato-oblonga l. subcylindrica, tenuis, unilocularis, trivalvis.

Rec.

Rec. columnare, liberum, longum, funiculis umbilicalibus capillaribus crinitum.

Sem. plura, reniformia, punctis acuminatis per series digestis scabrata, rufescentia.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. farinosum, niveum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* filiformis, infera & simul centripeta.

*

a.) Plantæ frugiferæ ramulus. B.) Calyx maturus. C.) Capsula clausa. D.) Eadem dehiscens. E.) Ejusdem sectio transversalis, cum receptaculo. f. F.) Semina separata. G.) Albuminis & embryonis figura atque situs in semine verticaliter dissecto.

DCCL. ORTEGIA. Linn. *gen.* 51.

Calyx pentaphyllus. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. superum. Styl. unicus, stigmate capitato aut trifido. Caps. unilocularis, apice trifariam dehiscens. Sem. plura, oblonga.

Ortegia hispanica. Tab. 129. fig. 8.

Juncaria salmantica. Clus. *hist.* 1. *p.* 174.

Ortegia floribus subverticillatis, caule simplici. Linn. *syst. veg.* 82.

Per. Capsula parva, ovata, superne attenuata & obsolete trigona, unilocularis, apice trifariam dehiscens.

Rec. nullum; semina funiculis umbilicalibus filiformibus fundo capsulæ affixa.

Sem. plura, circiter duodecim, parvula, oblonga, subteretia, utrinque attenuata, glabra, ferruginea.

Int. simplex, membranaceum, tenue.

Alb. farinosum, candidissimum, unilaterale.

Emb. dorsalis, rectus, albus. *Cotyl.* oblongæ, planiusculæ, incumbentes. *Rad.* teretiuscula, brevis, infera.

*

a.) Plantæ frugiferæ ramulus. B.) Calyx maturus, margine membranaceus. c. C.) Capsula clausa. D.) Eadem dehiscens. E.) Ejus sectio transversalis cum fasciculo funiculorum umbilicalium. f. F.) Semina separata. G. H.) Semen dissectum, cum situ & figura albuminis atque embryonis.

Embryone gaudet penitus recto, minus usitato in hac familia exemplo.

DCCLI. POLYCARPON. Linn. *gen.* 105.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, brevissima. Stam. tria. Ovar. superum. Styl. tres. Caps. unilocularis, trivalvis. Sem. plura, rostellata.

Poly-

POLYCARPON tetraphyllum. Tab. 129. fig. 9.

* *Paronychia altera.* DALECH. *hist.* 1213. *c. ic.*
  Anthyllis alsinefolia polygonoides major. BARR. *rar.* 103. *t.* 534.
  Polycarpon caule ramoso prostrato, foliis quaternis. LINN. *syst. veg.* 129.

PER. Capsula parva, ovata, unilocularis, trivalvis: valvulis membranaceis, post dehiscentiam introrsum convolutis.

REC. nullum, præter fasciculum funiculorum umbilicalium in fundo capsulæ.

SEM. plura, ad quindecim, parvula, ovato rostellata, punctis elevatis scabra, aut ante plenam maturitatem angulata glabriuscula, pallida.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. unilaterale, carnosum, album.

EMB. dorsalis, arcuatus, albus. *Cotyl.* semiteretes, incumbentes. *Rad.* filiformis, infera.

*

a.) Plantæ frugiferæ ramulus. B.) Calyx maturus. c. C.) Capsula clausa, cum corolla persistente. D.) Eadem transverse secta. E. F.) Valvulæ dehiscentes, cum penicillo funiculorum umbilicalium. g. G.) Semina matura & immatura. H.) Seminis sectio verticalis, cum situ & figura albuminis atque embryonis.

DCCLII. SAGINA. LINN. *gen.* 176.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. quatuor. Ovar. superum. Styl. quatuor. Caps. unilocularis quadrivalvis. Recept. columnare. Sem. numerosa.

SAGINA procumbens. Tab. 129. fig. 10.

Alsine pusilla graminea, flore tetrapetalo. SEGUI. *veron.* 421. *t.* 5. *f.* 3.
Alsine tetrastemon, foliis connatis lanceolatis. HALL. *hist. n.* 861.
Sagina ramis procumbentibus. ARD. *spec.* 2. *t.* 8. *f.* 2. LINN. *syst. veg.* 169.

PER. Capsula calyce persistente cincta, ovata, tenuis, unilocularis, quadrivalvis, ultra medium dehiscens.

REC. columnare, liberum, hispidum, dimidia capsula paulo longius.

SEM. numerosa, supra quinquaginta, minutula, subreniformia, glabra, ferruginea.

INT. simplex, coriaceum, tenue.

ALB. farinosum, album, centrale.

EMB. periphericus, hemicyclicus, lutescens. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Plantæ frugiferæ ramulus. b. B.) Calyx cum capſula dehiſcente. C. D.) Capſula transverſim & longitudinaliter diſſecta, cum receptac. columnari. e. E.) Semina ſeparata. F.) Albuminis & embryonis ſitus in ſemine verticaliter diſſecto.

DCCLIII. MOEHRINGIA. Linn. *gen.* 394.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala. Stam. octo. Ovar. ſuperum. Styl. duo, ſtigmatibus globuloſis. Capſ. unilocularis, quadrivalvis. Recept. nullum. Sem. pauca.

Moehringia muſcoſa. Tab. 129. fig. 11.

Alſine montana, capillaceo folio. Pluk. *phyt. t.* 75. *f.* 1.

Alſine octoſtemon, foliis connatis linearibus. Hall. *hiſt. n.* 860.

Moehringia. Jacq. *auſtr.* 5. *t.* 449. Linn. *ſyſt. veg.* 376.

Per. Capſula calyce perſiſtente cincta, ſubgloboſa, unilocularis, quadrivalvis.

Rec. nullum, præter funiculos umbilicales breviſſimos in fundo capſulæ.

Sem. pauca, circiter decem, reniformia, glabra, rufeſcentia.

Int. ſimplex, coriaceum, tenue.

Alb. farinoſum, niveum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, albus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* infera.

**

a.) Plantæ frugiferæ ramulus. B.) Capſula clauſa. C.) Eadem dehiſcens. D.) Ejus ſectio transverſalis, cum funiculis umbilicalibus. e. E.) Semina ſoluta. F.) Semen diſſectum, cum albumine & embryone.

DCCLIV. VELEZIA. Linn. *gen.* 447.

Calyx monophyllus, tubuloſus, longiſſimus, quinquedentatus. Cor. pentapetala, parva. Stam. quinque l. ſex. Ovar. ſuperum. Styl. duo. Capſ. unilocularis, apice quadrivalvis. Recept. ſetaceum liberum. Sem. inverſa.

Velezia rigida. Tab. 129. fig. 12.

Lychnis corniculata minor. Barr. *ic.* 1017. 1018. Bocc. *muſ.* 2. *p.* 50. *t.* 43.

Knawel majus, foliis caryophylleis. Buxb. *cent.* 2. *p.* 41. *t.* 17. rudis.

Velezia. Linn. *ſyſt. veg.* 266.

Ex herbario Bankſiano.

Per. Capſula cylindrica, longiſſima, calyce perſiſtente veſtita, unilocularis, apice quadrifariam dehiſcens.

Rec. ſetaceum, centrale, liberum, longitudine fere capſulæ, ſeminibus ſubalternis, deorſum incumbentibus tectum.

Sem.

SEM. plura, ad duodecim, parva, oblonga, apice in brevem mucronem producta, hinc convexa, inde ex marginibus in ventrem reflexis concava, atque rima ampla longitudinali hiantia, ceterum glabra, nigricantia, inversa. Umbilicus in medio seminis ventre.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum, utrumque tenue.

ALB. farinosum, album, unilaterale.

EMB. dorsalis, rectus, inversus, lacteus. *Cotyl.* oblongæ, compressæ, nec tamen foliaceæ. *Rad.* teretiuscula, brevissima, supera.

*

a. A.) Capsula matura, calyce tecta. B.) Eadem denudata, clausa. C.) Eadem apice dehiscens. D.) Ejusdem sectio transversalis cum receptaculo atque seminum insertione. e. E.) Semina separata, a parte dorsali spectata. F.) Seminis latus ventrale. G.) Ejusdem sectio transversalis. H.) Embryonis situs in dorso albuminis. I.) Idem solutus.

A Diantho præcipue differt: definito seminum situ & minori staminum numero, nec non squamarum ad calycis basin defectu.

DCCLV. DIANTHUS. LINN. *gen.* 656. Caryophyllus. TOURN. *inst. t.* 174.

Calyx monophyllus, tubulosus, quinquedentatus, basi squamis accessoriis appressis calyculatus. Cor. pentapetala, unguiculata, denticulata. Stam. decem, petalis & receptaculo alternatim affixa. Ovar. superum. Styl. duo l. tres. Capf. unilocularis, apice 4. 5valvis. Recept. liberum. Sem. plurima, compressa.

DIANTHUS inodorus. Tab. 129. fig. 13.

Caryophyllus sylvestris, flore rubro inodoro, calyce oblongo cum brevibus unguibus. SEGUI. *veron.* 435. *t.* 7. *f.* 3.

Tunica ramis unifloris & bifloris, petalis levibus, stipulis calycinis brevissimis. HALL. *hist. n.* 896.

Dianthus floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis. LINN. *syst. veg.* 418.

PER. Capsula subcylindrica l. ovato-oblonga, calyce persistente vestita, glabra, unilocularis, apice quadrifariam dehiscens.

REC. columnare, gracile, scrobiculatum, liberum, capsula quarta parte brevius, undique seminibus vario situ positis tectum.

SEM. numerosa, circiter quinquaginta, obovata, rostellata, compressa, hinc tamen leviter convexa, inde subconcava, striis longitudinalibus atque transversalibus tenuissimis cancellata, atra. Umbilicus in medio seminis ventre.

Int. ſimplex, coriaceum, tenue.

Alb. farinoſum, niveum, unilaterale.

Emb. dorſalis, vix aut parum curvatus, albus. *Cotyl.* ellipticæ, ſubfoliaceæ. *Rad.* tereti-acuminata, cotyledonibus brevior, vaga, plerumque tamen infera.

*

a.) Capſula intra calycem. b.) Eadem denudata & dehiſcens. C.) Receptac. columnare. d. D.) Seminum latus dorſale. E.) Eorum pars ventralis. F.) Sectio ſeminis transverſalis cum ſitu albuminis atque embryonis. G.) Embryo ſolutus.

Semina D. *chinenſis* & *carthuſianorum* præcedentibus ſimillima, ſed magis plana & triplo fere majora.

DCCLVI. AGROSTEMMA. Linn. *gen.* 583.

Calyx monophyllus, tubuloſus, quinquedentatus, perſiſtens. Cor. pentapetala, unguiculata: laminis obtuſis indiviſis, nudis aut barbatis. Stam. decem, ſitu alternantia. Ovar. ſuperum. Styl. quinque. Capſ. unilocularis, apice quinquevalvis. Recept. columnare, liberum. Sem. plurima.

Agrostemma Coronaria. Tab. 130. fig. 1.

Lychnis. Cam. *epit.* 569. — *coronaria.* Dod. *pempt.* 170. Besl. *Eyſt. æſtiv.* IX. *t.* 3. *f.* 2. 3.

Lychnis tomentoſa, calycibus coſtatis, floribus longiſſime pedunculatis. Hall. *hiſt. n.* 925.

Agroſtemma tomentoſa, foliis ovato-lanceolatis, petalis emarginatis coronatis ſerratis. Linn. *ſyſt. veg.* 435.

Per. Capſula calyce tomentoſo decem coſtato veſtita, ovata, decem ſulcata, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens: laciniis ſingulis ſtylo indurato & recurvato terminatis.

Rec. columnare, cylindricum, liberum, hirſutum, longitudine fere capſulæ.

Sem. numeroſa, globoſe-aut angulato-reniformia, tuberculis transverſis oblongis per ſeries parallelas digeſtis denſiſſime conſperſa, e cinereo-nigricantia.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. farinoſum, niveum, centrale.

Emb. periphericus, hemicyclicus, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Capſula tecta. b.) Eadem denudata & dehiſcens. β.) Valvula magnitudine aucta cum ſtylo perſiſtente tortuoſo. c. d.) Capſula diſſecta cum ſitu receptaculi. e. E.) Semina ſeparata. F.) Semen diſſectum cum ſitu & figura albuminis atque embryonis. G.) Embryo ſolutus.

Ne unica quidem satis idonea nota diſtinctiva a Lychnide differt, niſi hanc a loculamentorum numero, ſatis infido, in plura genera diſcerpere velis.

DCCLVII. L Y C H N I S. Linn. *gen.* 584.

Calyx monophyllus, tubuloſus, quinquedentatus, perſiſtens. Cor. pentapetala, unguiculata: laminis ſubbifidis. Stam. decem, ſitu alternantia. Ovar. ſuperum. Styl. quinque. Capſ. uni - tri - l. quinquelocularis, apice quinquefariam dehiſcens. Recept. liberum aut ſeptigerum. Sem. plurima.

Lychnis chalcedonica. Tab. 130. fig. 2.

Flos conſtantinopolitanus. Dod. *pempt.* 178. Besl. *Eyſt. æſtiv.* IX. *t.* 5. *f.* 1.

Lychnis floribus faſciculatis faſtigiatis. Linn. *ſyſt. veg.* 435.

Per. Capſula calyce membranaceo nervis decem villoſis ſtriato veſtita, ovata, deorſum attenuata, glabra, unilocularis, apice quinquefariam dehiſcens.

Rec. columnare, cylindricum, liberum, ſulcatum atque ſcrobiculatum, nudum.

Sem. numeroſa, angulato - reniformia, tuberculis acuminatis ſeriatis ſcabrata, ferruginea.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. farinoſum, niveum, centrale.

Emb. periphericus, ſubannularis, luteſcens. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Capſula calyce veſtita. b.) Eadem denudata & dehiſcens. c d.) Receptac. figura & ſitus. e. E.) Semina ſeparata. F.) Albuminis & embryonis ſitus ac figura G.) Embryo ſolutus.

Lychnidi generatim tria loculamenta, Juss. & quinque, Linn. tribuunt; ſed potior ſpecierum numerus capſulas promit uniloculares.

DCCLVIII. S T E L L A R I A. Linn. *gen.* 568.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis bipartitis. Stam. decem, ſitu alternantia. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. unilocularis, ſexvalvis. Recept. breviſſimum. Sem. plura.

Stellaria holoſtea. Tab. 130. fig. 3.

Gramen. Fuchs. *hiſt. lat.* 136. *germ. ic.* 74. — *alterum.* Cam. *epit.* 743.

Alſine foliis gramineis ciliatis. Hall. *hiſt. n.* 884.

Stellaria foliis lanceolatis ſerrulatis, petalis bifidis. Linn. *ſyſt. veg.* 422.

Icon. Oed. *flor. dan. t.* 698.

Per.

PER. Capſula globoſa, tenuis, ſubdiaphana, unilocularis, ſexvalvis, ad baſin uſque dehiſcens.

REC. breve, liberum, in fundo capſulæ, ex tuberculis parvis fungoſis compoſitum, inter quæ funiculi umbilicales filiformes ad ſemina ſuperiora procedunt.

SEM. plura, circiter duodecim, grandiuſcula, globoſe reniformia, tuberculis acuminatis per ſeries remotiuſculas parallelas digeſtis pulchre muricata, e luteo - rufeſcentia.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. farinoſum, candidum, centrale.

EMB. periphericus, ſubſpiralis, albus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* infero - centripeta.

*

a.) Capſula clauſa. b. c) Eadem dehiſcens. D.) Receptac. in fundo capſulæ. e. E.) Semina ſeparata. F.) Semen diſſectum cum albumine & embryone.

DCCLIX. SPERGULA. LINN. *gen.* 586.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis indiviſis. Stam. quinque l. decem. Ovar. ſuperum. Capſ. unilocularis, quinquevalvis. Recept. globoſum liberum. Sem. plura, margine cincta.

SPERGULA arvenſis. Tab. 130. fig. 4.

Spergula. DOD. *pempt.* 527.

Alſine foliis verticillatis, ſeminibus rotundis. HALL. *hiſt. n.* 873.

Spergula foliis verticillatis, floribus decandris. LINN. *ſyſt. veg.* 437.

Icon. ſem. GREW. *anat. t.* 73.

PER. Capſula ovata, calyce cincta, unilocularis, quinquevalvis, vix ultra medium dehiſcens.

REC. globoſum, grande, liberum, fungoſum, ſcrobiculatum.

SEM. plura, circiter viginti, turgide lenticularia aut ſubgloboſa, margine acuto, ante plenam maturitatem membranaceo, cincta, plurimisque granulis globoſis albis, primum pedicellatis demum vero ſeſſilibus, conſpersa, ad umbilicum leviter emarginata, nigro-fuſca.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. vix ullum, aut parciſſimum in utroque ſeminis latere inter integumenta atque embryonem.

EMB. magnitudine ſeminis, ſpiralis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes, unum cum dimidio ſpiræ gyrum abſolventes. *Rad.* peripherica, centripeta.

*

a. b.) Capſula intra calycem, clauſa & dehiſcens. c. D.) Eadem diſſecta cum figura receptaculi. e. F. G.) Semina a latere & a dorſo ſpectata. H.) Semen apertum, cum embryone ſpirali.

Spergula *pentandra* gaudet ſeminibus foliaceo - compreſſis, nigris, margine membranaceo albo cinctis.

DCCLX. HOLOSTEUM. Linn. *gen.* 104.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala. Stam. tria aut quinque. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. unilocularis, ſexvalvis. Recept. columnare, liberum. Sem. numeroſa.

Holosteum umbellatum. Tab. 130. fig. 5.

Lychnis graminea hirſuta umbellifera. Moris. *hiſt. 2. S. 5. t. 22. f. 46.*

Alſine floribus umbellatis, petalis ſerratis. Hall. *hiſt. n. 879.*

Holoſteum floribus umbellatis. Linn. *ſyſt. veg. 129.*

Per. Capſula ovata, glabra, ſplendens, unilocularis, ſexvalvis, vix ultra medium dehiſcens.

Rec. columnare, liberum, funiculis umbilicalibus hiſpidum, dimidia capſula paulo longius.

Sem. numeroſa, circiter ſeptuaginta, ſubovata, compreſſe trigona, punctis elevatis ſparſis ſcabrata, ſulco in dorſo depreſſiuſculo in ventre autem prominulo & quaſi appreſſe roſtellato notata, rufeſcentia.

Int. ſimplex, membranaceo - ſpongioſum, tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, album, embryonem involvens.

Emb. uncinato - curvatus, tectus, albus. *Cotyl.* ovato - oblongæ, ſubfoliaceæ, dorſales. *Rad.* teretiuſcula, in ventrem ſeminis reflexa, centripeta.

*

a.) Fructus umbellati. B.) Capſula dehiſcens. C. D.) Eadem diſſecta, cum figura receptaculi. e. E.) Semina ſeparata. F.) Semen transverſe ſectum, cum ſitu cotyledonum & radiculæ intra albuminis ſubſtantiam. G.) Embryo ſolutus.

DCCLXI. CERASTIUM. Linn. *gen.* 585.
Myoſotis. Tourn. *inſt. t.* 126.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis bifidis. Stam. quinque l. decem. Ovar. ſuperum. Styl. quinque. Capſ. unilocularis, apice dehiſcens. Recept. columnare liberum. Sem. plurima.

Cerastium vulgatum. Tab. 130. fig. 6.

Myoſotis arvenſis hirſuta, parvo flore albo. Vail. *paris. t. 30. f. 1.*

Myoſotis

Myosotis foliis ovato lanceolatis, petalis calycis longitudine. Hall. *hist. n.* 883.
Cerastium foliis ovatis, petalis calyci æqualibus, caulibus diffusis. Linn. *syst. veg.* 436.

Per. Capsula oblonga, subcylindrica, glabra, diaphana, tenuis, unilocularis, apice dentibus decem brevibus dehiscens.

Rec. columnare, liberum, teretiusculum, nudum, scrobiculatum, longitudine dimidiæ circiter capsulæ.

Sem. plurima, supra quinquaginta, subglobosa, rostellata, tuberculis diffusis & quasi squamosis consperla, luteo-ferruginea.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. farinosum, album, centrale.

Emb. periphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a. A.) Capsula clausa atque dehiscens. B.) Capsula dissecta cum receptaculo. c. C.) Semina separata. D.) Albuminis & embryonis situs atque figura.

Aliæ species capsulas oblongas, aliæ vero globosas habent.

DCCLXII. ARENARIA. Linn. *gen.* 569.

Calyx pentaphyllus. Cor. pentapetala, laminis integerrimis. Stam. decem. Ovar. superum. Styl. tres. Capf. unilocularis, apice dehiscens. Recept. nullum aut brevissimum. Sem. plurima.

Arenaria serpyllifolia. Tab. 130. fig. 7.

Alsine minor. Fuchs. *hist. lat.* 23. *germ. ic.* 12.
Alsine foliis ovato-lanceolatis subhirsutis, petalis calyce brevioribus. Hall. *hist. n.* 875.
Arenaria foliis subovatis acutis sessilibus, corollis calyce brevioribus. Linn. *syst. veg.* 423.

Per. Capsula ovato-conica, calyce persistenti paulo longior, unilocularis, apice denticulis brevibus quinis aut senis dehiscens.

Rec. nullum aut brevissimum ex funiculis umbilicalibus filiformibus fasciculatis fundo capsulæ insertis.

Sem. numerosa, parva, reniformia, punctis elevatis seriatis minutissimis conspersa, rufescentia aut spadicea.

Int. duplex; utrumque membranaceum.

Alb. farinosum, album, centrale.

Emb. periphericus, hemicyclicus, lacteus. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* infera centripeta.

a. A.) C

*

a. A.) Capſula ſexfariam apice dehiſcens. B.) Receptac. in fundo capſulæ. c. C.) Semina ſeparata. D.) Albuminis & embryonis ſitus atque figura.

Ad Stellariam proxime accedit, ut ſolis petalis integris ab ea differat.

DCCLXIII. SILENE. Linn. *gen.* 567.

Calyx monophyllus, quinquedentatus. Cor. pentapetala, laminis integris aut bifidis, nudis aut barbatis. Stam. decem, ſitu alternantia. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. incomplete trilocularis, apice quinque - l. ſexfariam dehiſcens. Recept. columnare. Sem. numeroſiſſima.

Silene noctiflora. Tab. 130. fig. 8.

Ocymoides noctiflorum. Cam. *hort. ic.* 34. Besl. *Eyſt. æſtiv. VII. t.* 12. *f.* 3.

Viſcago foliis ovato-lanceolatis hirſutis, caule brachiato, calycibus venoſis. Hall. *hiſt. n.* 911.

Silene calycibus decangularibus: dentibus tubum æquantibus, caule dichotomo, petalis bifidis. Linn. *ſyſt. veg.* 421.

Per. Capſula calyce venis alternis ramoſis notato veſtita, ovato-conica, ſupra unilocularis, infra trilocularis, apice ſexfariam dehiſcens. Diſſepimenta membranacea, tenuiſſima, breviſſima, ad parietem capſulæ ſuperiorem in meras ſtrias elevatas deliqueſcentia.

Rec. columnare, ſupra liberum, hiſpidum, craſſum, dimidia capſula longius.

Sem. numeroſiſſima, centum circiter & quinquaginta, reniformi-globoſa, in dorſo planiuſcula, tuberculis acuminatis ſeriatis ſcabrata, e ferrugineo-luteſcentia.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. farinoſum, album, centrale.

Emb. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* compreſſæ, ſubfoliaceæ. *Rad.* teretiuſcula centripeta.

*

a.) Capſula clauſa, calyce veſtita. b.) Eadem dehiſcens. c.) Ejusdem baſis trilocularis. d.) Recept. hiſpidum. e. E.) Semina ſeparata. F.) Albuminis & embryonis ſitus. G.) Embryo ſolutus.

Ad Silenem illas quoque Cucubali ſpecies referimus, quæ pericarpio valvato gaudent.

DCCLXIV. SAPONARIA. Linn. *gen.* 564.

Calyx monophyllus quinquedentatus. Cor. pentapetala, laminis integris aut bifidis, nudis aut barbatis. Stam. decem, ſitu alternantia. Ovar. ſupe-

superum. Styl. duo. Capſ. incomplete bi - tri - l. quadrilocularis, apice dehiſcens. Rec. columnare. Sem. plura.

Saponaria Vaccaria. Tab. 130. fig. 9.

Vaccaria. Dod. *pempt.* 104.

Saponaria calycibus pyramidatis quinquangularibus, foliis ovatis acuminatis ſeſſilibus. Linn. *ſyſt. veg.* 585.

Per. Capſula calyce glabro baſi pentagono veſtita, ovato - conica, ſuperne unilocularis, inferne tri - l. quadrilocularis, ex duplici lamina conflata: *exteriore* ſcil. chartacea ſ. cartilaginea, glabra, apice dentibus quatuor dehiſcente; *interiore* autem ſpongioſo - membranacea, alba, tenuiſſima, ſuperne irregulariter rumpente, inferne autem diſſepimenta incompleta formante. Diſſepimenta anguſtiſſima, in baſi ſaltem capſulæ obvia.

Rec. columnare, ſupra liberum, gracile, funiculis umbilicalibus hirtum, dimidia capſula paulo longius.

Sem. plura, circiter viginti, ſubgloboſa, punctis elevatis obſoletis denſiſſime conſperſa, atra.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. farinoſum, niveum, centrale.

Emb. periphericus, annularis, luteſcens. *Cotyl.* lineares planiuſculæ. *Rad.* centripeta.

a.) Capſula calyce tecta. b.) Eadem denudata, apice dehiſcens. c.) Ejusdem lamina exterior ad medium uſque reſecta, ut interior appareat integra. D.) Baſis capſulæ cum diſſepimentis incompletis atque receptaculo. e. E.) Semina ſeparata. F.) Semen diſſectum, cum ſitu albuminis atque embryonis.

Saponaria *officinalis.* Linn.

Capſula unilocularis, ſeu ope diſſepimenti anguſtiſſimi & in baſi ſaltem capſulæ conſpicui in duo loculamenta incompleta diviſa. Forma etiam capſulæ in baſi magis oblonga & ex fuſiformi - ovata eſt.

DCCLXV. PHARNACEUM. Linn. *gen.* 379.

Calyx pentaphyllus, perſiſtens. Cor. nulla. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. tres. Capſ. trilocularis trivalvis. Recept. nullum. Sem. plura.

Pharnaceum Cerviana. Tab. 130. fig. 10.

Alſine ſaxifraga indiæ orientalis, foliis circa caulem radiatis, flore herbido & muſcoſo. Pluk. *phyt. t.* 332. *f.* 11.

Spergula purpurea minima. Buxb. *cent.* 3. *t.* 62. *f.* 2.

Pharnaceum pedunculis subumbellatis lateralibus, folia linearia æquantibus. LINN. *syst. veg.* 297.

PER. Capsula ovata, tenuis, obsolete trisulca, a protuberantibus seminibus leviter pustulata, trilocularis, trivalvis. Dissepimenta medio valvularum inserta.

REC. nullum; semina per funiculos umbilicales brevissimos angulo centrali loculamentorum affixa.

SEM. plura, octo l. decem in singulo loculo, parva, subrotunda, rostellata, in dorso stria filiformi unica notata, glaberrima, lucida, ruffo-ferruginea.

INT. duplex: crustaceum atque membranaceum.

ALB. farinosum, album, centrale.

EMB. periphericus, hemicyclicus, lutescens. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Plantæ fructiferæ ramulus. A. B.) Capsula integra, nuda & a calyce obtecta. C.) Ejus sectio transversalis. D.) Eadem in valvulas dehiscens. E. F.) Semina separata. G.) Semen dissectum cum figura & situ albuminis atque embryonis.

Solo staminum numero a sequenti genere differt.

DCCLXVI. MOLLUGO. LINN. *gen.* 106.

Calyx pentaphyllus persistens. Cor. nulla. Stam. tria. Ovar. superum. Styl. tres aut unicus apice trifidus. Capf. trilocularis trivalvis. Recept. nullum. Sem. plura.

MOLLUGO verticillata. Tab. 130. fig. 11.

Alsine spergula mariana, latiori folio, floribus ad nodos pediculis curtis circa caulem insidentibus, calycibus eleganter punctatis. PLUK. *phyt. t.* 332. *f.* 5.

Alsine procumbens galii facie. EHRET. *pict. t.* 6. *f.* 3.

Mollugo foliis verticillatis cuneiformibus acutis, caule subdiviso decumbente, pedunculis unifloris. LINN. *syst. veg.* 129.

PER. Capsula ovata, rotundato-trigona, tenuis, a protuberantibus seminibus pustulata & simul arcuatis striis in ipsis pustulis eleganter exarata, trilocularis, trivalvis. Dissepimenta valvularum medio inserta.

REC. nullum; semina per funiculos umbilicales angulo loculamentorum centrali affixa.

SEM. plura, circiter duodecim in singulo loculo, subglobosa, rostellata, tribus lineis acutis prominulis in dorso exarata, glaberrima, lucida, ferruginea aut saturate castanea.

INT. duplex: crustaceum atque membranaceum.

Alb. farinofum, album, centrale.

Emb. periphericus, annularis, lutefcens. *Cotyl.* femiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a. B.) Capfula claufa. C.) Ejus fectio transverfalis. D.) Loculamentum apertum, cum funiculis umbilicalibus ad axem. e. E.) Semina feparata. F. G.) Seminis fectio transverfalis atque longitudinalis cum albuminis atque embryonis fitu & figura.

DCCLXVII. GLINUS. Linn. *gen.* 610.

Calyx pentaphyllus perfiftens. Cor. pentapetala, petalis anguftis, apice bi- l. trifidis. Stam. quindecim ad viginti. Ovar. fuperum. Styl. unicus, apice quinquefidus. Capf. quinquelocularis, quinquevalvis. Recept. nullum. Sem. numerofa.

Glinus lotoides. Tab. 130. fig. 12.

Alfine lotoides ficula. Bocc. *fic.* 21. *t.* 11. rudis.

Portulaca bætica, luteo flore, fpuria aquatica. Barr. *rar.* 478. *t.* 336.

Glinus caule pilofo, foliis obovatis. Linn. *fyft. veg.* 455.

Per. Capfula ovato-pyramidata, pentagona, tenuis, a protuberantibus feminibus puftulata, quinquelocularis, quinquevalvis. Diffepimenta valvularum medio inferta.

Rec. nullum; femina per funiculos umbilicales filiformes omnium longiffimos angulo loculamentorum centrali affixa.

Sem. numerofa, circiter quinquaginta in fingulo loculo, reniformi-roftellata, punctis elevatis craffis vagis confperfa, lucida, ferruginea.

Int. duplex: cruftaceum atque membranaceum.

Alb. vix ullum, præter paucam fubftantiam farinofam in lateribus feminis.

Emb. magnitudine feminis, fpiralis, albus. *Cotyl.* femiteretes, unum fpiræ gyrum abfolventes. *Rad.* dorfalis, centripeta.

*

a. b.) Capfula integra, claufa. C.) Ejus fectio transverfalis. D.) Loculamentum apertum, cum funiculis umbilicalibus. e. E.) Semina feparata. F.) Embryo denudatus.

DCCLXVIII. MANDRAGORA. Tourn. *t.* 12.

Calyx monophyllus, femiquinquefidus. Cor. campanulata, quinquefida. Stam. quinque. Ovar. fuperum. Styl. unicus, ftigmate capitato. Bacca folida unilocularis. Sem. plura, prope peripheriam nidulantia.

Mandragora acaulis. Tab. 131. fig. 1.

Mandra-

Mandragora. DOD. *pempt.* 457. BESL. *Eyſt. vern.* IX. *t.* 1. *f.* 1. BLAKW. *herb.* *t.* 364. MILL. *dict. ic. t.* 173. HALL. *hiſt. n.* 578.

Atropa acaulis, ſcapis unifloris. LINN. *ſyſt. veg.* 221.

PER. Bacca grandiuſcula, rotunde - aut ovato - globoſa, ſtria depreſſa obſoleta longitudinali in utroque latere inſcripta, ſpongioſo - carnoſa, ſolida, unilocularis, abſque ullo cavitatis internæ veſtigio.

REC. nullum, præter ipſam baccæ ſubſtantiam ſpongioſam, cui ſemina in omnem ſenſum prope peripheriam immerſa.

SEM. plura, ſupra triginta, reniformia, verſus umbilicum compreſſiuſcula, in dorſo autem craſſiora, e ſpadiceo luteſcentia, ſuperficie quaſi arroſa, nec tamen aſpera.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, craſſum, durum; *interius* membranaceum, album.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, album, embryonem involvens.

EMB. ſubperiphericus, ſpiralis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes, verſus apicem attenuatæ. *Rad.* craſſa, centripeta.

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem decorticata, cum ſitu ſeminum. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Semina integra. e.) Semen transverſe diſſectum. f.) Albumen decorticatum. g.) Embryonis in albumine ſitus.

Defectu loculamenti conſpicui atque receptaculi ſeminum a cortice diſcreti, non tantum ab Atropa ſed & a reliquis Solanaceis abunde differre mihi videtur. Tribuit equidem Cl. JUSSIEU Mandragoræ ſuæ receptacula intus prominula; ſed iſta ego non reperio. Anne & Melongena huc trahi debet, cujus baccam perinde ſolidam omnes icones exhibent?

DCCLXIX. NICANDRA. ADANS. *p.* 219. JUSS. *p.* 125.

Calyx monophyllus, pentagonus, profundiſſime quinquefidus, ſegmentis haſtato - cordatis conniventibus fructum obtegentibus. Cor. campanulato-ampliata, obiter quinquefida. Stam. quinque. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex. Bacca exſucca, tri — quinquelocularis. Recept. diſcreta. Sem. numeroſa.

NICANDRA phyſaloides. Tab. 131. fig. 2.

Alkekengi flore amplo violaceo. FEUV. *peruv.* 724. *t.* 16.

Atropa caule herbaceo, foliis ſinuato angulatis, calycibus clauſis acutangulis. LINN. *ſyſt. veg.* 221.

Icon. JACQ. *obſ.* IV. *t.* 98.

PER. Bacca intra calycem abſcondita, ſphærica, exſucca, ſordide ſtraminea aut ſpadicea, tri - quadri - l. quinquelocularis. Cuticula chartacea, glabra, tenuis.

tenuis. Caro nulla, præter ſubſtantiam celluloſam tenuem, in ſuperficie cuticulæ interna.

Rec. numero loculamentorum reſpondentia, extrorſum craſſiora, introrſum cuneiformi compreſſa, axi longitudinaliter affixa, cetera undique libera, fungoſa, ſcrobiculata.

Sem. numeroſiſſima, reniformia, compreſſiuſcula, punctis excavatis denſe conſperſa, e ſpadiceo rufeſcentia.

Int. duplex: *exterius* fungoſo-coriaceum; *interius* membranaceum.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, aqueo-pallidum, embryonem involvens.

Emb. ſubperiphericus, ſpiralis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Calyx maturus. b.) Bacca denudata integra. c.) Eadem decorticata, cum receptaculo loculamenti anterioris denudato. d.) Bacca transverſim ſecta. e. E.) Semina ſeparata. F.) Semen apertum cum ſitu & figura albuminis atque embryonis.

DCCLXX. PHYSALIS. Linn. *gen.* 250. Alkekengi. Tourn. *inſt. t.* 64.

Calyx monophyllus, quinquedentatus, per maturitatem inflatus, fructum occultans. Cor. monopetala, rotata. Stam. quinque, antheris conniventibus. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, ſtigmate obtuſo. Bacca ſucculenta bilocularis. Recept. adnata, non diſcreta. Sem. plurima.

Physalis Alkekengi. Tab. 131. fig. 3.

Alkekengi ſ. Halicacabum. Blakw. *herb. t. 161.*

Phyſalis foliis conjugatis cordatis ſinuatis, caule ramoſo. Hall. *hiſt. n.* 577.

Phyſalis foliis geminis integris acutis, caule herbaceo inferne ſubramoſo. Linn. *ſyſt. veg.* 222.

Per. Bacca intra calycem inflatum miniatum abcondita, globoſa, ſucculenta, glaberrima, nitida, coccinea aut miniata, bilocularis. Cuticula membranacea, tenuiſſima. Caro mollis, pulpoſa, rubra. Diſſepimentum anguſtiſſimum, membranaceum.

Rec. centrale, ſolidum, globoſum, carnoſum, ſcrobiculatum, cum pariete interno baccæ ope diſſepimenti cohærens.

Sem. numeroſiſſima, reniformia, compreſſa, elevato-puncticulata, flaveſcentia aut rufeſcentia.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum.

Alb. carnoſum, durum, album, embryonem involvens.

Emb. ſubperiphericus, ſpiralis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

a.) Calyx

*

a.) Calyx apertus cum bacca integra. b.) Bacca diffecta. c.) Receptac. denudatum. d. D.) Semina feparata. E. F.) Semen diffectum cum embryone.

Physalis fomnifera. ibid.

Solanum fomniferum. Clus. *hift. 2. p. 85.*

Phyfalis caule fruticofo, ramis rectis, floribus confertis. Linn. *fyft. veg. l. c.*

Calyx maturus (a) ovato-pyramidatus, pubefcens, fpadiceus, decagonus: angulis alternis (b.) minus extantibus. Bacca (b. c.) fphærica, coccinea, nitidiffima, bilocularis (d.), pulpofa. Semina (e. E.) grandiufcula, rotundato reniformia, compreffa, puncticulata, pallide lutefcentia. Embryo (F.) hemicyclicus aut fubannularis, intra albumen locatus.

DCCLXXI. SOLANUM. Tourn. *t.* 62. Linn. *gen.* 251.

Calyx quinquefidus. Cor. rotata, limbo patente quinquefido. Stam. quinque, antheris conniventibus gemino poro apice dehifcentibus. Ovar. fuperum. Styl. fimplex, ftigmate obtufo. Bacca fucculenta bilocularis. Recept. adnatum. Sem. plura.

Solanum nigrum. Tab. 131. fig. 4.

Solanum hortenfe. Fuchs. *hift. lat. 686. germ. ic. 392.* Blakw. *herb. t. 107.* Oed. *flor. dan. t. 460.*

Solanum caule inermi herbaceo, foliis ovatis dentato angulatis, racemis diftichis nutantibus. Linn. *fyft. veg. 224.*

Varietas baccis luteis, foliis laciniatis.

Per. Bacca globofa, fubvillofa, flavefcens, fubdiaphana, pulpofa, bilocularis. Diffepimentum membranaceum, cum receptaculo connatum.

Rec. carnofum, folidum, a diffepimento non difcretum, fed ejus medio arcte adnatum.

Sem. plura, circiter viginti quinque in fingulo loculo, ovato-acuminata, roftellata, compreffa, margine membranaceo cincta, pulpa molli flavefcente & diaphana obvoluta.

Int. triplex: *extimum* pulpofum, fenfim exarefcens; *medium* chartaceum, glabrum, albicans aut ftramineum, in marginem membranaceum ampliatum; *intimum* itidem membranaceum, album, tenue.

Alb. obovato-roftellatum, carnofum, aqueo-pallidum, tenuiffimum ut fere nullum.

Emb. filiformis, fpiralis, lacteus. *Cotyl.* femiteretes, unum cum dimidio fpiræ gyrum abfolventes. *Rad.* brevis, centripeta.

a.) Baccæ

a.) Baccæ integræ. b.) Loculamenta cum inſertione ſeminum. c.) Receptac. denudatum. d. D.) Semen intra pulpam. e. E.) Idem, excuſſa pulpa, membranaceo marginatum. f. F.) Albumen integrum. G.) Idem diſſectum cum embryone.

Solanum *indicum.* LINN. ex fide *Martini.*

Bacca paulo major quam Aſparagi, coloris ex aurantio in rubrum vergentis. Cuticula chartacea, duriuſcula. Pulpa aquoſa. Recept. oblongum, planiuſculum, ſepto undique adnatum. Semina circiter viginti, compreſſa, ovato-reniformia, pallida.

Solanum *tomentoſum.* LINN. ex fide *Martini.*

Bacca magnitudine Groſſulariæ, ceræ flavæ coloris, ſetis albis ſtellatis præſertim verſus apicem conſperſa, unde ad tactum aſpera. Cuticula chartacea, tenax. Pulpa mucilaginoſa, ſeminibus undique circumnata. Recept. ovatum, craſſiuſculum, a ſepto non diſcretum. Semina ſupra triginta, lenticularia, pallida.

DCCLXXII. ATROPA. LINN. *gen.* 249. Belladonna. TOURN. *inſt. t.* 13.

Calyx monophyllus, quinquefidus. Cor. cylindrico-campanulata, quinquefida. Stam. quinque, antheris diſtantibus. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, ſtigmate capitato. Bacca bilocularis, calyci inſidens. Recept. diſcretum & a ſepto diſtans. Sem. plurima.

ATROPA Belladonna. Tab. 131. fig. 5.

Solanum ſomniferum. FUCHS. *hiſt. lat. 689. germ. ic. 395.* OED. *flor. dan. t. 758.*

Belladonna. MILL. *dict. ic. t. 62.* BLAKW. *herb. t. 564.*

Belladonna caule herbaceo brachiato, foliis ovato-lanceolatis integerrimis. HALL. *hiſt. n. 579.*

Atropa caule herbaceo, foliis ovatis integris. LINN. *ſyſt. veg. 221.*

PER. Bacca calyci perſiſtenti inſidens, ſubgloboſa, ſtria depreſſa longitudinali utrinque inſcripta, pulpoſa, glabra, nitida, atra, bilocularis. Cuticula tenuis. Pulpa atro-purpurea.

REC. lamina fungoſa, craſſa, convexo-concava, ope laminæ intermediæ longitudinalis diſſepimento utrinque ad axem affixa.

SEM. numeroſa, ſupra centum in ſingulo loculo, rotunda aut ovata, ſubrotundata, compreſſiuſcula, minutiſſime ſcrobiculata, e cinereo-fuſca.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

ALB. ſemini conforme, granuloſe-carnoſum, album.

EMB.

Emb. ſubperiphericus, hamato-curvatus, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Bacca integra, cum calyce reflexo. b.) Ejus ſectio transverſalis cum receptaculorum inſertione. c.) Recept. pars convexa, nuda. d. D.) Semina ſeparata. E. F.) Semen diſſectum, cum figura & ſitu embryonis in albumine.

Scopo nullatenus ſatisfacere poſſunt vel exquiſitiſſimæ & completiſſimæ icones Belladonnæ, ad præcavenda damna, in nonnullis regionibus per ſcholas diſtributæ, quoniam iſtæ a juventute, ut cum ſtupore expertus ſum, vel non intelliguntur, vel nimis cito e puerum elabuntur memoria. Multo itaque, me judice, ſatius foret, ſæpe pueris inculcare monitum, captui eorum accomodatiſſimum, nempe ut ſibi caveant ab omnibus Ceraſis nigris, in quibus loco unius lapidis, plura ſint granula parva. Ita nempe facillime diſcent vitare eſcam lethalem, cum ſingulum præcepti verbum, claram in pueri mente excitet ideam, nec tamen ejus gravet memoriam, ingeniumve requirat acutum.

DCCLXXIII. CAPSICUM. Tourn. *t.* 66. Linn. *gen.* 252.

Calyx quinquefidus. Cor. rotata. Stam. quinque, antheris convergentibus. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, ſtigmate obtuſo. Bacca cava, multiformis. Recept. non diſcretum. Sem. compreſſa.

1 Capsicum annuum. Tab. 132. fig. 1.

Piper indicum. Besl. *Eyſt. autum. I. t. 6 — 13.* Blakw. *herb. t. 129.*

Capſicum annuum & groſſum. Linn. *ſyſt. veg. 226.*

Per. Bacca carnoſa, multiformis, lævigatiſſima, nitidiſſima, coccinea aut lutea, inflata ſ. cava, bi-l. trilocularis: diſſepimentis ſuperne ſæpius verſus axem deliqueſcentibus.

Rec. in fundo baccæ ſolidum, ovato-conicum, cum diſſepimentis intime connatum, ut ſemina nonnulla ipſis quandoque ſeptis affixa ſint.

Sem. numeroſa, ſubreniformia aut rotunda, roſtellata, plano-compreſſa, glabra, albicantia aut pallide ſtraminea.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum, utrumque tenue.

Alb. ſemini conforme, carnoſum, pallidum.

Emb. ſubperiphericus, hemicyclicus, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Bacca integra. b. c.) Eadem transverſim ſecta, bi-& trilocularis. d.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum receptaculo ſeminum. e.) Semina ſeparata. f.) Semen transverſe ſectum. G.) Embryo intra albumen.

Naturalis loculamentorum numerus videtur esse binarius, nam & triloculares baccæ, evadunt versus apicem biloculares.

DCCLXXIV. LYCIUM. LINN. *gen.* 262.

Calyx monophyllus, brevis, tri - quinquefidus. Cor. infundibuliformis, quinquefida. Stam. quinque, basi villosa, extra faucem prominula. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate incrassato bifido. Bacca bilocularis. Recept. centrale, solidum. Sem. plura.

LYCIUM barbarum. Tab. 132. fig. 2.

Lycium foliis oblongo lanceolatis, floribus solitariis patentibus alaribus, ramorum spinis rarioribus. EHRET. *decad.* *t.* 68.

Lycium spinosum, foliis lanceolatis, calycibus subbifidis. LINN. *syst. veg.* 228.

PER. Bacca carnosa, ovata, utrinque stria depressa longitudinali inscripta, glabra, nitida, e minio rubra, bilocularis. Dissepimentum carnosum, angustum, sulco externo respondens.

REC. ovato - globosum, carnosum, scrobiculatum, rubrum, cum dissepimento intime connatum.

SEM. plura, duodecim circiter in singulo loculo, subrotunda, compressa, elevato - puncticulata, albicantia.

INT. duplex; utrumque membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, aqueo - pallidum.

EMB. subperiphericus, hamato - curvatus, lacteus. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* centripeta.

**

a.) Baccæ integræ. b. c.) Bacca dissecta cum receptac. d. D.) Semina separata. E. F.) Embryonis figura & situs in albumine.

DCCLXXV. NOLANA. LINN. *gen.* 193.

Calyx monophyllus, quinquefidus. Cor. campanulata; limbo ampliato subquinquelobo. Stam. quinque. Ovar. quinque. Styl. unicus, stigmate capitato. Drupæ quinque, decumbentes, tri — quinqueloculares. Sem. solitaria.

NOLANA prostrata. Tab. 132. fig. 3.

Atropa foliis geminatis, calycibus polycarpis, caule humifuso. GOUAN. *hort. monsp.* 106. *c. ic.*

Teganium procumbens. SCHMID. *analys. p.* 67. *t.* 18. optime.

Nolana. LINN. *dec.* 1. *t.* 2. *syst. veg.* 191.

PER.

PER. Drupæ quinque, in calycis pelvi decumbentes, parvæ, carnosæ, ovato-acuminatæ, nigræ, supra convexæ, infra subangulatæ, derasæ atque foraminibus umbilicalibus pertusæ. Cortex tenuis, carnosus, atro-purpureus. Putamen osseum, tribus l. quinque loculamentis lævigatissimis excavatum, non dehiscens.

REC. *commune* in fundo carnoso calycis, cui drupæ ex centro radiantes & horizontaliter decumbentes, affixæ; *proprium*, nullum, præter cicatriculas umbilicales in druparum basi.

SEM. solitaria, rotundata, rostellata, lenticulari compressa, minutissime puncticulata, alba.

INT. simplicissimum, membranaceum, subfriabile.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. filiformis, subperiphericus, annularis, lacteus. *Cotyl.* semiteretes, incumbentes. *Rad.* versus umbilicum directa, infera.

a.) Calyx maturus fructum fovens. b.) Recept. commune denudatum. c. C.) Drupæ separatæ a prona atque supina parte spectatæ. D. E.) Sectio drupæ, cum loculamentis numero variis. f. F.) Semen separatum. G.) Idem dissectum, cum figura & situ embryonis intra albumen.

Nullum igitur dubium, quin Nolana in ordine naturali ad Solanaceas spectet. Loculamentorum numerus varius; ternarius tamen & quaternarius frequentissimus, senarium autem nonnisi in icombus SCHMIDELII l. c. vidi.

DCCLXXVI. STRAMONIUM. TOURN. *t.* 43. 44. Datura. LINN. *gen.* 246.

Calyx tubulosus, angulatus, quinquedentatus, basi reflexa persistens, cetera caducus. Cor. infundibuliformis, plicata, maxima. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate incrassato bifido. Caps. semiquadrilocularis. Recept. discreta. Sem. numerosa.

STRAMONIUM vulgatum. Tab. 132. fig. 4.

Stramonium. BLAKW. *herb. t. 313.* OED. *flor. dan. t. 436.*

Stramonium foliis angulosis, fructu erecto muricato, calyce pentagono. HALL. *hist. n. 586.*

Datura pericarpiis spinosis erectis ovatis, foliis ovatis glabris. LINN. *syst. veg. 220.*

PER. Capsula residuæ calycis basi reflexæ insidens, ovata, rotundato-tetragona, aculeis pungentibus echinata, inferne quadri-superne bi-locularis, quadrivalvis. Dissepimenta suturis obversa, inæqualia: *altero* crassiore, receptaculifero, ad apicem capsulæ pertingente; *altero* autem tenuiore, nudo & paulo supra medium capsulæ deliquescente.

Rec. numero loculamentorum æqualia, superius nempe gemina, & inferius quaterna, dissepimento crassiori ope laminæ intergerinæ inserta, cetera a dissepimentis undique discreta, crassa, convexo-concava, fungosa, mammillari-tuberculata.

Sem. numerosa, reniformia, crassa, compressiuscula, scrobiculato-scabrata, colore varia, nigra, ferruginea, cinerea aut alia.

Int. duplex: *exterius* crustaceum, crassum, durum; *interius* membranaceum, tenuissimum.

Alb. semini conforme, carnosum, aqueo-pallidum.

Emb. subperiphericus, hamato-curvatus, lacteus. *Cotyl.* semiteretes. *Rad.* centripeta.

*

a.) Capsula integra. b.) Eadem dissecta, cum receptaculorum atque seminum insertione. c.) Receptac. separata, septo majori (α.) affixa & inferne septum brevius (β.) inter sua crura recipientia. d.) Semina separata. e.) Seminis sectio transversalis. F.) Embryo intra albumen.

DCCLXXVII. CEIBA. Plum. t. 32. Bombax. Linn. gen. 835.

Calyx simplex, campanulatus, quinquefidus, basi persistens. Cor. quinquepartita, cum staminum urceolo connata. Stam. quinque aut plura, basi monadelpha. Ovar. unicum, superum. Styl. simplex, stigmate capitato aut quinquefido. Caps. lignosa, quinquelocularis, quinquevalvis. Sem. numerosa, lanata.

Ceiba pentandra. Tab. 133. fig. 1.

Lanifera arbor peregrina. Bauh. *hist.* 1. *p.* 347.

Eriophoros javana. Rumph. *amb.* 1. *p.* 194. *t.* 80.

Bombax floribus pentandris. Jacq. *hist. t.* 176. *f.* 71. — *foliis septenatis.* Linn. *syst. veg.* 620.

Per. Capsula grandis, elongato-turbinata, rotunde pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis. Dissepimenta membranacea, suturis obversa, per maturitatem evanescentia. Valvulæ lignosæ, extus cortice coriaceo fusco tectæ, intus spadiceæ & a seminum impressionibus areolatæ.

Rec. centrale, fusiformi-columnare, quinquepartibile: segmentis introrsum angulatis, extrorsum scabrosis, sulcatis & quasi alatis.

Sem. numerosa, duplici l. triplici serie longitudinali digesta, ovato-globosa, ad umbilicum leviter acuminata & compressa, undique lana tenuissima, sericea & cinerascente obvoluta.

Int. triplex: *extimum* tenue, subspongiosum, lanatum; *medium* cartilagineum, glabrum, spadiceum aut ferrugineo-fuscum; *intimum* membranaceum, lamina farinosa intus duplicatum.

Alb.

ALB. nullum, præter integumenti interni laminam farinoſam, quæ intra cotyledonum plicas ſe ſe demittit, & ab aqua in gelatinoſum embryonis involucrum convertitur.

EMB. magnitudine ſeminis, curvatus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, chryſaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* conica, infera & ſimul centripeta.

**

a.) Capſula integra. b.) Receptac. ſeparatum. c.) Semina in valvulæ cavitate hærentia. d.) Lana circa ſemen globoſe convoluta. e. f. f.) Semina denudata. g.) Teſta ſeminis aperta. h.) Nucleus propria ſua pellucila tectus. i. K.) Embryo denudatus.

DCCLXXVIII. VELAGA. ADANS. *p.* 389.

Calyx ſimplex, oblongus, quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. quinque ſterilia, longiora, interjecta pluribus brevioribus fertilibus: omnibus baſi in tubum connatis. Ovar. unicum. Styl. ſimplex capitatus. Capſ. lignoſa, quinquelocularis, quinquevalvis. Sem. pauca, alata.

VELAGA xylocarpa. Tab. 133. fig. 2.

Pteroſpermadendrum folio aceris, flore fructuque majore. AMM. *Act. petrop. VIII. p. 216. t. 17.*

Pentapetes foliis cordatis repandis. LINN. *ſyſt. veg. 619.*

E collect. ſem. hort. lugdb.

PER. Capſula lignoſa, clavato-ovata, albo tomento pubeſcens, quinquelocularis, quinquevalvis. Loculamenta compreſſa, anguſtiſſima. Diſſepimenta craſſiſſima, a valvulis introrſum cuneiformi angulatis non diſcreta.

REC. nullum, præter funiculos umbilicales lineares, compreſſos, e margine centrali diſſepimentorum oriundos.

SEM. pauca, circiter ſex in quovis loculo, e quibus autem vix duo adoleſcunt, ovata, plano-convexa, ſuperne in alam membranaceam deſinentia, rufeſcentia.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, in alam ampliatum; *interius* nucleo conforme, tenue, ferrugineum, intus lamina farinoſa duplicatum.

ALB. nullum, præter laminam integumenti interni farinoſam, intra cotyledonum plicas demerſam.

EMB. obovatus, compreſſus, curvatus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, chryſaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* teretiuſcula, infera & ſimul centripeta.

**

a.) Capſula integra. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Eadem longitudinaliter partita, cum loculamentorum & funic. umbilical. forma. d.) Semen ſeparatum integrum. e.) Ejusdem nucleus denudatus. F.) Embryo ſolutus & auctus.

VELAGA globosa. ibid.

E collect. Banksiana; fructus a Koenigio missus.

Capsula globosa (a), glabra, chartacea, tenuis, sexlocularis, sexvalvis, spadiceo fusca, basi calyce monophyllo, campanulato, quinquefido? excepta. Valvulae extus linea depressa longitudinali inscriptae, intus dissepimento medio (b.) stipatae. Receptac. columnare (b.), longitudine dimidiae capsulae. Semina (c. D.) in singulo loculo circiter octona, alata, deorsum incumbentia, rufescentia, excepta basi nigro-fusca, splendente & transversim, pro recipiendo nucleo (D.), cavitate clavata instructa.

Vehementer dubito, ut haec sit genuina Velagae species, & suspicor potius *Lagerstroemiae* esse fructum: cujus quippe semina perinde sunt alata, & usitatior quoque senarius partium numerus. Nucleum maturum non vidi.

DCCLXXIX. GOSSYPIUM. LINN. *gen.* 845. Xylon. TOURN. *inst. t.* 27.

Calyx duplex: *exterior* trifidus, laciniis magnis, profunde & inaequaliter dentatis; *interior* monophyllus, brevissimus, repande quinquelobus. Cor. pentapetala, cum staminum basi connata. Stam. plurima, in tubum longum coalita. Ovar. unicum, superum. Styl. simplex, apice tri-l. quadrifidus. Caps. tri-l. quadrilocularis. Semina lanata.

GOSSYPIUM religiosum. Tab. 134. fig. 1.

Gossypium foliis trilobis acutis subtus uniglandulosis, ramulis nigro punctatis. LINN. *syst. veg.* 628.

PER. Capsula subglobosa, coriacea, crassiuscula, trilocularis, trivalvis. Dissepimenta medio valvularum inserta. Valvulae intus rugosae, marginibus post dehiscentiam reflexis.

REC. nullum; semina angulo loculamentorum centrali duplici serie affixa.

SEM. pauca, circiter sex in quovis loculo, ovata, versus umbilicum attenuata, hinc convexa, inde angulata, alba, Lana nivea involuta.

INT. triplex: *extimum* spongiosum, crassiusculum, lanatum; *medium* cartilagineum, glabrum, ferrugineum; *intimum* membranaceum, rufescens.

ALB. submembranaceum, album, chalaza fusca in vertice notatum, intra plicas cotyledonum descendens, ab aqua in gelatinam resolubile.

EMB. magnitudine seminis, curvatus, pallide lutescens. *Cotyl.* foliaceae, chrysaloideo-contortuplicatae. *Rad.* teretiuscula, centripeta.

*

a. b.) Capsula calyce vestita & denudata. c.) Eadem transverse secta. d.) Semina separata. e.) Semen transverse sectum. f.) Albumen denudatum. g. h.) Embryo convolutus, a facie ventrali & dorsali spectatus. I. K.) Idem leviter explicatus.

DCCLXXX. CONVOLVULUS. Tourn. *t.* 57. Linn. *gen.* 215.

Calyx monophyllus, semiquinquefidus. Cor. monopetala, campanulata aut infundibuliformis. Stam. quinque. Ovar. superum. Styl. simplex, stigmate bifido. Caps. tri-l. quadrilocularis. Sem. pauca, embryone contortuplicato.

Convolvulus hederaceus. Tab. 134. fig. 2.

Convolvulus flore purpureo, calyce punctato. Dill. *elth. t.* 83. & *t.* 81.

Convolvulus foliis cordatis integris trilobisque, corollis indivisis, fructibus erectis. Linn. *syst. veg.* 200.

Per. Capsula sphaerica, glabra, tenuis, trilocularis, trivalvis. Dissepimenta suturis valvularum obversa.

Rec. cicatrices duae parvae ad basin anguli centralis loculamentorum.

Sem. duo in singulo loculamento, hinc convexa, inde angulata; versus basin attenuata, atra, glabra.

Int. triplex: *extimum* tenuissimum, nigrae fuliginis adinstar semini adhaerens; *medium* cartilagineum, tenue, spadiceo-fuscum; *intimum* membranaceum, lamina farinosa duplicatum.

Alb. tenue, farinosum, candidissimum, intra cotyledonum plicas descendens, ab aqua in gelatinam pellucidam convertibile.

Emb. magnitudine seminis, curvatus, lutescens. *Cotyl.* foliaceae, chrysaloideo-contortuplicatae. *Rad.* teretiuscula, infera.

**

a. b.) Capsula integra, cum & absque calyce. c.) Ejus sectio transversalis, cum situ dissepimentorum. d.) Valvulae dehiscentes & cicatriculae receptaculi seminum. e.) Semina integra. f. F.) Semen dissectum. G.) Embryo denudatus.

Ex sola seminis *Convolvulorum* fabrica luculentum est, quod in ordine naturali neque ad *Personatas*, uti Adanson, neque ad *Campanaceas*, uti Linnaeus & Erxleben voluerunt, referri queant; sed quod vel in peculiarem familiam, ad mentem Ill. Jussiaei, congregari, vel cum *Malvaceis* sociari debeant, cum quibus etiam foliatura saepissime congruunt.

DCCLXXXI. IPOMOEA. Linn. *gen.* 216.

Calyx, corolla, stamina atque semina Convolvuli. Bacca exsucca aut succulenta, unilocularis, tetrasperma aut per abortum disperma.

Ipomoea bona nox. Tab. 134. fig. 3.

Convolvulus americanus subrotundis foliis, viticulis spinosis. Pluk. *phyt. t.* 276. *f.* 3.

Convolvulus maximus, caule spinulis obtusis obsito. Sloan. *hist. jam.* 1. *t.* 96. *f.* 1.

Ipomoea

Ipomoea foliis cordatis acutis integerrimis, caule aculeato, floribus ternis, corollis indivisis. LINN. *syst. veg.* 204.

E collect. Banksiana.

PER. Bacca exsucca, globosa, unilocularis, rufescens aut nigra, glabra. Cortex coriaceus, a carne per maturitatem sponte secedens, intus membrana alba tenuissima vestitus atque striis sex longitudinalibus inscriptus. Caro fungosa, nivea, tenuis, vasis nutritiis filiformibus perforata, seminibus arcte adhærens, ut unacum iis in quatuor partes divelli possit.

REC. nullum, præter eminentiam conicam in fundo baccæ, cui semina & vasa carnis nutritia affixa.

SEM. quatuor, ovata, hinc convexa atque sulco depresso notata, inde angulata, juxta basin amplo foramine umbilicali pertusa, glabra, pallide testacea.

INT. duplex l. potius triplex: *extimum*, a carne, fungosum; *medium* coriaceo-crustaceum, durum; *intimum* membranaceum, cum albumine cohærens.

ALB. tenuissimum, membranaceo-farinosum, niveum, intra cotyledonum plicas descendens, ab aqua in gelatinam convertibile.

EMB. magnitudine seminis, curvatus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, chrysaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* teretiuscula, infera.

*

a.) Fructus integer. b.) Baccæ cortex dissectus, cum carnis fungosæ globo a vasis nutritiis sustentato. c.) Idem globus, unacum seminibus, transversim sectus. d.) Semina soluta. E.) Embryo denudatus, a dorso spectatus. F.) Cotyledones dissectæ & leviter explicatæ.

Confer I. *Zeylanicam* in Append. tab. 177. Reliquas Ipomϧæ species, quarum capsulæ in valvulas solvuntur, ad Convolvulum referimus.

DCCLXXXII. PENTAPETES. LINN. *gen.* 834.

Calyx monophyllus, profunde quinquefidus. Cor. quinquepartita, cum staminum basi coalita. Stam. numerosa: filamentis quinque linearibus, planis, intus coloratis, extus albo-pulverulentis, sterilibus; reliquis filiformibus, triplo brevioribus, fertilibus: omnibus basi in urceolum connatis. Ovar. unicum, superum. Styl. filiformis, staminibus sterilibus paulo longior, apice quinquefidus. Capſ. corticata, simplex, quinquelocularis, quinquevalvis. Sem. plura, angulata.

PENTAPETES phœnica. Tab. 134. fig. 4.

Sjamin. RHEED. *mal.* 10. *p.* 1. *t.* 1. vix nostra, propter folia cordata.
Alcea indica lucido hastato folio, flore blattariæ phoeniceo. PLUK. *phyt. t.* 255. *f.* 5.
Blattaria Zeylanica, flore amplo coccineo. COMM. *hort.* 1. *p.* 11. *t.* 6. bene.
Pentapetes foliis hastato lanceolatis serratis. MILL. *dict. ic. t.* 201. LINN. *syst. veg.* 619.

PER.

Per. Capſula ovato-globoſa, ſetis appreſſis hirſuta, quinquelocularis, quinquevalvis, corticata. Cortex herbaceo-coriaceus, tenuis, a valvulis non ſponte ſecedens. Valvulæ cruſtaceæ l. oſſeæ, intus lævigatiſſimæ, ex duabus ſegmentis navicularibus ita coadunatæ, ut diſſepimenta evadant bipartibilia. Setæ quinque, apice ſubplumoſæ ſ. antenniformes, ſuturis valvularum interjectæ.

Rec. nullum; ſemina margini centrali & incraſſato diſſepimentorum, duplici ſerie in quovis loculo, affixa.

Sem. plura, circiter octo in ſingulo loculamento, trigono-pyramidata, punctis elevatis minutiſſimis conſperſa, obſcure cinerea.

Int. triplex: *extimum* tenue, arcte adhærens, nec niſi radendo ſolubile; *medium* cartilagineum, glabrum, nigro-fuſcum; *intimum* membranaceum, luteſcens, lata chalaza fuſca in vertice notatum.

Alb. membranaceo-carnoſum, tenuiſſimum, album, intra cotyledonum plicas deſcendens.

Emb. magnitudine ſeminis, curvatus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, bipartitæ, chryſaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* teretiuſcula, centripeta.

*

a.) Fructus integer. B.) Capſula diſſecta, cum diſſepimentis bilamellatis. c.) Seminum inſertio, atque ſetæ antenniformes (α. α.) ſuturis interjectæ. d. D.) Semina ſeparata. e. E.) Integum. nuclei cum tuberculo chalazino. F.) Embryo ſolutus & explicatus.

Nequaquam hæc Pentapetis ſpecies ad *Dombejam* referri poteſt, ut vult Cl. Cavanilles. Etſi enim ſtamina & piſtillum id non impedirent, calyx tamen, capſula ſimplex, atque numerus & inſertio ſeminum, combinationem iſtam prohibere videntur. Proxima ceteroquin affinitas inter hæc duo genera negari nequit, quum præter conformitatem ſtaminum, piſtilli & corollæ, etiam cotyledonibus ad baſin uſque bifidis & lineari-oblongis conſpirent.

DCCLXXXIII. SIDA. Linn. *gen.* 837.

Calyx ſimplex, monophyllus, quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. unicum, ſuperum. Styl. multifidus. Capſ. ſimplex, quinquelocularis, quinquevalvis. Sem. pauca.

Sida triquetra. Tab. 134. fig. 5.

Sida ramis triſulcatis. Jacq. *hiſt. amer. p. 195. hort. 2. t. 118.*

Sida foliis cordatis ſerratis ſubtomentoſis: ramis triquetris. Linn. *ſyſt. veg. 631.*

Per. Capſula ovato-oblonga, apice depreſſiuſcula, quinquecornis, rotundato-quinquangula, quinquelocularis, quinquevalvis. Diſſepimenta ſulco externo reſpondentia atque medio valvularum inſerta. Valvulæ poſt dehiſcentiam apice bicornes.

REC. nullum; semina margini dissepimentorum centrali affixa.

SEM. pauca, tria circiter in singulo loculo, reniformi - globosa, nigricantia, maculis cinerascentibus pruinosis marmorata.

INT. triplex: *extimum* tenuissimum, scalpendo solubile; *medium* cartilagineum, atrum, lucidum; *intimum* membranaceum, albumini adhærens.

ALB. carnosum, tenue, album, intra plicas cotyledonum descendens.

EMB. magnitudine seminis, curvatus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo-plicatæ. *Rad.* conica, longa, centripeta.

*

a.) Capsula integra. B.) Eadem dissecta. C.) Valvulæ tres, a parte sua interna, cum seminum insertione. d. D.) Semina separata. E.) Albumen decorticatum. F.) Embryo denudatus.

DCCLXXXIV. HIBISCUS. LINN. *gen.* 846. Ketmia. TOURN. *t.* 26.

Calyx duplex: exterior polyphyllus; interior monophyllus, quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. unicum. Styl. unicus, apice quinquefidus. Caps. simplex, quinquelocularis. Sem. plura.

HIBISCUS Trionum. Tab. 134. fig. 6.

Alcea vesicaria. CAM. *epit.* 806. BESL. *Eyst. æstiv. VI. t.* 2. *f.* 1.

Hibiscus foliis tripartitis incisis, calycibus inflatis. LINN. *syst. veg.* 631.

PER. Capsula intra calycem inflatum delitescens, ovata, papyracea, a seminibus protuberantibus pustulosa, villosa, nigra, quinquelocularis, quinquevalvis. Dissepimenta medio valvularum inserta.

REC. nullum; semina margini dissepimentorum centrali, duplici serie, affixa.

SEM. pauca, octo ad duodecim in singulo loculo, reniformia, compressiuscula, punctis callosis minimis e cinereo ferrugineis conspersa, nigro-fusca.

INT. triplex: *extimum* tenuissimum; *medium* cartilagineum, crassum, atrum; *intimum* membranaceum, cum albumine cohærens.

ALB. tenue, farinosum aut subcarnosum, album, intra cotyledones descendens.

EMB. magnitudine seminis, curvatus, lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo - plicatæ. *Rad.* teretiuscula, centripeta.

*

a.) Calyx maturus. b.) Capsula denudata, integra. c. d.) Eadem transversim & longitudinaliter dissecta, cum insertione seminum. e. E.) Semina separata. F.) Albumen decorticatum. G.) Embryo denudatus.

HIBISCUS vitifolius. Tab. 135. fig. 4.

Althæa indica vitis folio, flore amplo flavo pendente. HERM. *lugdb.* 26. *t.* 25.

Hibiscus foliis quinquangularibus acutis serratis, caule inermi, floribus cernuis. Linn. *syst. veg.* 630.

Gienie-hierie. Zeylonens. E collect. sem. hort. lugdb.

Capsula (a.) chartacea, rufescens, subvillosa, depressiuscula, pentagona: angulis compressis alatis, quinquelocularis (b.), quinquevalvis, ad alas dehiscens. Semina (c. C.) in singulo loculo subquaterna, reniformia, elevato-puncticulata, sordide ferruginea. Embryo (D.) curvatus, lutescens. Reliqua ut in praecedenti.

Hibiscus tiliaceus. ibid.

Pariti. Rheed. *mal.* 1. *p.* 53. *t.* 30. optime.

Hibiscus foliis cordatis subrotundis indivisis acuminatis crenatis, caule arboreo, calyce exteriore decemdentato. Linn. *syst. veg.* 629.

E collectione Banksiana.

Calyx uterque (a) monophyllus: exterior semidecemfidus, laciniis alternis minoribus; interior semiquinquefidus, laciniis aequalibus, longitudine capsulae. Capsula ovata (a), apice mucronata, sericeo pubescens, decemlocularis (b.), per maturitatem in decem portiones sponte secedens. Loculamenta undique clausa, ad angulum centralem fissilia, ut ibi dehiscere videantur. Semina in singulo loculo quinque, reniformia.

Abunde ab Hibisco differt, ut rectissime proprium *Pariti* genus ex hac specie constituerit Cel. Adanson. Semina nonnisi immatura vidi.

DCCLXXXV. ABUTILON. Tourn. t. 25.

Calyx simplex, monophyllus, quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. plura. Styl. multifidus. Caps. plures, in orbem positae, valvatae. Sem. pauca.

Abutilon Avicennae. Tab. 135. fig. 1.

Abutilon. Cam. *epit.* 668. Besl. *Eyst. aestiv. VI. t.* 10. *f.* 1.

Abutilon foliis tomentosis cordatis petiolatis, siliquis bicornibus. Hall. *hist. n.* 1075.

Sida foliis subrotundo cordatis indivisis, pedunculis folio brevioribus, capsulis multilocularibus: corniculis bifidis. Linn. *syst. veg.* 622.

Per. Capsulae plures, vicenae & ultra, in orbem positae, membranaceae, compressae, villosae, nigricantes, inferne angustiores, superne latiores, quasi repando truncatae atque margine suo exteriore in corniculum filiforme desinentes, uniloculares, semibivalves s. margine tantum superiore dehiscentes.

Rec. *commune* centrale, columnare, breve, subcylindricum; *partiale*, funiculi umbilicales ex apice receptac. communis oriundi.

SEM. tria aut quatuor, reniformia, pruinosa s. punctis & setis minutissimis conspersa, e ferrugineo fusca.

INT. triplex: *extimum* tenuissimum, scalpendo tantum solubile; *medium* cartilagineum, splendens, ferrugineum; *intimum* membranaceum, albumini adnatum.

ALB. tenue, carnosum, album, intra cotyledonum plicas descendens.

EMB. magnitudine seminis, curvatus, luteus. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo-plicatæ. *Rad.* teretiuscula, longa, centripeta.

*

a.) Fructus integer. b.) Idem verticaliter dissectus, cum insertione seminum. c.) Capsula separata, dehiscens. d. D.) Semina soluta. E.) Semen dissectum, cum integumento pruinoso (α.) inferne relicto, superne autem deraso. F.) Albuminis carnosi theca aperta. G.) Embryo denudatus.

DCCLXXXVI. URENA. LINN. *gen.* 844.

Calyx duplex: exterior monophyllus quinquefidus, brevior; interior quinquepartitus, duplo longior. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. quinque. Styl. simplex, apice decemfidus. Caps. composita ex cocculis quinque, glochidatis, evalvibus. Sem. solitaria.

URENA lobata. Tab. 135. fig. 2.

Trifolio affinis, indiæ orientalis, xanthii facie. BREYN. *cent.* 82. *t.* 35.

Urena sinica, xanthii facie. DILL. *elth.* 340. *t.* 319.

Urena foliis angulatis. LINN. *syst. veg.* 627.

PER. Capsulæ quinque, in fructum subglobosum, rotundato-pentagonum coadunatæ, coriaceæ, hinc convexæ, setisque glochidatis echinatæ, inde cuneiformi angulatæ, inermes, uniloculares, non dehiscentes.

REC. *commune* centrale, subulato-pentagonum; *partiale*, funiculus umbilicalis brevissimus, e medio anguli centralis ad medium seminis pertingens.

SEM. solitaria, reniformia, in dorso crassissima, subtilissime striata, cinerascentia.

INT. triplex: *extimum* tenuissimum, arcte adhærens; *medium* cartilagineum, glabrum, fuscum; *intimum* membranaceum, rufescens.

ALB. vix ullum, l. arachnoideum.

EMB. magnitudine seminis, curvatus, pallide lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, chrysaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* teretiuscula, infera.

*

a. b.) Fructus integer, a supina & prona parte spectatus. c.) Recept. commune, cum utroque calyce. d. D.) Capsula partialis clausa. e.) Eadem aperta cum insertione seminis. f.) Semen separatum. g.) Idem transverse sectum. H.) Nucleus propria membrana vestitus. I.) Embryo denudatus, a parte ventrali spectatus.

DCCLXXXVII. MALVAVISCUS. Dill. Juss. *p.* 273.

Calyx duplex, uterque in variis varius. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. unicum. Styl. ſimplex apice decemfidus. Bacca pulpoſa, quinquelocularis. Sem. pauca.

Malvaviscus populneus. Tab. 135. fig. 3.

Bupariti. Rheed. *mal.* 1. *p.* 51. *t.* 29.

Novella littorea. Rumph. *amb.* 2. *p.* 224. *t.* 74.

Hibiſcus foliis cordatis integerrimis, caule arboreo. Linn. *ſyſt. veg.* 629.

E collectione Bankſiana.

Per. Bacca ſubgloboſa, depreſſa, mucrone parvo in vertice umbonata, per exſiccationem obſolete pentagona, ſemidecemlocularis, corticata. Cortex coriaceus, modice craſſus. Pulpa lutea, ſucculenta, fugax. Loculamenta membrana propria, argenteo-ſplendente veſtita. Diſſepimenta membranacea, tenuia: horum quinque completa, a peripheria ad axem pertingentia; & quinque incompleta, ſoli peripheriæ affixa, introrſum autem brevi deliqueſcentia.

Rec. centrale, ovato-globoſum, fungoſum, cum diſſepimentis majoribus connatum.

Sem. tria aut quatuor in ſingulo loculo, grandiuſcula, ovato-acuminata, hinc convexa, inde angulata, tomento holoſericeo fulvo pubeſcentia.

Int. triplex: *extimum* cuticula tenuis, tomentoſa; *medium* coriaceum, tenue, fragile; *intimum* furfuraceo-membranaceum, rufeſcens.

Alb. tenuiſſimum, carnoſo-membranaceum, intra cotyledones deſcendens.

Emb. magnitudine ſeminis, curvatus, horizontalis. *Cotyl.* foliaceæ, pallide liveſcentes aut cineraſcentes, punctisque fuſcis minutiſſimis conſperſæ, chryſaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* teretiuſcula, nivea, centripeta.

*

a.) Bacca integra, a parte ſuperiore ſpectata. b.) Eadem inverſa, cum calyce exteriore orbiculato integerrimo perſiſtente. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d. d.) Semina ſeparata. e.) Semen transverſe diſſectum. f.) Embryonis denudati pars dorſalis; & g.) Ejusdem latus ventrale. H.) Cotyledones transverſim ſectæ.

DCCLXXXVIII. ADANSONIA. Linn. *gen.* 836.

Calyx ſimplex, monophyllus, quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. numeroſiſſima, baſi in urceolum connata. Ovar. unicum. Styl. ſimplex longiſſimus, tubuloſus, ſtigmatibus decem radiantibus. Capſ. lignoſa farcta plurilocularis. Sem. plurima nidulantia.

Adansonia Baobab. Tab. 135. fig. 5.

Baobab.

Baobab. Alp. *ægypt. 66. t. 67.* Bauh. *hist. 1. p. 110.* Vesl. *ægypt. 37. t. 17. 18.* Jonst. *dendr. t. 19.* Adans. *act. gall. 1759. t. 1. 2.*

Adansonia digatata. Linn. *syst. veg. 620.*

Per. Capsula grandis, lignosa, ovata, apice in mucronem producta, basi varie in variis attenuata, longitudinaliter sulcata, multilocularis, pulpa exsucca farcta, non dehiscens. Dissepimenta membranacea, tenuia. Loculamenta decem ad quatuordecim, farcta *Pulpa* fungoso-farinosa, rubicunda, acidula, in varias portiones irregulares transversim secedens atque fibris plurimis filiformibus pertexta.

Rec. nullum, præter pulpam, in qua semina, in omnem sensum disposita, nidulantur.

Sem. numerosa, grandiuscula, globose reniformia, glabra, subsplendentia, e castaneo nigra aut prorsus atra.

Int. triplex: *extimum* corneum, durissimum, ut fere osseum; *medium* subcoriaceum, durum, ferrugineum, prope umbilicum valde incrassatum; *intimum* membranaceum, pallide stramineum.

Alb. tenue, carnoso membranaceum, intra cotyledonum plicas demersum.

Emb. semilunatus, niveus, lubricus. *Cotyl.* foliaceæ, chrysaloideo-contortuplicatæ. *Rad.* crassa, curva, vaga.

α. β.) Capsula integra & dissecta. γ.) Pulpæ, e loculamento suo extractæ, frustum. d.) Ejusdem frusti apex magnitudine naturali & dissectus cum situ & figura seminum. e.) Seminis integumentum intimum denudatum. f.) Albumen decorticatum. g.) Embryo solutus. H.) Cotyledones transversim sectæ.

DCCLXXXIX. MALVA. Tourn. *t.* 24. Linn. *gen.* 841.

Calyx duplex: exterior di-l. triphyllus, parvus; interior monophyllus, quinquefidus, major. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. plura. Styl. multifidus. Caps. plures, in verticillum coadunatæ, uniloculares, evalves, monospermæ.

Malva Alcea. Tab. 136. fig. 1.

Alcea. Cam. *epit. 669.* Blakw. *herb. t. 309.*

Malva caule erecto, foliis scabris trilobatis: lobis lateralibus bipartitis, medio tripartito & quinquepartito. Hall. *hist. n. 1071.*

Malva caule erecto, foliis multipartitis scabriusculis. Linn. *syst. veg. 626.*

Per. Capsulæ plures, circiter viginti quatuor, in orbem positæ, rotundato-reniformes, chartaceæ, glabræ, linea elevata longitudinali in dorso notatæ, e nigro castaneæ, uniloculares, evalves, ac scuto tantummodo dorsali a lateribus secedente dehiscentes.

Rec.

Rec. *commune* centrale, columnare, molendinaceum, f. a perfiftentibus laminis capfularum lateralibus multialatum; *proprium* nullum, præter funiculum umbilicalem.

Sem. folitaria, reniformia, compreffiufcula, glabra, cinerafcentia.

Int. triplex: *extimum*, epidermis tenuiffima; *medium*, cartilagineum, fplendens, caftaneum; *intimum* membranaceum, rufefcens.

Alb. tenue, carnofo-membranaceum, album, intra embryonem demerfum.

Emb. magnitudine feminis, curvatus, albus. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo-plicatæ. *Rad.* teretiufcula, infera & relative centripeta.

*

a. b.) Calyx maturus ab utraque parte fpectatus. c.) Capfularum verticillatus denudatus. d.) Receptac. molendinaceum. e. E.) Semina fcuto dorfali adhucdum tecta. F.) Scutum feparatum. g. G.) Semen denudatum. H.) Albumen embryonem involvens. I.) Embryo folutus.

Malva fylveftris. ibid.

Malva fylveftris recta. Cord. *hift.* 114. *c. ic.* Blakw. *herb. t.* 22.

Malva caule erecto herbaceo, foliis feptemlobatis acutis, pedunculis petiolisque pilofis. Linn. *l. c.* 625.

Verticilli (a) decemcapfulares. Capfulæ (b. B) rotundato-reniformes, triquetræ, fubcruftaceæ, fragiles, undique claufæ, faturate ftramineæ, in dorfo fcrobiculato-rugofæ, ad latera vero arcuatim ftriatæ. Semina (C) reniformia, triquetra, puncticulata, albo-cinerafcentia.

Malva verticillata. ibid.

Malva caule erecto, foliis angulatis, floribus axillaribus glomeratis feffilibus, calycibus fcabris. Linn. *l. c.* 626.

Icon. Jacq. *hort. t.* 40.

Fructus præcedenti paulo minor, cetera admodum fimilis. Verticilli (a) decemcapfulares. Capfulæ (b. B.) fragiles, albicantes, claufæ: dorfo planiufculo, fulcis elevatis flexuofis transverfis fcabrato; lateribus autem arcuato-ftriatis. Semina (c. C.) excavato puncticulata, e cinereo-albicantia.

Malva capenfis. ibid.

α. *Malva capenfis frutefcens, groffulariæ folio minori glabro.* Dill. *elth. t.* 169.

Malva foliis cordatis quinquelobis, caule arborefcente. Linn. *l. c.* 625.

Verticilli (a.) duodecimcapfulares, muricati. Capfulæ (b. B.) coriaceæ, compreffæ, transverfim longiores quam altæ, utrinque ad dorfum quatuor tuberculis furfum arcuatis & patentibus muricatæ, fpadiceo-fufcæ. Semen (c. C.) rotundato-roftellatum, lenticulare, glabrum, fpadiceum. Embryo gramineo-viridis.

β. Malvas

β. Malva capensis frutescens, grossulariæ folio majore hirsuto. DILL. *l. c.*

Verticilli (a) paulo majores, quam in præcedenti, non muricati. Capsulæ (b. B.) compressæ, horizontaliter oblongæ, rugis undulatis a centro versus peripheriam decurrentibus, loco muricum, exasperatæ, sordide nigricantes. Semina (c. C.) ut in priori; etiam embryo viridis.

MALVA scabrosa. ibid. ex fide *Martini.*

Malva africana frutescens, flore rubro. COMM. *hort. 2. p. 171. t. 86.*

Verticilli (a) duodecimcapsulares. Capsulæ (b. B.) rotundato reniformes, compressiusculæ, fragiles, atræ. Dorsum rotundatum scabrum, sed nec tuberculatum, nec muricatum: latera plana, obsolete striata. Semen (c. C.) reniforme, stria depressa in dorso notatum, spadiceum. Embryo albus.

Vix ergo M. *capensis* mera varietas, ut vult Linnæus Sp. pl. 968.

MALVA moschata. ibid.

Malva montana s. Alcea rotundifolia laciniata. COL. *ecphr. 1. p. 148. t. 147.*

Malva caule erecto, foliis radicalibus reniformibus incisis; caulinis quinquepartitis pinnato-multifidis. LINN. *l. c.*

Icon. MILL. *ic. t. 17.*

Verticilli (a) quindecimcapsulares, villosi. Capsulæ (b. B.) reniformes, compressæ, chartaceæ, nigræ, villis pallidis præsertim in dorso dense consitæ. Semina (c. C.) reniformia, glabra, e cinereo-pallida. Embryo albus.

Receptac. commune in his omnibus non molendinaceum, nec capsularum dorsum solubile, ut in prima specie: hinc quoque istam, generico *Bismalva* nomine, a reliquis separat Cl. MEDICUS *malv. famil. p. 39.*

DCCXC. LAVATERA. LINN. *gen.* 842.

Calyx duplex, uterque monophyllus: exterior trifidus; interior quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. plura. Styl. multifidus. Capsulæ plures, in orbem positæ, uniloculares, evalves, monospermæ. Receptac. commune in plerisque? molendinaceum.

LAVATERA thuringiaca. Tab. 136. fig. 2.

Althæa thuringiaca. CAM. *hort. 12. t. 6.* BESL. *Eyst. æstiv. VI. t. 5. f. 1.*

Lavatera caule herbaceo, fructibus denudatis, calycibus incisis. LINN. *syst. veg. 627.*

Icon. JACQ. *austr. 4. t. 311.*

PER. Capsulæ plures, viginti circiter, in orbem positæ, subchartaceæ, scabriusculæ, reniformes, uniloculares, evalves, & arcu tantum dorsali a lateribus secedente dehiscentes.

Rec. *commune* centrale, molendinaceum ſ. a perſiſtentibus capſularum lateribus multialatum, in mucronem conico-ſubulatum deſinens; *proprium* nullum.

Sem. ſolitaria, reniformia, compreſſiuſcula, glabra, ſubcinerea aut fuſca.

Int. triplex: *extimum*, epidermis tenuiſſima; *medium* cartilagineum, glaberrimum, nigro-fuſcum; *intimum* membranaceum, pallidum.

Alb. tenue, carnoſo-membranaceum, album, intra cotyledones deſcendens.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo-plicatæ. *Rad.* infera & relative centripeta.

*

a.) Calyx maturus, clauſus. b.) Capſularum verticillus denudatus. C.) Recept. commune molendinaceum. d. D.) Semina capſulæ arcu dorſali tecta. e.) Arcus ſeparatus. f. F.) Semen ſolutum integrum. G.) Idem transverſe ſectum. H.) Albumen decorticatum. I.) Embryo ſolutus.

Lavatera arborea. ibid.

Malva arboreſcens. Besl. *Eyſt. æſtiv. VI. t. 6. f. 1.*

Lavatera caule arboreo, foliis ſeptemangularibus tomentoſis plicatis, pedunculis confertis unifloris axillaribus. Linn. *l. c.*

Verticilli (a) ſeptem-l. octocapſulares. Recept. commune (b.) ſubulatum, apice globulo conoideo terminatum, baſi autem lamellis parvis lunatis & inter ipſa capſularum interſtitia poſitis molendinatum. Capſulæ (c. C.) reniformi-rotundatæ, argute triquetræ (d), membranaceæ, rugoſæ, undique clauſæ, pallide ſpadiceæ, non dehiſcentes. Semina (e. E.) reniformia, cineraſcentia. Embryo (F.) luteſcens.

Lavatera trimeſtris. ibid.

Malva folio vario. Bauh. *prodr. 137. c. ic.* Jacq. *hort. t. 72.*

Lavatera caule ſcabro herbaceo, foliis lanceolatis, pedunculis unifloris, fructibus orbiculo tectis. Linn. *l. c.*

Fructus intra calycem ventricoſum (a) nidulans, orbiculatus, depreſſus, umbraculo peltato (b) tectus. Verticilli ſubviginticapſulares. Recept. commune (C.) inferne laminis rotundatis membranaceis inter capſularum interſtitia poſitis molendinatum, ſuperne autem in orbiculum fungoſum, fuſcum, concavum, incraſſato marginatum & in ambitu obtuſe crenulatum, ampliatum. Capſulæ (d. D.) reniformes, fuſcæ, undique clauſæ nec dehiſcentes, in dorſo linea elevata longitudinali notatæ, ad latera vero ſtriis flexuoſis a peripheria verſus centrum ductis eleganter vemiculatæ. Semina (e. E.) reniformia, ferruginea. Albumen (F.) tenue. Embryo (G.) luteſcens.

Si in reliquis quoque ſpeciebus receptaculum fuerit molendinaceum, poterit id, unacum calyce duplici monophyllo, inter notas generis characteriſticas referri.

DCCXCI. ALTHÆA. Linn. *gen.* 839. Alcea. Linn. *gen.* 840.

Calyx duplex, uterque monophyllus: exterior ſex — l. duodecimfidus; interior quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. plura. Styl. multifidus. Capſulæ plures, in orbem poſitæ uniloculares, monoſpermæ. Recept. apterygium.

Althæa officinalis. Tab. 136. fig. 3.

Althæa. Fuchs. *hiſt. lat. 15. germ. ic. 7.* Blakw. *herb. t. 90.* Oed. *fl. dan. t. 530.*

Althæa tomentoſa herbacea, caule erecto, foliis cordato lanceolatis obſolete trifidis. Hall. *hiſt. n. 1074.*

Althæa foliis ſimplicibus tomentoſis. Linn. *ſyſt. veg. 624.*

Per. Capſulæ plures, circiter vicenæ, in orbem poſitæ, rotundato-reniformes, triangulari-compreſſæ, undique clauſæ, in dorſo tomentoſæ, cetera impubes, coriaceæ, non dehiſcentes.

Rec. *commune* centrale, in medio globoſe tumidum & ſulcatum, in apice autem longo mucrone conico terminatum; *proprium* nullum aut funiculare.

Sem. ſolitaria, reniformia, compreſſa, glabra, fuſca.

Int. triplex: *extimum* ab epidermide tenuiſſima; *medium* cartilagineum; *intimum* membranaceum.

Alb. tenue, carnoſo-membranaceum, intra cotyledones receptum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo-plicatæ. *Rad.* longa, infera & relative centripeta.

*

a. b.) Fructus utroque calyce perſiſtente munitus. c.) Recept. commune. d. D.) Capſula e latere ſpectata. e. E.) Semen integrum. F.) Idem diſſectum. G.) Albumen embryonem obtegens. H.) Embryo denudatus.

Calyx exterior ſæpe in hac ſpecie ſeptemfidus eſt.

Althæa cannabina. ibid.

Alcea fruticoſa cannabino folio. Clus. *hiſt. 2. p. 25.* *Icon.* Jacq. *auſtr. t. 101.*

Althæa foliis inferioribus palmatis, ſuperioribus digitatis. Linn. *l. c.*

Fructus magnitudine præcedentis, ſed non tomentoſus, calyce exteriore (a) novemfido. Verticilli (b.) ſedecimcapſulares. Capſulæ (c. C.) reniformes, e ſpadiceo fuſcæ, clauſæ, impuberes, linea dorſali longitudinali elevata & in lateribus rugis parvis diſſitis flexuoſis, inſtar quorundam Ammonis cornuum, notatæ. Semen (d.) reniforme, cineraſcens.

DCCXCII. NAPÆA. Linn. *gen.* 847.

Calyx ſimplex, quinquefidus. Cor. quinquepartita. Stam. plurima, in tubum connata. Ovar. decem. Styl. decemfidus. Capſulæ decem, in orbem poſitæ, uniloculares, evalves, monoſpermæ. Recept. commune apterygium. Flores nonnunquam ſexu diſtincti, in ſeparatis plantis.

Napæa dioica. Tab. 136. fig. 4.

Abutilon folio profunde diſſecto, pedunculis multifloris, mas & femina. Ehret. *pict. t. 7. 8.* Trew. *nov. A. N. C. 1. p. 437. t. 10. f. 1. 2.*

Napæa pedunculis involucratis angulatis, foliis palmatis ſcabris. Linn. *ſyſt. veg. 896.*

Per. Capſulæ decem, in orbem poſitæ, ſemicirculares, apice in mucronem recurvum deſinentes, cuneiformi-compreſſæ, in dorſo convexæ, lineaque media elevata notatæ, ad latera planæ ac verſus marginem dorſalem ſubcrenulatæ, uniloculares, evalves aut rarius in duas valvulas dehiſcentes.

Rec. *commune* centrale, pyramidatum, ſulcatum & pyramidato quoque mucrone terminatum; *proprium* nullum, aut funiculare breviſſimum.

Sem. ſolitaria, reniformia, trigono-compreſſa, fuſca, obſoletiſſime ſtriata.

Int. triplex: *extimum* tenuiſſimum; *medium* cartilagineum; *intimum* membranaceum.

Alb. tenue, carnoſo-membranaceum, cotyledonibus immerſum.

Emb. curvatus, pallide luteus. *Cotyl.* foliaceæ, cynocephaloideo-plicatæ. *Rad.* infera & relative centripeta.

*

a. A.) Fructus integer. B.) Receptac. denudatum. c. C.) Capſula integra. D.) Eadem aperta cum ſitu ſeminis. e. E.) Semen ſolutum. F.) Albumen tunica ſua propria indutum. G.) Embryo ſeparatus.

Habet utique Napæa affinitatem cum Sida atque Abutilo: attamen a priori, capſulis una pluribus & receptaculo communi manifeſto; — ab Abutilo autem, iisdem capſulis monoſpermis, nec liquide valvatis, abunde differt.

DCCXCIII. DOMBEYA. Cavan. Juss. *p.* 277.

Calyx duplex: exterior triphyllus, caducus; interior monophyllus, quinquefidus. Cor. quinquepartita, petalis obovatis ſubfalcatis. Stam. viginti: quinis longioribus ſterilibus; reliquis dimidio brevioribus fertilibus; omnibus baſi in urceolum brevem connatis. Ovar. quinque. Styl. filiformis, ſtigmatibus quinque recurvis. Capſulæ quinque, in unam conniventes, uniloculares. Semina ſolitaria aut geminata.

Dombeya borbonica. Tab. 137. fig. 1.

Arbre

Arbre à fleurs en bouquets, de l'isle de France. A Cl. HERMANN.

PER. Capſulæ quinque, ad axem cohærentes atque fructum pentagonum ſuperne umbilicatum formantes, ovatæ, verſus axem cuneiformi-compreſſæ, uniloculares, rima longitudinali ad angulum centralem dehiſcentes & ab axi ſecedentes. Loculamentum propria lamina cartilaginea veſtitum; dorſum autem ſuberoſum, compreſſum, latum, undique villis ſordide cinereis rigidiuſculis & longis tectum, ut fructus ſubgloboſus, obiter inſpicienti, appareat.

REC. *commune* nullum; *proprium* nullum, præter angulum centralem, cui ſemina affixa.

SEM. duo, altero tamen ſæpius abortiente, ovata, ſubangulata, inferne acuminata & quaſi roſtellata, fuſco-ferruginea.

INT. triplex: *extimum* ab epidermide, tenuiſſimum; *medium* coriaceum durum; *intimum* membranaceum, rufeſcens, chalaza atra in vertice notatum.

ALB. tenue, carnoſum, duriuſculum, niveum, intra cotyledones demerſum.

EMB. curvatus, pallide luteſcens. *Cotyl.* foliaceæ, bipartitæ: laciniis linearibus undulato-aut chryſaloideo-convolutis. *Rad.* teretiuſcula, infera.

*

a.) Flos magnitudine naturali. b.) Petalum ſeparatum. c.) Fructus maturus integer. D.) Idem transverſe ſectus. e.) Capſula ſeparata integra. f.) Eadem longitudinaliter aperta, cum ſitu ſeminis. g. G.) Semen ſolitarium ſubtrigonum. h.) Semina geminata. I.) Semen transverſe ſectum. K.) Albumen denudatum. L.) Embryo ſolutus, ab anteriori & poſteriori parte ſpectatus, cum cotyledonibus explicatis.

Omnes floris partes, præter externi calycis foliola, perſiſtunt, atque corolla rigeſcens & erecta fructum occultat ac tuetur. Speciem forſan determinare poterunt, qui Cavanillei opus poſſident.

DOMBEYA acerifolia. ibid.

Fruit d'un grand arbre, à feuilles d'erable, blanches, de l'isle de Bourbon. A Cl. HERMANN. Prof. argentor.

Fructus orbiculatus (a), depreſſiuſculus, toruloſus, gilvus ſ. nucularum ſtaphylodendri colore, glaberrimus, nitidus, calyce quinquefido (b.), albo-tomentoſo exceptus. Capſulæ denæ aut pauciores, 9. 8. 7. quinis tamen ſemper plures, ſemicirculares (c.), verſus axem cuneiformi-compreſſæ (d), in dorſo autem rotundatæ, ſuberoſæ, uniloculares (e.), non dehiſcentes. Loculamenti membrana cartilaginea, nitida. Dorſum latum (e), craſſum, ex ſubſtantia fungoſa alba. Semina (f. F.) ſolitaria, e caſtaneo rufeſcentia. Integumenta, chalaza & albumen prorſus ut in præcedenti. Embryo (G.) luteſcens. Cotyled. bipartitæ, replicatæ, undulatæ. Rad. infera.

Nonne

Nonne hæc potius ſit *Ruizia* CAVANIL? aliis enodandum relinquo, qui de tota ſtirpe nil præter fructum viderim, eumque, ob conſimilem capſularum atque cotyledonum fabricam, ad Dombeyam retulerim, donec certiora innoteſcant.

DCCXCIV. KLEINHOVIA. LINN. *gen.* 1024.

Calyx ſimplex, quinquepartitus. Cor. pentapetala: petala ovarii ſtipiti inſerta, lanceolata: ſupremo latiore fornicato. Stam. in urceolum campanulatum quinquefidum connata: antheris in ſingula lacinia ternis. Ovar. unicum, ſtipiti longo inſidens. Styl. unicus, ſtigmate crenulato. Capſ. inflata, quinquelocularis. Sem. ſolitaria.

KLEINHOVIA hoſpita. Tab. 137. fig. 2.

Kati-marus. RUMPH. *amb.* 3. *p.* 177. *t.* 113.

Kleinhovia. LINN. *ſyſt. veg.* 825. CAVAN. *diſſ. t.* 146.

E collectione Bankſiana.

PER. Capſula filiformi-pedunculata, membranacea, inflata, ex anguſta baſi globoſe turbinata & in vertice profunde umbilicata, rotundato-pentagona, quinquelocularis, quinquevalvis. Valvulæ extus profundo ſulco inſcriptæ, intus ſepto longitudinali ſtipatæ.

REC. nullum; ſemina angulo loculamentorum centrali affixa.

SEM. ſolitaria, ſubgloboſa, aculeolis brevibus diſſitis muricata, in baſi tuberculo mammillari & in latere interno, proceſſu umbilicali valde exſerto notata, e cinereo-fuſca aut nigricantia.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, craſſum, durum, ut fere nucamentaceum; *interius* membranaceum, tenue.

ALB. . . . .

EMB. . . . . (corrugatus. *Juſs.*)

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem dehiſcens. c.) Ejusdem ſectio transverſalis cum inſertione ſeminum. d. D.) Semen ſeparatum.

Capſulæ maturæ, ſecundum Rumphium, rubicundæ, ſed meæ tantum ſpadiceæ, forſan quia immaturæ. Nuclei fabricam, Ayeniæ conſimilem eſſe ſuſpicor.

DCCXCV. APHYTEJA. LINN. *gen.* 1410.

Calyx ſuperus, ſemitrifidus, coriaceus. Cor. tripetala? Stam. filamenta nulla; Antheræ tres, omnium maximæ, perſiſtentes, baſi connatæ in corpus trilobum: lobis erectis, conniventibus, ſubreniformibus, ſtriis ſubundulatis longitudinalibus in ſuperficie exteriori eleganter notatis. Ovar. in-

inferum. Styl. craſſus, brevis. Stigm. trigonum. Bacca infera, farcta unilocularis. Sem. numeroſiſſima.

APHYTEJA Hydnora. Tab. 137. fig. 3.

Hydnora africana. THUNB. *act. holm. 1775. t. 2. & 1777. t. 4.*

Aphyteja. LINN. *fil. diſſ. p. 7. c. ic. ſyſt. veg. 609.*

A Cl. Thunbergio.

PER. Bacca infera, ſubgloboſa, obſolete trigona atque gibboſa, unilocularis, corticata; ſuperne elongata in collum cylindricum rugoſum, flore terminatum; inferne autem deſinens in mucronem brevem obtuſiſſime conicum radiciferum. Cortex craſſus, ſuberoſus, externe ſubrimoſus, lineolisque depreſſis reticulatis teſſulatus. Caro ſpongioſa, mollis, alba.

REC. nullum; ſemina nidulantur in pulpa, in qua ſtrias formant irregulares ex acervulis ſeminum laxioribus aut denſioribus.

SEM. numeroſiſſima, exiliſſima, ſubgloboſa aut a vicinorum preſſione varie angulata, nigro-fuſca.

INT. ſimplex, craſſiuſculum, ſpongioſo-membranaceum.

ALB. ſemini conforme, ſubgrumoſum ſ. granuloſe carnoſum, aqueo-pallidum.

EMB. . . . .

*

a. a.) Fructus integer. α.) Antheræ perſiſtentes. β.) Annulus tumidus ad baſin colli, ab exſiccatione baccæ forſan enatus. b. b.) Bacca transverſim ſecta. γ.) Corticis craſſities. δ.) Pulpa cum ſeminibus. ε.) Semina ab aqua emollita & tumefacta, aridis & exſiccatis duplo majora. C.) Eadem aucta. D. E.) Albuminis ſectio transverſalis atque longitudinalis.

Magnitudo fructus varia, a gallinacei ovi, ad pugni amplitudinem quandoque laxata. Collum ante floris explicationem nullum, ſed calyx in vertice pyriformis & tunc manifeſtius trigonæ baccæ ſeſſilis. Intra hunc, corollæ rudimenta (in meis abrupta); & demum fornix valde depreſſus, ex tribus ſegmentis triangularibus, ſubtiliſſime & elegantiſſime longitudinaliter ſtriatis ac ſibi mutuo ita coaptatis, ut ne rima quidem pateat; e quibus autem, demum ſolutis, ipſæ formantur antheræ, omni filamentorum veſtigio penitus deſtitutæ. Embryonem detegere potui nullum; ſaltem in unico obeſiori pauliſper ſemine vidi minutam cavitatem ſubrotundam, in ipſo albuminis centro, ſed inanem illam atque vacuam. Anne his ſeminibus ſaltem *embryo potentialis* conceſſus; anne vero mea ſemina nondum rite matura?

Nullo jure hæc planta ad *Monadelphas* relata fuit; debuiſſet potius *Syngeneſiis* inferri, ad exemplum Cucurbitacearum, cum quibus etiam, reſpectu fabricæ antherarum, aliquantulum affinitatis habet.

DCCXCVI. MICHELIA. Linn. *gen.* 691.

Calyx triphyllus. Cor. polypetala, petalis exterioribus majoribus. Stam. numerosa. Ovar. plura, in spicam digesta. Styli totidem, capillares, intra suturam dehiscentem delitescentes. Caps. plures, molles ut quasi baccatæ, uniloculares, semibivalves. Sem. baccata, a duobus ad octo.

Michelia Tsjampaca. Tab. 137. fig. 4.

Tsjampaca sylvestris alba. Rumph. *amb.* 2. *p.* 202. *t.* 68.

Michelia evonymoides foliis ovatis. Burm. *flor. ind.* 124.

Michelia foliis ovato-lanceolatis. Linn. *syst. veg.* 508.

A Cl. Thunbergio.

Per. Capsulæ plures, in spicam strobiliformem digestæ, versus axem, in aciem compressæ, extrorsum vero turgescentes in dorsum convexum; superne in mucronem brevem productæ, inferne in pedunculum quasi elongatæ, ante plenam maturitatem carnosæ, demum subcoriaceæ, molles, ex aurantiaco-rubiginosæ, uniloculares, latere externo dehiscentes: interjecto suturæ stylo capillari persistente.

Rec. *commune* teretiusculum, inferne nudum & a staminum lapsu cicatriculis rhomboideis tessulatum, superne autem capsulis sessilibus tectum; *proprium* nullum; sed semina, absque ullo funiculo umbilicali, angulo capsularum interno in situ horizontali affixa.

Sem. unum, vel duo (quatuor *Rumph.*), ovata, lenticulari turgida, baccata, rubra.

Int. triplex: *extimum* carnosum, tenue, coccineum, arcte adnatum; *medium* osseum, atrum, in vertice s. regione umbilico opposita, cavernula parva, mucronem acicularem continente, exsculptum; *intimum* membranaceum, tenuissimum.

Alb. cordatum, lenticulari-compressum, carnosum, duriusculum, album.

Emb. minutissimus, subglobosus, in basi albuminis s. prope umbilicum locatus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* infera.

a.) Fructus integer. b.) Capsula separata, a latere spectata. c.) Eadem dehiscens. d.) Ejusdem sectio longitudinalis, cum situ seminum horizontali. e.) Semen solitarium. f.) Semina gemella. g.) Integum. carnosum superne resectum. h.) Testa seminis penitus denudata. I.) Eadem longitudinaliter aperta, cum albumine in situ naturali. K.) Albumen verticaliter dissectum, cum Embryone (L.) in ejus basi.

Michelia itaque solo majori seminum numero, neque id satis constanter, atque pericarpiis mollioribus & subbaccatis a Magnolia differt. Videndum tamen quomodo se habeat fabrica seminum in Michelia *Champaca*, antequam totum genus expungatur: numerus enim solus heic nihil valet, quandoquidem ipsius etiam Magnoliæ ovaria sint tetrasperma.

In

In meo fructus exemplo ne unicam quidem capſulam tetraſpermam, ſed omnes vel mono - l. diſpermas ſaltem deprehendi. Peccavi igitur, quod ex Rumphio quaterna ſemina in meam *fig. a.* transtulerim; & magis adhuc peccavi, quod illa pinxerim in ſitu erecto, quum deberent eſſe horizontalia ac ſibi mutuo impoſita, ſicuti *fig. d.* recte oſtendit.

DCCXCVII. GUSTAVIA. LINN. *gen.* 1414.

Calyx nullus, aut margo breviſſimus edentulus ſubundulatus ovarium coronans. Cor. ſupera, ſex l. octopetala. Stam. numeroſa, baſi in annulum longe a ſtylo diſtantem connata. Ovar. inferum. Styl. ſimplex, brevis: ſtigma lobatum. Bacca infera, exſucca, apice truncata, quadri - l. pluri-locularis. Sem. plura, amygdaloidea, funiculis umbilicalibus perſiſtentibus caudata.

GUSTAVIA meizocarpa. Tab. 138. fig. 1.

Japarandiba. MARCGR. *bras. p. 109. c. ic.*

Pirigara tetrapetala. AUBL. *guian. 487. t. 192.*

Guſtavia. LINN. *ſyſt. veg. 620.*

A Cl. THUNBERG.

PER. Bacca infera, exſucca, turbinato - globoſa, toroſa, ſuperne truncata & leviter concava, inferne in pedunculum conicum ſulcatum producta, quadri- ad ſeptemlocularis. Cortex coriaceus, externe cinereo-albidus, venoſus, interne flavus, glaberrimus. Diſſepimenta tenuia, chartacea, flexuoſa.

REC. nullum, ſed ejus loco funiculi umbilicales, primum carnoſi, demum ſubcornei, tortuoſi, anfractuoſi, ſtriati, flavi, perſiſtentes, quibus ſemina, angulis loculamentorum internis, a vertice ad medium uſque, inſerta, ut ſuperiora ſint pendula, inferiora autem oblique l. horizontaliter decumbentia.

SEM. tria ad quinque in ſingulo loculo, ovata, a vicinorum preſſione varie angulata, e cinnamomeo - luteſcentia, funiculis umbilicalibus perſiſtentibus appendiculata ſ. caudata.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, craſſum, durum, ut fere cruſtaceum; *interius* membranaceum.

ALB. . . . . . (nullum?)

EMB. . . . . . (amygdaloides, bilobus. *Marcgr.*)

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem transverſim ſecta. c.) Semina ſuperiora, pendula, ab utroque latere ſpectata. d. d.) Semina inferiora, decumbentia. e.) Teſtæ ſectio transverſalis.

Funiculi umbilicales haud bene in Aubletio expreſſi; in meo autem exemplo in ſpiritu vini ex America translato, eos obtinui incorruptos.

DCCXCVIII. SCABRITA. LINN. *gen.* 124.

Calyx truncatus, edentulus. Cor. monopetala, hypocrateriformis: limbo quadripartito, laciniis bilobis. Stam. quatuor. Ovar. ſuperum. Styl. filiformis, apice bifidus. Capſ. chartacea, ovata, ſupra emarginata, bilocularis, bipartibilis, evalvis. Sem. ſolitaria, baſi affixa, dimidia capſula breviora.

SCABRITA ſcabra. Tab. 138. fig. 2.

Scabrita. LINN. *mant.* 37. *ſyſt. veg.* 147.

A Cl. THUNBERG.

Capſula, ſemen, albumen, embryo, quin ipſa omnium partium conſiſtentia atque color, adeo ad amuſſim cum illis *Parilii* Vol. I. p. 234. deſcripti congruunt, ut iſtius character de verbo ad verbum tranſcribendus eſſet, ſi plenam fructus Scabritæ deſcriptionem dare vellemus. Sufficiat igitur annotaſſe, quod totum diſcrimen ad ſolam redeat magnitudinem, qua fructus Scabritæ ab illo Parilii ſuperatur. Iconem tamen & anatomen fructus non ſuperfluam duximus, ut & alii hac de re judicare queant.

*

a.) Fructus integer. b.) Capſulæ ſeparatæ. c) Earundem ſectio transverſalis. d.) Seminis figura, magnitudo & ſitus in fundo capſulæ apertæ. e.) Embryo intra albumen diſſectum.

DCCXCIX. CACTUS. LINN. *gen.* 613. Opuntia. TOURN. *t.* 123.

Calyx ſuperus, imbricatus, deciduus. Cor. polypetala. Stam. numeroſa. Styl. ſimplex, apice multifidus. Bacca infera, carnoſa, unilocularis. Sem. plurima, annulo calloſo cincta.

CACTUS Opuntia Tab. 138. fig. 3.

Opuntia vulgo herbariorum. BAUH. *hiſt.* 1. *p.* 154. MILL. *ic.* 191.

Opuntia foliis ovatis compreſſis, ſpinis ſetaceis. HALL. *hiſt. n.* 1099.

Cactus articulato-prolifer laxus, articulis ovatis, ſpinis ſetaceis. LINN. *ſyſt. veg.* 460.

PER. Bacca infera, carnoſa, ovato oblonga, inferne attenuata, ſuperne truncata & profunde umbilicata, glabra, rubra, unilocularis, farcta. Caro mollis, ſpongioſa, ſanguinea.

REC. nullum; ſemina in carne nidulantia.

SEM. plura, quindecim aut viginti, oſſea, reniformia, turgide lenticularia, pallide teſtacea, annulo craſſo calloſo circumdata.

INT. duplex: oſſeum craſſum, durum; & membranaceum ruſeſcens.

ALB. nullum.

EMB. teretiuſculus, ſubſpiralis, lacteus. *Cotyl.* ſemiteretes, incumbentes. *Rad.* longa, curva, vaga.

*

a.) Bacca integra. b. c.) Eadem diſſecta, cum ſitu ſeminum. d.) Semina ſoluta. E.) Seminis teſta transverſim, & F.) eadem longitudinaliter aperta, cum embryone propria ſua pellicula tecto. G.) Embryo denudatus.

Melocacti ſemina dicuntur monocotyledonea.

DCCC. ÆGOPRICON. LINN. *gen.* 1429.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Amentum ovato-globoſum, parvum. Cal. trifidus. Cor. nulla. Stam. unicum. FEM. Flores ſolitarii. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Styl. tres, ſtigmatibus ſimplicibus. Capſ. tricocca, elaſtica. Sem. ſolitaria, arido baccata.

ÆGOPRICON betulinum. Tab. 138. fig. 4.

Ægopricon. LINN. *ſuppl.* 413. *ſyſt. veg.* 840.
Icon. SMITH. *faſc.* 2. *t.* 42.

A Cl. THUNBERGIO.

PER. Capſula globoſa, magnitudine piſi minoris, glabra, gilva, tricocca, trilocularis, trivalvis: valvulis bifidis. Cortex tenuiſſimus, membranaceus, arcte adhærens. Cocculi ſuboſſei, craſſi, elaſtice dehiſcentes.

REC. obſoletum; ſemina angulo loculamentorum centrali ſupra medium affixa.

SEM. ſolitaria, ſubgloboſa, ſuperne in mucronem attenuata, hinc convexa, inde angulata, pallide ſpadicea, tunica ſpongioſa ſ. arido baccata.

INT. triplex: *extimum* ſpongioſo-membranaceum, tenue, in recenti ſemine forſan carnoſum; *medium* cruſtaceum, fragile, ſcrobiculis ſparſis parum profundis exaratum, fuſcum; *intimum* membranaceum, pallidum.

ALB. teſtæ ſeminis conforme & in ſuperficie quoque obſolete ſcrobiculatum, carnoſum, oleoſum, friabile, album.

EMB. magnitudine fere albuminis, inverſus, niveus. *Cotyl.* foliaceæ, orbiculatæ. *Rad.* teretiuſcula, ſupera.

*

a.) Capſula integra. b. B.) Eadem transverſim ſecta. C.) Valvula a parte interiore ſpectata. d. D.) Semina ſeparata. E.) Teſta ſeminis denudata & a latere dorſali ſpectata. F.) Ejusdem ut & albuminis ſectio transverſalis. G.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura embryonis.

CENTU-

CENTURIA NONA.

DCCCI. CALAMUS. Linn. *gen.* 436.

Flores omnes hermaphroditi. Spatha communis nulla; partiales vagæ. Spadix ramoſus. Cal. hexaphyllus: foliorum ſerie duplici; exteriore breviore. Stam. ſex. Ovar. unicum. Styl. conicus, apice trifidus. Bacca loricata, unilocularis, triſperma. Embryo in ſeminis baſi.

Calamus Zalacca. Tab. 139. fig. 1.

Baly inſulæ fructus, pyri forma, aſper. Bauh. *hiſt.* 1. *l.* 3. *p.* 401.

Zalacca ſ. Rottang zalack. Rumph. *amb.* 5. *p.* 113. *t.* 57. *f.* 2.

A Cl. Thunberg.

Per. Bacca grandiuſcula, turbinata, a vicinarum preſſione varie angulata & gibberoſa, ſcutellis retroverſis loricata, e ſpadiceo-rufeſcens, unilocularis, primum pulpoſa, demum exſucca. Cortex tenuis, chartaceus, tectus ſcutulis ſubcartilagineis: ſupremis erectis linearibus; reliquis omnibus appreſſis, deorſum imbricatis, ſubcordatis, linea media elevata notatis, atque apice ſubreflexis, ut bacca ad tactum aſpera ſit. Caro pulpoſa (aurantiorum carni ſimilis, nec tamen veſiculoſa *Rumph.*) per ætatem penitus evaneſcens.

Rec. nullum; ſemina fundo baccæ affixa.

Sem. tria, duobus plerumque abortientibus, baccata, ſubgloboſa, hinc convexa, inde angulata, lobulo umbilicali fungoſo craſſo ſubcordato inferne appendiculata.

Int. triplex: *extimum* pulpoſum, (grati uvarum moſchatellarum ſaporis *Rumph.*) demum exareſcens; *medium* cruſtaceum, tenuiſſimum, proceſſum ſubulatum corneum intra albuminis canalem verticalem demittens; *intimum* membranaceum, e luteo-rufeſcens, arctiſſime adnatum.

Alb. ſemini conforme, coriaceo-cartilagineum, niveum, ſuperne canali infundibuliformi a vertice ad medium uſque perforatum, inferne autem cavitate oblonga conica, pro embryone, exſculptum, cetera ſolidum, nec ruminatum.

Emb. monocotyledoneus, ſubulatus, lacteus. *Rad.* retuſa, orbiculata, infera.

a.) Bacca

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem diffecta, cum fitu feminum. c.) Semen a dorfo — & d.) idem a ventre fpectatum. e.) Seminis fectio verticalis, figuram & cavitates albuminis oftendens. f. F.) Embryo in fitu & folutus.

Calamus Rotang. ibid.

Palmjuncus calapparius. Rumph. *amb. 5. p. 97. t. 51.*

Calamus. Linn. *fyft. veg. 340.*

E collect. fem. hort. lugdb.

Bacca magnitudine globi fclopetarii majoris, fphærica, fuperne in mucronem conicum, apice trifidum, producta, ferrugineo-fpadicea, loricata *Squamis* cartilagineis, craffis, quadrangulis, linea media depreffa notatis, glabris, nec tamen fplendentibus. Semina defuerunt.

DCCCII. LICUALA. Thunb.

Flores omnes hermaphroditi. Spatha communis nulla; partiales vagæ. Spadix ramofus. Cal. tripartitus, perfiftens. Cor. tripartita decidua. Nectar. fetiforme. Stam. fex. Ovar. unicum. Styl. fimplex. Drupa unilocularis, monofperma. Embr. dorfalis.

Licuala fpinofa. Tab. 139. fig. 2.

Licuala arbor. Rumph. *amb. 1. p. 44. t. 9.*

Corypha foliis palmatis. Burm. *ad Rumph.*

Licuala. Thunb. *act. holm. 1782. p. 284.*

A Cl. Hermann. Prof. arg.

Per. Drupa carnofa, parva, ovalis, calyce tripartito remotiufculo bafi munita. Cortex membranaceus, tenuiffimus, nigro-fufcus. Caro pauciffima, pulpofa, fugax. Putamen offeum, tenue, fragile, albicans, elliptico-globofum, fuperne in acutiffimum, breviffimumque mucronem definens; inferne pariter mucronatum & ex mucrone nervis offeis fubramofis parce ftriatum; intus glaberrimum, uniloculare.

Rec. nullum, nifi fit funiculus umbilicalis fetaceus, rigidus, e fundo putaminis ad feminis latus ventrale adfcendens, ibique definens.

Sem. unicum, ellipticum, cinerafcens, hinc modice convexum & verfus bafin obtufiffimo angulo, cui funiculus umbilicalis immergitur, carinatum; inde gibbum & in medio ampla papillula embryonitega infignitum.

Int. fimplex, cruftaceum, tenuiffimum, arctiffime adnatum.

Alb. femini conforme, cartilagineum, album, a parte ventrali late & profunde ruminatum.

Emb. monocotyledoneus, conicus, lacteus, in medio dorsi locatus. *Rad.* retusa, orbiculata, centrifuga.

*

a.) Drupa integra. b.) Putamen a parte superiore — & c.) idem penitus denudatum. d.) Ejusdem sectio transversalis. e.) Seminis latus ventrale. f.) Ejusdem pars dorsalis, cum papillula (g.) embryonitega. h.) Albumen transverse sectum. i. I.) Embryonis situs & figura.

EUTERPE. Conf. Vol. I. p. 24.

Euterpe pisifera *β.* Tab. 139. fig. 4.

Areca foliis integerrimis. Jacq. *hist. amer. 278. t. 170.* Linn. *syst. veg. 986.*

Chou palmiste. gall. A Cl. Hermann. Pr. arg.

Calyx hexaphyllus, foliolis coriaceis, nitidis: interioribus majoribus, apice plicato-tridentatis. Bacca (a) ovato-mucronata, glaberrima, gilva. Loculamenti membrana (b.) chartacea, striis longitudinalibus fuscis exarata, cetera vero extus atque intus pallide albicans. Semen (c. d.) elliptico-globosum, glaberrimum, ex albo & testaceo eleganter marmoratum, a basi (*α.* d.), ad apicem (c) sulco umbilicali elevato, pallido, inscriptum, & retro basin, papillula embryonitega depressa in infimo dorso notatum. Albumen (e.) cartilagineum, ex albo & ferrugineo prope peripheriam pulchre ruminatum. Embryo (f. F.) conicus, dimidio semine brevior, subbasilaris, nec horizontalis, ut in varietate *α.*

Figura c.) Semen in situ naturali, s. erectum, altera vero d.) idem inversum sistit; atque *α.*) principium sulci umbilicalis denotat.

Propius hæc, quam prior Euterpes *pisiferæ* varietas ad Arecam accedit; differt tamen manifeste: sulco umbilicali in altero latere seminis; atque embryone excentrico.

BACTRIS. Conf. Vol. I. p. 22.

Bactris minima. Tab. 139. fig. 5.

Bactris fructibus subrotundis. Jacq. *hist. amer. 279. t. 171. f. 1.*

Cocos guineensis aculeata tota, frondibus distantibus, radice repente. Linn. *syst. veg. 985?*

A Cl. Hermann. Pr. arg.

Drupa subrotunda, depressiuscula, succulenta, acidula. Cortex coriaceus. Putamen (a.) subglobosum, lapideum, crassissimum, undique scrobiculis atque tuberculis obsoletis exasperatum; & in medio ambitu tribus foraminibus, ad ostia sua radiatim striatis, pertusum; extus helvolum, intus & fractura ochraceo-fuscum. Foramina duo minora cœca (b), tertium pervium & ad loculamentum centrale ducens. Semen conoideum (b. c.), horizontaliter decum-

decumbens, tuberculatum, fuſcum, papillula embryonifera valde prominula, in baſi coni (d.) ſtipatum. Albumen (e) carnoſum, friabile, ampla cavitate in medio dotatum. Embryo (f. F.) ſubulatus, intra papillam locatus, horizontalis. Rad. retuſa, mediam fructus peripheriam reſpiciens.

Anne potius Palmæ *Grigri* fructus Jacq. t. 171. f. 3. ob ſtrias radiantes ad foramina?

DCCCIII. HELICONIA. Linn. *gen.* 1297.

Calyx ſuperus, corolliformis, bilabiatus: labio inferiore ſimplici, ſuperiore tripartito, laciniis lateralibus anguſtioribus. Cor. nulla, niſi calycem velis. Stam. ſex, quorum unum ſterile. Ovar. inferum. Styl. ſimplex. Capſ. coriacea, trilocularis. Sem. pauca, membranâ villoſâ aut glandulâ criſtatâ ad inſertionem ſtipata.

Heliconia alba. Tab. 139. fig. 3.

Heliconia foliorum nervis ſimpliciſſimis glaberrimis, baſi ovato-rotundata, nectario haſtato libero. Linn. *ſyſt. veg.* 245.

A Cl. Thunberg.

Per. Capſula infera, coriacea, ovato-oblonga, ſurſum latior, apice in mucronem longiuſculum priſmaticum elongata, triquetra, trilocularis, trivalvis. Diſſepimenta medio valvularum inſerta.

Rec. laminæ duæ membranaceæ, extus lanatæ aut villoſæ, angulo loculamentorum centrali longitudinaliter adnatæ, inferiorem partem ſeminum ab utroque latere amplectentes, eademque diſſepimentorum margini interno ſimplici ſerie longitudinali affigentes.

Sem. pauca, tria ad quinque in ſingulo loculo, ſuberecta ſ. adſcendentia, obovata, compreſſiuſcula, nigro-fuſca.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, craſſum; *interius* membranaceum.

Alb. . . . . . Emb. . . . . .

*

a) Capſula integra. b.) Eadem transverſe ſecta. c.) Valvula ſeparata, cum ſeminibus in ſitu naturali, ad baſin ſuam membrana villoſa ſtipatis. d.) Semen ſolutum.

Membranam villoſam aut lanatam ad baſin ſeminum, nihil aliud eſſe, quam ſeriem Arillorum incompletorum & inter ſe conferruminatorum, ſuadet fabrica H. *hirſutæ* & *pſittacorum*, quarum ſeminibus glandulam criſtatam & crenatam ad inſertionem tribuit Linn. *ſuppl. p.* 158. 159.

DCCCIV. GANITRUS. Rumph.

Calyx quinquepartitus. Cor. pentapetala, multifido-laciniata. Nect. glandulosum, orbiculatum. Stam. numerosa. Ovar. superum. Styl. simplex. Drupa carnosa, putamine scruposo, quinquesulcato, quinqueloculari, evalvi. Sem. solitaria.

Ganitrus sphaerica. Tab. 139. fig. 6.

Ganitrus. Rumph. *amb. 3. p. 160. t. 101.*

Elaeocarpus foliis lauri serratis, floribus spicatis. Burm. *Zeyl. 39. t. 40.*

Elaeocarpus foliis alternis oblongis serratis, racemis axillaribus. Linn. *syst. veg. 494.*

A Cl. Hermann. Prof. argentor.

Per. Drupa carnosa, sphaerica, supera. Caro pauca, viridis, arenulosa (*Rumph.*) Putamen lapideum, crassum, subglobosum, foveis profundis atque tuberculis irregularibus eleganter scruposum, sulcis quinque longitudinalibus, quasi totidem suturis, distinctum, ad axem penitus perforatum, quinqueloculare, in quinque valvas spurias s. non dehiscentes discretum.

Rec. substantia spongiosa, in canali axeos posita, per foramen proprium in basi anguli loculamentorum centralis ad semina pertingens, eademque fundo loculorum affigens.

Sem. solitaria, oblonga, sursum paulo attenuata, glabra, atra, juxta basin umbilico laterali fungoso stipata.

Int. duplex: *exterius* chartaceum, tenue; *interius* membranaceum, lutescens.

Alb. semini conforme, amygdalino-carnosum, album.

Emb. longitudine fere albuminis, erectus, lacteus. *Cotyl.* foliaceae, cordato-lanceolatae, tenuissimae. *Rad.* brevis, subobliqua, infera.

*

a.) Drupa integra (ex Rumphio mutuata). b.) Putamen integrum. c.) Idem transverse sectum. d.) Semina separata. e.) Albumen denudatum. f.) Idem verticaliter dissectum, cum situ & figura embryonis.

Haec equidem genuina est *Elaeocarpus* Burm. & Linn. quoniam vero id nominis fructui diversissimo jam supra Vol. I. p. 202. inditum sit, huic antiquum Ganitri nomen eo lubentius relinquimus, quod ipsi cum Oleae fructu nulla prorsus sit similitudo. *Perin-kara.* Hort. mal. 4. t. 24. non ad Ganitrum, sed ad Elaeocarpum nostram spectare videtur, ob drupas ovales & officula oblonga.

DCCCV. GELONIUM.

Calyx inferus, parvus, tri-l. quadridentatus, persistens, reflexus. Cor.... Caps. obcordata, bilocularis. Sem. solitaria, nitida, incomplete arillata.

Gelo-

Gelonium cupanioides. Tab. 139. fig. 8.

Arboris elegantis fructus ex ſylvis inſulæ Mauritii. Cl. Herm. *in litt.*

Per. Capſula ſupera, coriacea, obcordata, didyma, ad latera in marginem anguſtum attenuata, bilocularis, ſemibivalvis ſ. rima transverſali vix ad medium dehiſcens. Diſſepimentum valvis oppoſitum.

Rec. tuberculum parvum, prope baſin loculamentorum diſſepimento utrinque inſertum.

Sem. ſolitaria, ovato-globoſa, verſus baſin attenuata & in roſtellum conicum deſinentia, nigro-caſtanea, ſplendentia, ſemi-arillata.

Arillus incompletus, membranaceus, (in recenti ſemine forſan glanduloſus) ſeminis dimidiam partem inferiorem obtegens, ſupra oblique truncatus, ad oram lacerato-denticulatus, e cinereo-albicans.

Int. ſimplex, chartaceum, aridum, tenue, fragile.

Alb. nullum.

Emb. ſubgloboſus, ſordide albicans, in aqua autem brevi virideſcens. *Cotyl.* carnoſæ, craſſæ, ad commiſſuram repandæ ac ſinuoſæ. *Rad.* brevis, compreſſa, triangula, in infimo ſeminis dorſo poſita & quaſi centrifuga.

*

a.) Capſula integra. b.) Eadem transverſe ſecta. c.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum ſitu ſeminis. d.) Semen ſeparatum, arillo veſtitum. e.) Idem ab arillo denudatum. f.) Idem longitudinaliter apertum, cum ſitu & figura embryonis. g.) Embryo ſolutus & cotyledones leviter diductæ.

Anne Cupaniæ vera ſpecies, pericarpiis bilocularibus.

DCCCVI. NEPHELIUM. Linn. *gen.* 1277.

Flores ſexu diſtincti in eadem ſtirpe. MAS. Cal. quinquedentatus. Cor. nulla. Stam. quinque. FEM. Cal. quadrifidus. Cor. nulla. Ovar. duo, ſupera. Styl. duo ſingulis. Capſ. duæ, muricatæ, uniloculares, monoſpermæ.

Nephelium lappaceum. Tab. 140. fig. 1.

Nephelium. Linn. *mant.* 125. *ſyſt. veg.* 851.

A Cl. Thunberg.

Per. Capſulæ duæ, quarum vero altera ſæpius abortat, coriaceæ, craſſæ, ovatæ, turgide lenticulares, extus ſetis ſubulatis flexilibus muricatæ, intus ſcrobiculato-ſcabroſæ, uniloculares, margine interno dehiſcentes.

Rec. nullum; ſemen fundo capſulæ adnatum.

Sem. ſolitaria, grandia, ovata, leviſſime compreſſa, ſubbaccata.

Int.

INT. duplex: *exterius* membranaceum, tenue, in vetusto semine rugosulum, in recenti autem pulpa farctum; *interius* coriaceum, crassum.

ALB. nullum.

EMB. semini conformis, inversus, albus. *Cotyl.* carnosæ, crassæ, inæquales, seminis latitudini contrariæ: altera scil. majore, dorsum -- & altera minore, ventrem capsulæ respiciente. *Rad.* brevissima, subacuminata, immersa, supera.

*

a.) Fructus integer, ex duabus capsulis compositus. b.) Capsula solitaria, dehiscens, a parte ventrali spectata. c.) Semen integrum. d.) Idem transverse sectum, cotyledonum situm latitudini contrarium ostendens. e.) Embryo denudatus.

Solus embryonis situs inversus, si vel omnia reliqua essent paria, negat societatem Nephelii cum Ambrosia & Xanthio. Castaneis, ni fallor, ob gemellos ad singulas capsulas stylos, & defectum albuminis, propior.

DCCCVII. BUNIUM. LINN. *gen.* 335. Bulbocastanum. TOURN. *t.* 161.

Umbella composita. Invol. utrumque polyphyllum. Petala æqualia, alba. Fructus parvus, ovato-oblongus. Sem. quinquestriata, interstitiis subrugosis fuscis.

BUNIUM Bulbocastanum. Tab. 140. fig. 2.

Bulbocastanum. DOD. *pempt.* 433. BAUH. *hist.* 3. *p.* 30. HALL. *hist. n.* 783.

Bunium. LINN. *syst. veg.* 277.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 220.

PER. nullum. Fructus inferus, parvus, oblonge-ellipticus, stylis persistentibus terminatus, bipartibilis.

REC. setaceum, bifidum.

SEM. duo, oblonga, plano-convexa, striata. Striæ singulis quinæ, lutescentes, parum convexæ; interdum ipsæ, duabus striis capillaribus, ut in *Falcaria*, distinctæ. Interstitia subrugosa aut inæquabilia, fusca.

INT. duplex: utrumque membranaceum.

ALB. cartilagineum, album, subinodorum aut odoris debilissime fœniculacei.

EMB. minutus, subglobosus. *Cotyl.* brevissimæ. *Rad.* supera.

*

a. A.) Fructus integer. B.) Idem transverse dissectus. C.) Semina separata. D.) Seminis sectio transversalis. E. F.) Albuminis latus utrumque. G.) Embryonis in albumine situs. H.) Embryo solutus.

Striæ videntur simplices in seminibus exsiccatis, at in aqua emollitis, apparent compositæ.

DCCCVIII. CACHRYS. Tourn. *t.* 172. Linn. *gen.* 342.

Umbella composita. Invol. utrumque polyphyllum. Petala æqualia, alba. Fructus suberosus, grandiusculus. Embryonis cotyledones collaterales!

Cachrys odontalgica. Tab. 140. fig. 3.

Cachrys odontalgica. Pall. *it. ruth. 3. p. 720. t. G.*

Cachrys foliis radicalibus supra decompositis tomentoso-canis, caule nudo umbellifero, seminibus cortice suberoso lævissimo. Linn. *syst. veg. 280.*

A Cl. Schrebero.

Per. nullum, nisi seminis integumentum externum crassissimum velis. Fructus grandiusculus, ovato-cylindricus, albus, glaber, bipartibilis.

Rec. setaceum, bifidum.

Sem. duo, ovato-oblonga, plano-convexa, glaberrima, albicantia.

Int. duplex: *exterius* crassissimum, fungosum, consistentiâ medulæ sambuci, fragile, candidum; *interius* membranaceum, spadiceum, tenue.

Alb. cartilagineum, semipellucidum, oblongum, inodorum, convexo-concavum: marginibus in ventrem convolutis.

Emb. grandiusculus, inversus, lacteus. *Cotyl.* foliaceæ, ellipticæ, deorsum divaricatæ, collaterales, fere ut in Menispermo, nisi quod ambæ in uno sint albuminis loculo. *Rad.* lineari-acuminata, compressa, supera.

*

a.) Fructus integer. b.) Semen e receptac. setaceo pendulum. c.) Sectio fructus transversalis. d.) Seminis nucleus denudatus. e. f.) Albuminis propria sua membrana vestiti facies utraque. g.) Ejusdem sectio transversalis. h. i.) Embryonis in albumine situs & figura. l.) Embryo solutus & auctus.

Cotyledonum positio insolentissima, si & in reliquis speciebus locum habuerit, optimam generis præbebit notam characteristicam.

DCCCIX. ÆGOPODIUM. Linn. *gen.* 368.

Umbella composita. Invol. nullum. Petala inæqualia, alba. Fructus mediocris, ovatus, striatus. Folia caulina ternata.

Ægopodium Podagragria. Tab. 140. fig. 4.

Podagraria. Riv. *pent. t. 47.* Hall. *hist. n. 759.*

Ægopodium foliis caulinis summis ternatis. Linn. *syst. veg. 292.*

Icon. Oed. *flor. dan. t. 670.*

Per. nullum. Fructus mediocris magnitudinis, ovatus, transversim latior quam crassus, striatus, bipartibilis.

Rec.

Rec. ſetaceum, bifidum.

Sem. duo, oblonga, quinqueſtriata. Striæ filiformes, pallidæ. Interſtitia viridi-fuſca, glabra.

Int. duplex: utrumque membranaceum.

Alb. ſubcartilagineum, teretiuſculum, inodorum, album.

Emb. minutus, ſubgloboſus. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* ſupera.

*

a. A.) Fructus integer. B.) Idem transverſe ſectus. C.) Semina ſeparata. D. E.) Albuminis latus utrumque. F.) Embryonis in albumine ſitus. G.) Embryo ſeparatus & auctus.

DCCCX. CIMICIFUGA. Linn. *gen.* 1282.

Calyx tetraphyllus. Cor. tetrapetala, petalis urceolatis. Stam. plura. Ovar. quatuor aut plura, in ſtylum ſimplicem deſinentia. Capſ. quatuor aut duplo plures, oblongæ. Sem. plura, ſquamis linearibus echinata. Planta ſæpe diphyta.

Cimicifuga fœtida. Tab. 140. fig. 5.

Actæa racemis paniculatis, fructibus quadricapſularibus. Linn. *ſp. pl.* 722.

Cimicifuga. Gmel. *ſibir.* 4. *p.* 181. *t.* 70. Linn. *amoen. acad.* 7. *t.* 6. *f.* 2. *ſyſt. veg.* 505.

Per. Capſulæ quatuor, nunc pauciores, nunc duplo plures, oblongæ, reticulato venoſæ, ſtylo breviſſimo recurvo roſtratæ, uniloculares, ſutura interiore dehiſcentes.

Rec. nullum; ſemina ſuturæ dehiſcenti ſecundum totam ſuam longitudinem affixa.

Sem. plura, oblonga, undique ſquamulis membranaceis, lineari-oblongis, flexilibus, pallidis, obtecta.

Int. ſimplex, membranaceum, tenuiſſimum.

Alb. oblongum, teretiuſculum, carnoſum, ſuboleoſum, molle, aqueo-pallidum.

Emb. minutiſſimus, globuloſus, in extremitate albuminis umbilicali locatus. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* relative centripeta.

*

a.) Fructus quadricapſularis, integer. b.) Capſula ſeparata, dehiſcens. c. C.) Semina ſoluta. D.) Seminis inſigniter aucti dorſum a paleis repurgatum. E.) Albumen longitudinaliter diſſectum, cum ſitu & figura embryonis. F.) Embryo ſolutus.

Quid Linnæus ſyſt. veg. l. c. per dehiſcentiam *ſuturæ lateralis* intelligat, me penitus fugit: conſtanter autem capſulas has, ſutura ſua ventrali, ſicut omnes congeneres, dehiſcere, id quidem ſatis certò ſcio.

DCCCXI. GYRINOPS.

Calyx inferus, monophyllus, cylindricus, brevis, edentulus. Cor. . . Stam. . . Capſ. compreſſa, pedicellata, bilocularis. Semina ſolitaria, deorſum ſubulato-caudata.

GYRINOPS Walla. Tab. 140. fig. 6.

Walla. Zeylonenſ. E collect. ſem. hort. lugdb.

PER. Capſula coriacea, obovata, compreſſa, ad ſeminum ſedem gibboſa, linea depreſſa longitudinali in medio utrinque inſcripta, ad ambitum margine anguſtiſſimo tumidulo circumdata, ſuperne in brevem mucronem acuminatum producta, inferne autem in longum & gracilem pedunculum attenuata, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum anguſtum, valvis contrarium.

REC. nullum, præter cicatriculam minimam utrinque in ſuperiore diſſepimenti parte, e qua ſemen pendet.

SEM. ſolitaria, grandiuſcula, ovato acuminata, hinc valde convexa, inde plana, e ſpadiceo ferruginea, caudata. Cauda fungoſo-ſuberoſa, alba, ſemine ſesqui longior, triquetro ſubulata, e baſi ſeminis lanceolato & ſurrecto principio oriunda, mox autem gracileſcens, atque rectà verſus capſulæ fundum deſcendens.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, duriuſculum; *interius* membranaceum.

ALB. . . . . EMB. . . . .

*

a.) Capſula integra. b.) Valvula altera, a parte ſua interna ſpectata, cum inſertione ſeminis. c. d.) Seminis ſoluti latus dorſale atque ventrale. e.) Teſta ſeminis transverſim ſecta, cum cauda a latere ſpectata, ejusdem principium lanceolatum oſtendens. f.) Eadem cum rudimento nuclei.

DCCCXII. SCHINUS. LINN. *gen.* 1130.

Flores ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus. MAS. Cal. quinquepartitus. Cor. pentapetala. Stam. decem. FEM. Cal. & Cor. ut in mare. Ovar. ſuperum. Stigmata tria, ſeſſilia. Bacca mono-l. tripyrena: oſſiculorum loculamentis ſpuriis oleo aromatico ſcatentibus.

SCHINUS Molle. Tab. 140. fig. 7.

Molle. CLUS. *cur. poſt. p. m. 94. c. ic.* (foliis edentulis.)

Lentiſcus peruana ſ. molle arbor. JONST. *dendr. t. 84. fig. prior.*

Lentiſcus africana. SEB. *theſaur. 2. p. 7. t. 5. f. 5.*

Schinus foliis pinnatis: foliolis ſerratis impari longiſſimo, petiolis æqualibus. LINN. *ſyſt. veg. 891.*

Icon. KOELREUT. *Diff. de Coleopt.*

A Cl. HERMANN. Pr. arg.

PER. Bacca ſphærica, magnitudine piſi, ſucculenta, unilocularis, monopyrena (ſecundum alios tripyrena). Cuticula chartacea, glaberrima, ſplendens, albicans. Pulpa fugax. Oſſiculum cartilagineum, durum, ſectile tamen ubi emollitum, ovato-turbinatum, obſoletiſſime angulatum, ſubrugoſum, pluriloculare: loculamento *centrali* majore, ſeminifero; *parietalibus* ſenis aut paucioribus, ſpuriis, anguſtis, oleo fragrante aromatico ſcatentibus.

REC. nullum; oſſiculum fundo capſulæ affixum.

SEM. unicum in ſingulo oſſiculo, ejusdemque cavitati centrali conforme, ſeu obovatum, irregulariter & profunde angulatum, deorſum acuminatum, pallidum.

INT. ſimplex, membranaceum.

ALB. . . . . . EMB. . . . . .

*

a.) Bacca integra. b.) Eadem diſſecta, cum ſitu oſſiculi ſolitarii. c. C.) Oſſiculum ſeparatum. D.) Idem transverſe diſſectum, cum loculamentorum ſitu & numero. E.) Seminis adumbratio idealis, a forma pelliculæ internæ deſumta.

Numerus ſeminum aut pyrenarum varie a variis definitur. Ita Cl. ADANSON unicum duntaxat, nobiscum, vidit oſſiculum. FEUVILLEUS autem, in centro baccæ læte rubicundæ atque ſubſtantia gummoſa farctæ, duo recenſet ſemina, piperis ſapore, in *Præfat.* ad operis ſui *Vol. 3. p. 12.* Reliqui vero auctores omnes, Schino tria adſcribunt ſemina. Repetendæ igitur obſervationes in fructibus rite fœcundatis, & addenda ſeminis fabrica interna.

DCCCXIII. ERIOLITHIS.

FLOS . . . . Nux lapidea, denſiſſime villoſa, bilocularis, evalvis. Sem. ſolitaria, bilocularia!

ERIOLITHIS mirabilis. Tab. 140. fig. 8.

Amygdali facie fructus hirſutus exoticus. BAUH. *hiſt. 1. l. 2. p. 184?*

A Dn. LANG. Pharmac. Stutgard.

PER. Nux lapidea, duriſſima, ovalis, lenticulari-compreſſa, extus capillis brevibus, rectis, denſiſſime in holoſericum molle & gilvum conſtipatis, obtecta, intus lamina oſſea glabra & ſpadicea veſtita, bilocularis, vix niſi cuneo in duas valvas partibilis. Diſſepimentum oſſeum, tenue, rugis obliquis inſcriptum, valvis contrarium.

REC. nullum; ſemina rugoſæ diſſepimenti ſuperficiei ſecundum totam ſuam longitudinem adhærentia.

SEM.

SEM. ſolitaria, grandia, oblonga, utrinque acuminata, compreſſe triquetra, hinc convexa & in dorſi acutam carinam declivia, inde planiuſcula & ad normam inæqualitatum diſſepimenti rugata, cetera e caſtaneo fuſca, bilocularia.

INT. duplex: *exterius* chartaceum, aridum, ſubfragile, ope laminæ membranaceæ verticalis & a dorſo ad ventrem ductæ, in duo loculamenta undique clauſa & ſubæqualia diviſum; *interius* membranaceum.

ALB. . . . . . EMB. . . . . .

*

a.) Nux integra. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Valvula altera ſeparata, cum ſitu ſeminis. d. e.) Semina ſoluta. f. g.) Teſta ſeminis transverſim diſſecta, cum ſuo diſſepimento proprio.

Accepi ſingulariſſimum hunc fructum ſub nomine *Ademonie-Totakke*, ſ. *Almandras de Peru*. At *Totakke* LAËTII. *Ind. occid. l. 17. c. 4.* diverſiſſimus & veriſimiliter Mammeæ fructus eſt. *Almandras* autem *de Peru*, teſte WORMIO *mus. p. 181.* ſunt fructus triangulares, qui unicum duntaxat continent nucleum. Ignotum itaque & incompletum fructum ſilere nolui, ut alii, data occaſione, curatius in ſeminis fabricam inquirant & hactenus deficientia ſuppleant.

* * *

S I L I Q U O S Æ.

His omnibus deficit albumen, & omnibus embryo eſt curvatus. Fructus autem, ut ut plerisque ſiliquoſus ſ. receptaculo intervalvulari & bilaterali dotatus, tamen & capſularis eſt, & rarius drupaceus. Flores tetrapetali cruciati. Stamina tetradynama. Stylus conſtantiſſime unicus, etiam tunc, quando pericarpium ipſum compoſitum. Diſpeſcuntur a longitudine pericarpii in *Siliculoſas* & *Siliquoſas*, commoda magis & uſitata, quam ſatis certa ratione.

DCCCXIV. BISCUTELLA. LINN. *gen.* 808.

Thlaſpidium. TOURN. *t.* 101.

Silicula biloba, compreſſo-plana: lobis ſuborbiculatis, monoſpermis, evalvibus, ab axi ſecedentibus.

BISCUTELLA auriculata. Tab. 141. fig. 1.

Leucojum montanum, flore pedato. COLUM. *ecphr. 2. p. 59. t. 61.*
Biſcutella calycibus nectario utrinque gibbis, ſiliculis in ſtylum coëuntibus. LINN. *ſyſt. veg. 592.*

PER.

PER. Silicula transverse ovata, compressa, plana, punctis elevatis scabrata, biloba: lobis rotundatis, inferne discretis, superne in stylum, sibi multo longiorem confluentibus, unilocularibus, clausis, non dehiscentibus, sed ab axi secedentibus. Dissepimentum proprie nullum, sed stylus compressus, siliculis geminatis interjectus.

REC. axis fructus compressus, e quo utrinque funiculus umbilicalis filiformis ad semina procedit.

SEM. solitaria, lenticulari-compressa, ovata; rostello inflexo notata, glabra, ferruginea.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatae, plano-convexae, tenues. *Rad.* teretiuscula, secundum superiorem & interiorem cotyledonum marginem inflexa, relative centripeta.

*

a.) Silicula integra. b.) Ejusdem lobuli ab axi secedentes. c.) Eadem verticaliter aperta. d.) Dissepimentum lobis interpositum. e. e.) Seminum insertio & figura. f.) Embryo denudatus. g.) Cotyledones diductae.

BISCUTELLA apula. ibid.

Thlaspi clypeatum. CLUS. *hist.* 2. *p.* 133.

Iondraba alyssoides apula spicata. COLUM. *ecphr.* 1. *p.* 283. *t.* 284. *f.* 1.

Biscutella silicula laevi, foliis asperis dentatis. HALL. *hist. n.* 501.

Biscutella siliculis scabris, foliis lanceolatis sessilibus serratis. LINN. *syst. veg.* 592.

Silicula (a.) praecedenti dimidio minor, nunc tota glabra, nunc punctis elevatis scabrata. Lobi suborbiculati (b.), cum stylo superne non confluentes, ab axi secedentes, evalves. Semina (c.) & reliqua, ut in praecedenti, saltem minora omnia.

Cum siliculae lobi in Biscutella undique clausi & foramine tantum in margine suo interiori, pro transmittendo funiculo umbilicali, sint pertusi: fructus *bisiliquosus*, s. ex duabus siliculis partialibus conflatus, dici potest.

DCCCXV. IBERIS. LINN. *gen.* 804.

Corolla irregularis, petalis duobus exterioribus majoribus. Silicula subrotunda, apice emarginata, bilocularis, bivalvis: dissepimento valvis contrario.

IBERIS umbellata. T. 141. f. 2

Draba s. Arabis s. Thlaspi candiae. DOD. *pempt.* 713.

Thlaspi cappadocicum flore albo & incarnato. BESL. *Eyst. aestiv. VII. t.* 11. *f.* 2. 3.

Thlaspi-

Thlaſpidium creticum. Riv. *tetrap. t. 111.* bene.

Iberis herbacea, foliis lanceolatis acuminatis: inferioribus ſerratis; ſuperioribus integerrimis. Linn. *ſyſt. veg.* 589.

Per. Silicula ovato-rotundata, ad apicem triangulari-emarginata ut quaſi biaurita, compreſſiuſcula, hinc convexa, inde plana aut leviter concava, bilocularis, bivalvis. Valvulæ naviculares: carinâ latâ foliaceo-compreſſa & quaſi in alam extenuatâ. Diſſepimentum anguſtum, valvis contrarium, ſecundum longitudinem ſuam in duas laminas membranaceas partibile.

Rec. intervalvulare, filiforme, longitudinaliter, unacum diſſepimento, bipartibile, ex apice ſuo utrinque funiculum umbilicalem promens.

Sem. ſolitaria, ovata, compreſſiuſcula, juxta umbilicum roſtellata, e ferrugineo rufeſcentia.

Int. ſimplex, membranaceum, craſſum, intus ſubcarnoſum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ellipticæ, plano-convexæ. *Rad.* teretiuſcula, rimæ cotyledonum externæ ſ. carinam valvularum reſpicienti accumbens; ſurſum inflexa, ſupera.

*

a.) Fructus in corymbo hemiſphærico. b.) Silicula ſeparata, integra. C.) Eadem transverſim ſecta. D.) Receptac. valvis interpoſitum, cum ſeminibus in ſitu naturali. E. E.) Valvulæ ſeparatæ. f.) Semina ſoluta. G.) Embryo denudatus. H.) Cotyledones diductæ.

Iberis *amara* Linn.

Thlaſpidium folio iberidis. Riv. *tetrap. t. 112.*

Fructus in racemis elongatis. Siliculæ rotundiores & paulo minores quam in præcedenti, cetera vero eis ſimiles. Semina magis elliptica, lenticulari-compreſſa, pallidiora ſ. luteſcentia, anguſtiſſimoque margine membranaceo ſaturate colorato circumdata. Embryonis radicula pariter extera, ſ. a centro fructus remota & dorſo valvularum vicina.

Si diſſepimentum in omnibus Iberidis ſpeciebus bipartibile, in generis characterem debet recipi, & fructus, pariter atque Biſcutellæ, ad biſiliquoſos poterit referri.

DCCCXVI. THLASPI. Tourn. *t.* 101. Linn. *gen.* 802. Burſa Paſtoris. Tourn. *t.* 103.

Silicula emarginata, obcordata aut ſubrotunda, bilocularis, bivalvis, polyſperma: valvis carina aut apice membranaceo-marginatis.

Thlaspi arvenſe. Tab. 141. fig. 3.

Thlaſpi latius. Dod. *pempt.* 712. Blakw. *herb. t.* 68.

Thlaſpi

Thlaſpi ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. LINN. *ſyſt. veg. 587.*
Icon. OED. *flor. dan.: t. 793.*

PER. Silicula ovato - rotundata, ſupra profunde emarginata, lenticulari - compreſſa, bilocularis, bivalvis. Valvulæ naviculares: carina in latum marginem deſinente. Diſſepimentum anguſtum, valvis contrarium, ſimplex.

REC. intervalvulare, filiforme, utrinque plures funiculos umbilicales breves emittens.

SEM. plura, quinque ad ſeptem in ſingulo loculo, ovata, verſus umbilicum anguſtata & roſtellata, ſulcis cum margine parallelis minutiſſimeque crenulatis exarata, ſubſplendentia, nigro - caſtanea.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, durum, fragile; *interius* membranaceum, pallidum, impreſſionibus ſulcorum integumenti externi pulchre vermiculatum.

EMB. curvatus, luteus, allium redolens. *Cotyl.* ellipticæ, plano - convexæ. *Rad.* teretiuſcula, rimæ cotyledonum accumbens, centrifuga.

*

a.) Silicula integra. b.) Eadem dehiſcens, cum diſſepimento atque ſeminum inſertione in ſitu naturali. c. C.) Semina ſoluta. D.) Embryo denudatus.

Rarum & forſan unicum *ſeminis ſtriati* exemplum in hac familia.

THLASPI Burſa paſtoris. ibid.

Burſa paſtoris. CAM. *epit. 340.* BLAKW. *herb. t. 5.* OED. *flor. dan. t. 729.*
Naſturtium ſiliquis triangularibus. HALL. *hiſt. n. 514.*
Thlaſpi ſiliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. LINN. *ſyſt. veg. l. c.*

Silicula (a. A.) obcordato-triangula, compreſſiuſcula: valvulis carinatis (B. C.), ſuperne tantum in marginem attenuatis. Diſſepimentum valvis contrarium (C.), membranaceum, ſæpe foramine in medio pervium. Semina in ſingulo loculo (D.) circiter duodena, ovata, roſtellata (e. E.), glabra, crocea. Embryo (F.) curvatus, luteus. Cotyledones (G.) oblongæ, plano-convexæ.

DCCCXVII. LEPIDIUM. LINN. *gen.* 801.

Silicula thlaſpeos, ſed minus profunde emarginata. Semina ſolitaria. Embryonis ambæ cotyledones ad baſin uſque tripartitæ: lobulo medio majori.

LEPIDIUM ſativum. Tab. 141. fig. 5.

Naſturtium hortenſe. DOD. *pempt. 771.* BLAKW. *herb. t. 23.*
Lepidium floribus tetradynamis, foliis oblongis multifidis. LINN. *ſyſt. veg. 586.*

PER. Silicula ovata, utrinque modice emarginata, compreſſa, bilocularis, bivalvis.

vis. Valvulæ naviculares: carina in marginem membranaceum desinente. Dissepimentum lanceolatum, valvis contrarium.

REC. intervalvulare, filiforme, ex apice utrinque funiculum umbilicalem brevem emittens.

SEM. solitaria, ovata, compressiuscula, lineola depressa media utrinque notata, glabra, ferruginea aut fulva, mucilaginosa.

INT. simplex, membranaceum: superficie exteriori in mucilaginem pellucidissimam ab aqua convertibili.

EMB. curvatus, lutescens. *Cotyl.* tripartitæ: lobulo medio majore oblongo, subfoliaceo; lateralibus dimidio brevioribus, linearibus. *Rad.* fusiformis, sursum inflexa, dorso non rimæ cotyledonum accumbens; extera s. valvularum carinæ propior.

*

a.) Silicula integra. b.) Ejusdem sectio transversalis. C.) Eadem dehiscens, cum insertione seminum. d. D.) Semina separata. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones diductæ.

Lepidii species, quæ simplicibus gaudent cotyledonibus & simul polyspermæ sunt, ad Thlaspi possunt referri: quæ vero in singulo loculo unum tantum continent semen, Nasturtii intrabunt genus.

DCCCXVIII. ALYSSUM. TOURN. *t.* 104. LINN. *gen.* 805.

Silicula rotundata aut ovata, vix vel parum emarginata, turgidula, bilocularis, bivalvis. Septum valvis parallelum. Sem. uno plura. Filamenta duo, in quibusdam, denticulo introrsum notata.

ALYSSUM calycinum. Tab. 141. fig. 4.

Alysson. CAM. *epit.* 558. *f.* 1. — *minimum.* CLUS. *hist.* 2. *p.* 133.

Alyssum caulibus herbaceis, staminibus omnibus dentatis, calycibus persistentibus. LINN. *syst. veg.* 590.

Icon. JACQ. *austr. t.* 338.

PER. Silicula orbiculata, levissime emarginata, in medio lenticulari-convexa, ad latera autem in marginem planum compressa, bilocularis, bivalvis. Valvulæ patelliformes. Dissepimentum tenuissimum, valvis parallelum.

REC. intervalvulare, filiforme, e superiori & laterali parte duos funiculos umbilicales utrinque promens.

SEM. in singulo loculo gemina, uno tamen sæpius abortiente, ovata, hinc convexa, inde plana, rufescentia, angustissimo margine albicante circumdata, mucilaginosa.

INT. simplex, membranaceum, superficie exteriore ab aqua in mucilaginem pellucidissimam, crassissimam, resolubili.

EMB.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexiuſculæ. *Rad.* teretiuſcula, ſurſum inflexa, rimæ cotyledonum accumbens, centrifuga.

*

a.) Silicula integra. B.) Eadem dehiſcens. c. C.) Diſſepimentum cum ſeminibus in ſitu naturali. d. D.) Semina ſoluta. E.) Embryo denudatus.

Alyſſum *ſinuatum.* LINN.

Eruca peregrina. CLUS. *hiſt. 2. p. 134.*

Silicula magnitudine piſi, ſubgloboſa, inflata, glabra, albicans. Semina rotunda, compreſſa, ut fere foliacea aut bracteata, ſordide rufeſcentia aut ferruginea, margine membranaceo albicante cincta, mucilaginoſa.

DCCCXIX. CLYPEOLA. LINN. *gen.* 807. Jonthlaſpi. TOURN. *t.* 99.

Silicula orbiculata, plano-compreſſa, vix vel leviſſime emarginata, unilocularis, monoſperma.

CLYPEOLA Jonthlaſpi. Tab. 141. fig. 6.

Jonthlaſpi minimum ſpicatum lunatum. COLUM. *ecphr. 1. p. 281. t. 284.*

• *Clypeola ſiliculis unilocularibus monoſpermis.* LINN. *ſyſt. veg. 591.*

PER. Silicula ſuborbiculata, apice leviſſime emarginata, foliaceo-compreſſa, pubeſcens, margine pallidiore aut albicante atque tenuiſſime ciliato circumdata, unilocularis, non ſponte dehiſcens, facile tamen in duas valvulas membranaceas atque tenuiſſimas diviſibilis.

REC. nullum, præter funiculum umbilicalem capillarem, e margine alterius valvulæ oriundum & ad centrum loculamenti porrectum.

SEM. unicum, ellipticum, compreſſum, glabrum, fulvum.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, ſurſum anguſtiores, ſubfoliaceæ. *Rad.* teretiuſcula, ſurſum inflexa, rimæ cotyledonum accumbens, ſupera.

*

a. A.) Silicula integra. B.) Valvula altera cum ſitu & inſertione ſeminis. c. C.) Semen ſeparatum. D.) Embryo denudatus.

Reliquæ Clypeolæ ſpecies Linnæanæ utique ad Alyſſum pertinent.

DCCCXX. PELTARIA. LINN. *gen.* 806.

Silicula obovata, foliaceo-compreſſa, unilocularis, evalvis. Semen unum ad tria, reniformia.

Peltaria alliacea. Tab. 141. fig. 7.

Thlaspi montanum. Clus. *hist.* 2. *p.* 130.

Clypeola perennis, foliis inferioribus petiolatis cordato-angulatis: superioribus amplexicaulibus lanceolatis, siliculis unilocularibus. Arduin. *spec. t.* 16.

Peltaria foliis amplexicaulibus oblongis indivisis. Linn. *syst. veg.* 591.

Icon. Jacq. *austr. t.* 123.

Per. Silicula obovata l. orbiculato-pedunculata, non emarginata, foliaceo-compressa, coriacea, rigidula, reticulato-venosa, glabra, unilocularis, evalvis, nec cultro in regulares valvulas fissilis.

Rec. nullum aut obsoletum. Funiculi umbilicales capillares, ex utroque siliculæ margine procedentes & versus centrum vergentes, semina sustinent.

Sem. unum ad tria, raro plura, ovato-reniformia, compressiuscula, ferruginea.

Int. simplex, membranaceum.

Emb. curvatus, lutescens. *Cotyl.* ovato-lanceolatæ, foliaceæ. *Rad.* filiformis, cotyledonibus dimidio longior & circa earundem marginem circumflexa, centrifuga.

*

a.) Silicula integra. b.) Ejus cavitas centralis aperta, cum insertione seminum. c.) Ejusdem sectio transversalis. d. D.) Semina separata. E.) Embryo denudatus, cum flexura radiculæ in ambitu cotyledonum. F.) Radicula & cotyledones leviter diductæ.

Non multum quidem Peltaria, præter habitum suum externum valde diversum, a Clypeola distat: attamen & in silicula & in seminibus ejus sunt notæ sufficientes, quæ separationem horum duorum generum suadent.

DCCCXXI. DRABA. Linn. *gen.* 800.

Silicula elliptico-oblonga, compressiuscula, non emarginata, bilocularis, polysperma. Dissepimentum valvis parallelum.

Draba verna. Tab. 141. fig. 8.

Pilosella minor. Thal. *harc. t.* 7. *f.* E.

Alysson vulgare polygoni folio, caule nudo. Segui. *veron.* 1. *p.* 575 *t.* 4. *f.* 3.

Draba cauliculis nudis, foliis subhirsutis subdentatis. Hall. *hist. n.* 496.

Draba scapis nudis, foliis subserratis. Linn. *syst. veg.* 585.

Per. Silicula parva, ovato-oblonga, plus quam lenticulari compressa, non emarginata, stigmate subsessili terminata, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum tenuissimum, valvis parallelum.

Rec. intervalvulare, filiforme, plurimis funiculis umbilicalibus introrsum versis utrinque stipatum.

Sem.

SEM. plurima, ad viginti quatuor in ſingulo loculo, ovata, compreſſiuſcula, ruffa aut ferruginea.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, ſubfoliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuſcula, ſurſum inflexa, rimæ cotyledonum accumbens, centrifuga.

*

a. A.) Silicula integra. B.) Eadem dehiſcens. C.) Diſſepimentum cum inſertione ſeminum. d. D.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones diductæ.

DCCCXXII. RAPISTRUM. TOURN. *t.* 99.

Silicula ſubgloboſa, nucamentacea, non emarginata, bilocularis, non ſponte dehiſcens. Diſſep. membranaceum, valvis parallelum. Sem. ſolitaria.

RAPISTRUM paniculatum. Tab. 141. fig. 9.

Myagro ſimilis, ſiliqua rotunda. BAUH. *prodr.* 52. *c. ic.* OED. *flor. dan. t.* 204.

Myagrum monoſpermum hirſutum, ſiliquis rotundis. LOES. *pruſſ.* 174. *t.* 56.

Rapiſtrum foliis amplexicaulibus auriculatis acutis. HALL. *hiſt. n.* 522.

Myagrum ſiliculis lentiformibus orbiculatis punctato-rugoſis. LINN. *ſyſt. veg.* 584.

PER. Silicula parva, rotundato-acuminata, turgide lenticularis, ad margines in aciem extenuata, nucamentacea, corticata. Cortex tenuis, coriaceus, ſcrobiculato-rugoſus. Putamen cruſtaceum, durum, biloculare, non ſponte dehiſcens, facile tamen ſecundum marginem in duas valvulas partibile. Diſſepimentum membranaceum, tenuiſſimum, valvis parallelum, per maturitatem ſæpe deficiens.

REC. nullum aut obſoletum. Funiculi umbilicales capillares e margine diſſepimenti.

SEM. unicum in ſingulo loculo, altero tamen conſtanter abortiente, remanente unico, ſubgloboſo, ſubroſtellato, glabro, rufeſcente.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, carnoſæ, craſſæ, plano-convexæ. *Rad.* ſubulata, inflexa, non rimæ, ſed convexæ cotyledonum parti accumbens, centrifuga.

*

a. A.) Silicula integra. B.) Ejus ſectio transverſalis. C.) Diſſepimentum cum inſertione ſeminum. d. E.) Embryo denudatus. f.) Cotyledones diductæ.

DCCCXXIII. VELLA. LINN. *gen.* 797.

Silicula globoſa, bilocularis, bivalvis: diſſepimento extra valvulas in laminam coriaceam cochleariformem producto.

VELLA

Vella annua. Tab. 141. fig. 10.

Nasturtium sylvestre valentinum. Clus. *hist. 2. p. 130.* Trew. *ic. t. 8.*
Vella foliis pinnatifidis, siliculis pendulis. Linn. *syst. veg. 584.*

Per. Silicula subglobosa, dura, setis mollibus hispida, bilocularis, bivalvis. Valvulæ crustaceæ, extus tribus striis elevatis, e quibus setæ nascuntur, notatæ, intus lævigatæ, nitidæ. Dissepimentum valvis parallelum, intra siliculam tenuissimum, diaphanum; extra illam in laminam ovatam opacam coriaceam cochleariformem & leviter simam productum.

Rec. intervalvulare, filiforme, funiculis umbilicalibus utrinque stipatum.

Sem. pauca, tria l. quatuor in singulo loculo, subglobosa, angulata, nigro-ferruginea, mucilaginosa.

Int. simplex, membranaceum, superficie externa in mucilaginem pellucidissimam crassam ab aqua resolubili.

Emb. curvatus, e viridi lutescens. *Cotyl.* cordatæ, convolutæ: exteriore convexo-concava obtegente interiorem conduplicatam. *Rad.* teretiuscula, inflexa, conduplicaturæ sulco accumbens, centrifuga.

*

a.) Silicula integra. b.) Eadem aperta. c.) Ejusdem sectio transversalis. d. D.) Semina soluta. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones explicatæ.

DCCCXXIV. ANASTATICA. Linn. *gen.* 798.

Silicula subglobosa, bivalvis: valvula singula superne processu transversali unguiformi aurita.

Anastatica hierochuntica. Tab. 141. fig. 11.

Rosa hierochuntica. Cam. *hort. t. 41.* Besl. *Eyst. aut. IV. t. 1. f. 2. 3.*
Thlaspi rosa de hiericho dictum. Moris *hist. 2. S. 5. t. 25. f. 2. 3.*
Anastatica foliis obtusis, spicis axillaribus brevissimis, siliculis ungulatis spinosis. Linn. *syst. veg. 584.*

Per. Silicula turbinato-globosa, stylo persistente rigido, obliquo aut uncinulato terminata, bilocularis, bivalvis. Valvulæ extus processu unguiformi prope superiorem suam extremitatem auritæ; intus vero lævigatissimæ, atque ope diaphragmatis incompleti in duas concamerationes l. cavitates divisæ: quarum superior sola seminifera; inferior autem sterilis & inanis. Dissepimentum valvis parallelum.

Rec. intervalvulare, latiusculum, rigidum, stapediforme, semina vertici suo affixa gerens.

Sem. duo in singuli loculamenti cavitate superiori, elliptica, subrostellata, rufescentia aut ferruginea.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ellipticæ, foliaceæ, planæ. *Rad.* teretiuſcula, rimæ cotyledonum accumbens, ſupera.

*

a.) Silicula integra. B.) Eadem aperta, cum Valvulis a parte ſua interna ſpectatis, atque Receptaculo ſtapediformi ſupra feminigero. c. C.) Semina ſeparata. D.) Embryo denudatus.

Anaſtaticam *ſyriacam* vide infra ſub *Buniade.*

DCCCXXV. CAKILE. TOURN. *t.* 483.

Silicula rhombeo - tetragona, biarticulata, ad articulos ſecedens: articulo utroque monoſpermo; inferiore tamen ſæpe ſterili.

CAKILE Serapionis. Tab. 141. fig. 12.

Cakile ſerapionis. LOB. *ic. 223.*

Cakile ſ. Eruca marina. BAUH. *hiſt. 2. p. 868.*

Bunias ſiliculis ovatis lævibus ancipitibus. LINN. *ſyſt. veg. 603.*

PER. Silicula oblonga, acuminata, inique tetragona ut quandoque anceps, ſuberoſa, biarticulata, ad articulos ſecedens. Articulus *ſuperior* major, ad baſin profunde emarginatus, ſpongioſo - ſuberoſus, conſtanter fertilis, unilocularis, evalvis, ut tamen ſecundum angulos extantiores facile in duas valvulas findi poſſit. Art. *inferior* minor, ſubturbinatus, nunc perfecte ſolidus; nunc unico loculo inani dotatus; regulariter autem monoſpermos.

REC. nullum aut obſoletum. Semen articuli ſuperioris, abſque notabili funiculo umbilicali, inferiori parti loculamenti lateraliter affixum.

SEM. in articulo *ſuperiori* unicum, oblongum, ſubfalcatum, utrinque linea longitudinali inſcriptum, ferrugineum: in art. *inferiori* nullum, aut perinde unicum.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. *ſeminis ſuperioris* oblongus, curvatus, luteſcens. *Cotyl.* oblongæ, ſubfalcatæ, plano - convexiuſculæ. *Rad.* fuſiformis, deorſum inflexa, rimæ cotyledonum accumbens, infera. *Sem. inferioris* curvatus. . . . . . .

*

a.) Silicula integra. b.) Articulus ſuperior tranſverſim ſectus. c.) Idem longitudinaliter apertus, cum ſitu & inſertione ſeminis. d.) Semen ſeparatum. e.) Embryo denudatus. f.) Articulus inferior integer. g.) Idem apertus, cum loculamento unico, ſterili.

Semina inferiora mihi hactenus videre non contigit: addant itaque alii eorundem fabricam internam, & doceant num cotyledones ſint plano - convexæ, num convolutæ, anne vero ſpirales?

DCCCXXVI. MYA-

DCCCXXVI. MYAGRUM. TOURN. *t.* 99. LINN. *gen.* 796.

Silicula suberosa evalvis: loculis fertilibus atque spuriis, sibi mutuo superimpositis. Embryonis cotyledones planæ.

MYAGRUM perfoliatum. Tab. 141. fig. 13.

Myagrum monospermum latifolium. BAUH. *prodr.* 52. *ic.* 51.

Myagrum hortense monospermum. BESL. *Eyst. æst. X. t. 8. f. 1.*

Myagrum loculo foecundo conico, sterili biloculari. HALL. *hist. n.* 524.

Myagrum siliculis obcordatis subsessilibus, foliis amplexicaulibus. LINN. *syst. veg.* 584.

PER. Silicula spongioso-suberosa, oblonga, stylo subulato terminata; supra didymo-globosa, infra cylindrica aut obconica: parte *inferiore* uniloculari, fertili; *superiore* biloculari, sterili: utraque evalvi, nec unquam dehiscente.

REC. funiculus umbilicalis brevis, e vertice loculamenti inferioris ad semen descendens.

SEM. unicum, ovato-oblongum, stria media utrinque notatum, ferrugineum.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovato-oblongæ, plano-convexæ. *Rad.* teretiuscula, sursum inflexa, rimæ cotyledonum accumbens, supera.

*

a.) Silicula integra. b.) Eadem verticaliter dissecta, cum situ & numero loculamentorum, atque insertione seminis. c.) Ejusdem pars inferior transversim secta. d.) Semen separatum. E.) Embryo denudatus.

Differt a Crambe, cotyledonibus planis, nec concavo-conduplicatis.

DCCCXXVII. LUNARIA. TOURN. *t.* 105. LINN. *gen.* 809. Ricotia. LINN. *gen.* 810.

Silicula grandis, rotundius l. oblongius ovata, foliaceo compressa, bilocularis, bivalvis. Sem. pauca, subreniformia.

LUNARIA rediviva. Tab. 142. fig. 1.

Viola latifolia, Lunaria odorata. CLUS. *hist. 1. p.* 297.

Lunaria græca perennis & annua. BESL. *Eyst. vern. I. t. 7. f. 1. 2.*

Lunaria perennis siliquis ovatis lanceolatis. HALL. *hist. n.* 500.

Lunaria foliis alternis & oppositis. LINN. *syst. veg.* 592.

PER. Silicula inter affines maxima, elliptica, supra in stylum, infra in pedunculum attenuata, compresso-plana, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum papyraceum album, valvis parallelum.

REC

Rec. intervalvulare, filiforme, utrinque funiculos umbilicales, septo adnatos, versus centrum emittens.

Sem. pauca, duo l. tria, vix quatuor in singulo loculo, grandia, ovato-reniformia, lenticulari compressa, lato margine membranaceo cincta, primo rufescentia, tandem fusca, minutissime puncticulata.

Int. duplex; utrumque membranaceum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatae, plano-convexiusculae. *Rad.* cotyledonibus dimidio brevior, earumque rimae accumbens, teretiuscula, centrifuga.

*

a.) Silicula integra. b.) Eadem dehiscens. c. c.) Valvulae. d.) Dissepimentum. e.) Semina in situ. f.) Semen transverse dissectum. g.) Idem longitudinaliter apertum, cum situ & figura embryonis. h.) Cotyledones explicatae.

Discrimen verum inter L. *redivivam* & *annuam* praeter durationem, non datur; nec colorem calycis ac corollae, aut odorem, ut vult Hallerus, heic quicquam valere censeo: differentia autem specifica Linnaeana, a situ foliorum, mere fictitia est.

Lunaria Ricotia. ibid.

Lunaria foliis supradecompositis: foliolis trifidis, siliquis oblongis pendulis. Mill. *ic. t. 169.*

Ricotia aegyptiaca. Linn. *syst. veg. 593.*

Silicula (a) ovato-oblonga aut rhombeo-elliptica, foliaceo-compressa, bilocularis, bivalvis. Dissepimentum (b.) valvis parallelum, tenuissimum & fere arachnoideum, per maturitatem fructus valvis plerumque agglutinatum, ut incautis abesse videatur. Semina (b. c.) in singulo loculo unum vel duo, subcordata, s. ad umbilicum profunde emarginata, compressa, ad tactum scabriuscula, obsolete marginata, fusca. Embryo (d.) curvatus, luteus. Cotyledones (e.) ovato-cordatae.

Quum dissepimentum certissime adsit, non potest Ricotia, in tanta partium fructificationis conformitate, a Lunaria divelli, etsi ei proprius & ab hac diversissimus sit habitus externus.

DCCCXXVIII. BUNIAS. Linn. *gen.* 823. Erucago. Tourn. *t.* 103.

Silicula drupacea: putamine osseo, bi-l. quadriloculari; loculis omnibus fertilibus, indiscretis. Semina solitaria.

* *Loculis geminis collateralibus.*

Bunias aegyptiaca. Tab. 142. fig. 2.

Bunias siliculis tetragonis undique verrucoso muricatis, foliis runcinatis. Linn. *syst. veg. 603.*

Icon. Jacq. *hort. 2. t. 145.*

Per. Silicula drupacea, parva, ovata, tetragona: lateribus duobus angustioribus verrucoso-muricatis; duobus vero latioribus duplici stria elevata, crenulata aut subtuberculata, longitudinali, exaratis. Cortex tenuissimus, membranaceus. Putamen osseum, muricatum, biloculare: loculis juxta se positis.

Rec. funiculus umbilicalis tenuissimus, e loculamenti apice ad semen descendens.

Sem. solitaria, ovata, hinc convexa, inde plana, rufescentia.

Int. simplex, membranaceum.

Emb. curvatus, albus. *Cotyl.* ovatae, plano-convexae. *Rad.* teretiuscula, sursum inflexa, rimae cotyledonum accumbens, supera.

*

a. A.) Silicula integra. b.) Eadem transverse secta. c.) Putamen denudatum & longitudinaliter apertum. d.) Semina separata. E.) Embryo denudatus. f.) Cotyledones explicatae.

Bunias syriaca. (*Anastatica syriaca*) Tab. 141. fig. 11.

Rosa hierichuntica alia. Cam. *hort. t. 42.*

Myagrum rigidum. Pall. *it. ruth. 3. p. 741. t. Ll. f. 1.*

Anastatica foliis acutis, spicis folio longioribus, siliculis ovatis rostratis. Linn. *syst. veg. 584.*

Silicula drupacea parva, subglobosa (a. A.), stylo subulato terminata, & ex hoc, sulco depresso longitudinali & transversim striato didyma, ad latera sphaerice gibba & tuberculato scabra aut setis hispida. Cortex tenuissimus, ut fere nullus. Putamen osseum, biloculare (B.). Semina solitaria, ovata, plano-convexa, pallida. Embryo (c. C.) semini conformis. Reliqua ut in praecedenti.

Siliculae, quas ego olim in Ucrania legi & quas ex hortis botanicis habui, omnes erant calvae: ideo autem vix crediderim, quod M. *rigidum* Pall. l. c. a nostra planta specie differat, etsi ejus siliculae sint hispidae. Alterum autem ipsius Myagrum tab. M m. f. 2. plane diversi generis planta esse videtur.

Bunias spinosa. Tab. 142. fig. 2.

Brassica spinosa. Alp. *exot. 201. ic. 200.*

Bunias racemis spinescentibus. Linn. *syst. veg. 603.*

Silicula drupacea, ex ventre turgido, tetragono, glabro, in mucronem pyramidatum fastigiata (a. aa.), pallide straminea. Cortex crassus (b. bb.), suberosus. Putamen (c. d.) osseum, biloculare, sexangulare: angulis compressis: duobus mediis oppositis angustioribus. Semina solitaria, ovata (e), aut

aut ſubrotunda (ee.) plano-convexa. Embryonis cotyledones (F. FF.) conduplicatæ foliaceæ. Rad. inflexa, duplicaturæ ſulco accumbens, ſupera.

** *Loculis geminis ſibi mutuo impoſitis.*

BUNIAS orientalis. ibid.

Crambe orientalis, dentis leonis folio, erucaginis facie. TOURN. *cor. 41.*

Bunias ſiliculis ovatis gibbis verrucoſis. LINN. *ſyſt. veg. 603.*

Silicula drupacea ſubgloboſa (a) aut ovato-oblonga (b.), gibba, verrucoſa, in ſtylum brevem deſinens. Cortex fungoſus, ſtramineo albicans. Putamen (c. d.) oſſeum, ſiliculæ conforme, extus glabrum, intus duobus loculamentis, ſibi ſuperimpoſitis, exſculptum: quorum ſuperius in fructibus ſubgloboſis plerumque obliteratur. Semina ſubgloboſa, rufeſcentia. Embryonis cotyledones (e. F.) oblongæ, ſpiraliter convolutæ.

*** *Loculis quaternis, per paria ſibi ſuperimpoſitis.*

BUNIAS Erucago. ibid.

Eruca monſpeliaca, ſiliqua quadrangula echinata. BAUH. *prodr. 41. c. ic.*

Bunias ſiliculis tetragonis: angulis bicriſtatis. LINN. *ſyſt. veg. l. c.*

Icon. JACQ. *auſtr. t. 340.*

Silicula drupacea quadrangula (a), in medio anguſtata (b.), ſtylo longo terminata, & ad angulos criſta interrupta inſignita. Cortex ſpongioſo-membranaceus, tenuis, albicans. Putamen (c. d.) oſſeum, quadriloculare: loculis duobus inferioribus totidemque ſuperioribus, omnibus fertilibus. Semina (e.) ſubgloboſa, cochleata, rufeſcentia. Embryonis cotyledones ſpiraliter convolutæ (F.), lineari oblongæ (g.).

Buniadis characterem unice in drupaceo fructu ponimus; qui autem generum multitudine delectantur, poterunt hoc genus, ab interna drupæ, ſeminumque fabrica, in Buniadem, Læliam & Erucaginem diſpeſcere.

DCCCXXIX. PUGIONIUM.

Silicula transverſe ovalis, utrinque in proceſſum pugioniformem producta, unilocularis, evalvis, monoſperma. Semen arillatum!

PUGIONIUM cornutum. Tab. 142. fig. 3.

Bunias ſiliculis divaricato bicornibus baſi ſpinoſis? LINN. *ſyſt. veg. 603.*

A b. MARTINI Stuttgard. *I. G. Gmelini* per Sibiriam itineris ſocio.

PER. Silicula membranacea, lenticulari-compreſſa, transverſe ovalis; extremitate utraque in proceſſum longum, compreſſum, ſtriatum, enſiformem producta; lateribus autem reticulato nervoſis, ad nervorum interſtitia ſubtrans-

transparentibus, & ex nervis ipsis, quatuor spinis innocuis, divergentibus, utrinque in medio armatis; cetera unilocularis, evalvis, pallide spadicea. Loculamenta naturaliter quidem duo, juxta se posita atque septo tenuissimo a se invicem discreta, sed in maturo fructu, alterum constanter obliteratur, remanente altero solo, oblongo & undique clauso.

Rec. nullum; semen ope arilli sui, basi processus majoris affixum.

Sem. unicum, ovato-oblongum, compressum, arillo inclusum.

Arillus chartaceus, tenuis, linea longitudinali depressa utrinque inscriptus, laxus, albicans, semen totum involvens.

Int. simplex, membranaceum, intus quasi pulposum, ut in recenti semine albuminis imitamentum quoddam adesse videatur.

Emb. semine multo angustior, curvatus, gramineo-viridis. *Cotyl.* lineari-oblongæ, obtusæ, utrinque planæ. *Rad.* teretiuscula, longa, inflexa, cotyledonum rimæ accumbens, relative centripeta.

*

a.) Silicula integra. b.) Eadem aperta, cum semine intra arillum concluso. c.) Arillus separatus & longitudinaliter apertus, cum seminis figura & magnitudine naturali. d.) Embryo denudatus.

Non fructu solo, Pugionium, sed & flore abunde a Buniade differt. Flos ei parvulus, Drabæ *vernalis* haud major. Petala angusta, integerrima, acuminata, alba, calyce aliquantulum longiora. Stam. tetradynama. Ovar. hispidulum, biloculare. Styl. brevis. Folia linguiformia, integerrima, glauca, avenia, semiamplexicaulia. Racemi terminales, per maturitatem laxissimi, pedunculis divaricatissimis. Mirum, quod tam parvulum flosculum, tam grandis sequatur fructus.

DCCCXXX. CRAMBE. Tourn. *t.* 100. Linn. *gen.* 825.

Staminum filamenta longiora apice bifurca: crure altero antherifero. Silicula coriacea, evalvis, biarticulata: articulo fertili globoso; altero sæpius abortivo, gracili.

Crambe hispanica. Tab. 142. fig. 4.

Rapistrum maximum rotundifolium monospermum. Com. *canad. t.* 148. Moris. *hist.* 3. *S.* 3. *t.* 13. *f.* 1.

Myagrum sphærocarpum. Jacq. *obs.* 2. *p.* 20. *t.* 41.

Crambe foliis cauleque scabris. Linn. *syst. veg.* 604.

Per. Silicula parva, biarticulata. Articulus *inferior* oblongus, solidus aut unilocularis, sterilis, per maturitatem quasi in pedunculum superioris exarescens. Art. *superior* multoties major, sphæricus, coriaceus, glaber, unilocularis, evalvis, ab inferiori sponte secedens.

Rec.

Rec. funiculus umbilicalis filiformis, longiſſimus, tortuoſo fluxu e fundo loculamenti oriundus, dehinc ſupra ſeminis verticem adſcendens, & recurvata ſua extremitate altera illud in ſitu pendulo ſuſtinens.

Sem. unicum, ſubgloboſum, cavitate loculamenti ſui multo anguſtius, pallide rufeſcens.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* cordatæ, ſubfoliaceæ, *exteriore* convexo-concava, amplectente *interiorem* conduplicatam. *Rad.* teretiuſcula, ſurſum inflexa, conduplicaturæ ſulco accumbens, ſupera.

*

a.) Silicula integra. B.) Articulus ſuperior transverſim ſectus. C.) Ejusdem, nec non articuli inferioris ſolidi ſectio verticalis, cum ſeminis ſitu naturali. d.) Semen, cum ſuo funiculo umbilicali, ſeparatum. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones explicatæ.

Crambe *maritima*. Linn.

Icon. Oed. *flor. dan. t. 316.*

Silicula biarticulata. Articulus *inferior* minor, unilocularis, monoſpermus. Art. *ſuperior* maximus, globoſus, bilocularis, diſpermus. Receptacula in loculamentis ſuperioribus filiformia, libera; in inferiori nullum manifeſtum, ſed ſemen ex apice loculamenti pendere videtur. Per maturitatem plerumque omnia ſemina, præter unicum in articulo ſuperiori, ſuffocantur.

Inter Crambem, Cakilen & Myagrum proxima intercedit affinitas.

DCCCXXXI. CORONOPUS. Hall. *hiſt. p. 217.*

Silicula rotundato-reniformis, muricata, bilocularis: loculis collateralibus, monoſpermis, evalvibus.

Coronopus Ruellii. Tab. 142. fig. 5.

Pſeudo-ambroſia. Cam. *epit. 596.* Oed. *flor. dan. t. 202.*

Coronopus. Blakw. *herb. t. 120.* Hall. *hiſt. n. 502.*

Cochlearia foliis pinnatifidis, caule depreſſo. Linn. *ſyſt. veg. 588.*

Per. Silicula rotundato-reniformis, tuberculis atque lamellis radiantibus verſus peripheriam muricata & in ambitu quaſi criſtata, in medio autem glabriuſcula; cetera compreſſa, bilocularis, evalvis. Loculamenta undique clauſa & ad axem inter ſe connata, ut pericarpium ex duabus ſiliculis partialibus compoſitum eſſe videatur.

Rec. nullum; ſemina apici loculamentorum affixa.

Sem. ſolitaria, ovata, lenticulari-compreſſa, e luteo-rufeſcentia.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb.

Emb. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* oblongæ, ſigmoideo - curvatæ, ſubplicatæ. *Rad.* conica, brevis, dorſo, non rimæ cotyledonum accumbens, ſupera.

*

a. A.) Silicula integra. B.) Eadem transverſe — & C.) longitudinaliter diſſecta, cum inſertione ſeminum. d.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones explicatæ.

DCCCXXXII. ISATIS. Tourn. *t.* 100. Linn. *gen.* 824.

Silicula elliptica, compreſſa, unilocularis, bivalvis, monoſperma: valvulis ſuberoſis navicularibus, vix ſponte dehiſcentibus.

Isatis tinctoria. Tab. 142. fig. 6.

Iſatis ſylveſtris. Fuchs. *hiſt. lat.* 330. *germ. ic.* 186. 187. Cam. *epit.* 419. Blakw. *herb. t.* 246.

Iſatis foliis radicalibus petiolatis ovatis; caulinis amplexicaulibus. Hall. *hiſt. n.* 523.

Iſatis foliis radicalibus crenatis; caulinis ſagittatis, ſiliculis oblongis. Linn. *ſyſt. veg.* 604.

Per. Silicula oblonge elliptica, ſuperne & ad margines in aciem compreſſa, in medio lenticulari turgeſcens atque ſutura longitudinali recta utrinque notata, unilocularis, bivalvis, vix tamen ſponte dehiſcens. Valvulæ ſpongioſo ſuberoſæ, naviculares.

Rec. intervalvulare, filiforme, feneſtratum, ſuperne in ſtylum, intra ſiliculam occultatum deſinens, atque ſemen ex ſummo arcu pendulum ſuſtinens.

Sem. unicum, ovatum, e luteo - ruſeſcens.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, carnoſæ, plano - convexæ. *Rad.* teretiuſcula, ſurſum inflexa, dorſo, non rimæ, cotyledonum accumbens, ſupera.

*

a.) Silicula integra. b.) Ejus valvulæ ſeparatæ, cum ſeminis ſitu. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d.) Receptac. a valvulis ſolutum. e.) Semen ſeparatum. F.) Embryo denudatus. G.) Cotyled. explicatæ.

Radiculæ itaque ſitus, in Siliculoſis, varius eſt. Nempe in omnibus polyſpermis, radicula eſt centrifuga; in monoſpermis autem, plerumque ſupera; rarius centripeta; & in ſola Cakile, infera.

DCCCXXXIII. CARDAMINE. Tourn. *t.* 109. Linn. *gen.* 812.

Siliqua oblonga, anceps, ſtylo mediocri terminata. Valvulæ elaſtice dehiſcentes, a baſi ſurſum revolutæ, aut contortæ. Diſſepimentum membranaceum, valvis parallelum. Cotyledones planæ.

CARDAMINE græca. Tab. 143. fig. 1.

Sio minimo Alpini affinis, filiculis latis. BOCC. *fic. 84. t. 44. f. 2.*

Nasturtium montanum nanum, rotundo thalictri folio, cyrenæum. BOCC. *muf. 2. p. 171. t. 166.*

Cardamine foliis pinnatis, foliolis palmatis æqualibus petiolatis. LINN. *fyft. veg. 594.*

PER. Siliqua oblonga, lenticulari-compreffa, in ftylum latitudini filiquæ æqualem definens, bilocularis, bivalvis, elaftica. Valvulæ chartaceæ, dehifcento fpiraliter contortæ aut verfus apicem revolutæ. Diffepimentum tenue, fericeo-album, valvis parallelum.

REC. intervalvulare, filiforme, funiculis umbilicalibus alternantibus utrinque ftipatum.

SEM. pauca, quatuor circiter in fingulo loculo, ovata, ad umbilicum quafi truncata, lenticulari compreffa, anguftiffimoque margine membranaceo, in regione umbilico oppofita, ftipata, pallide ferruginea.

INT. fimplex, membranaceum.

EMB. curvatus, albidus. *Cotyl.* obovatæ, utrinque planiufculæ. *Rad.* gracilis, rimæ cotyledonum accumbens, centrifuga.

*

a.) Siliqua integra. b.) Eadem dehifcens. c. C.) Semina foluta, integra. d.) Semen diffectum. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledones explicatæ.

DCCCXXXIV. BRASSICA. TOURN. *t.* 106. LINN. *gen.* 820.

Siliqua longa, rhombeo-compreffa. Diffepimentum valvis contrarium, eisque longius & in roftrum fubulatum definens. Stigma retufum. Cotyledones conduplicatæ. Glandulæ juxta ovarium quatuor.

BRASSICA oleracea. Tab. 143. fig. 2.

Braffica radice caulefcente tereti carnofa. LINN. *fyft. veg. 601.*

Braffica fectilis. noftratibus.

PER. Siliqua longa, rhombeo-compreffa, bilocularis, bivalvis. Diffepimentum pellucidum, valvis contrarium, fuperne in roftrum fungofum, fubulatum, latitudine filiquæ duplo longius atque ftigmate obtufo terminatum definens. Valvulæ carinatæ, in extremitate fua fuperiore retinaculo uncinulato atque roftri bafi immiffo, ftipatæ.

REC. intervalvulare, filiforme.

SEM. plurima, viginti circiter in fingulo loculo, parva, globofa, atra.

INT. fimplex, coriaceum, durum, fubfragile.

EMB.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* cordatæ, ſubfoliaceæ: *exteriore* convexo-concava, involvente *interiorem* conduplicatam. *Rad.* teretiuſcula, duplicaturæ ſulco accumbens, centrifuga.

*

a.) Siliqua integra. b.) Eadem dehiſcens. c. c.) Septum in roſtrum deſinens. d.) Valvula a parte ſua interna ſpectata, cum retinaculo unguiculato. f. F.) Semina ſeparata. G.) Seminis & embryonis ſectio transverſalis. H.) Embryo denudatus. I.) Cotyled. leviter diductæ.

In Br. *Eruca* roſtrum compreſſum enſiforme: hinc Braſſicæ per Erucam affinitas cum Sinapi.

DCCCXXXV. CHEIRANTHUS. Linn. *gen.* 815. Leucojum. Tourn. *t.* 107.

Flos caryophyllæus. Siliqua longa, teres aut compreſſa, apice bidentata. Diſſepimentum parallelum, non fungoſum ut in Heſperide. Sem. compreſſa, ſæpius membranaceo-marginata. Cotyl. planæ. Glandulæ duæ juxta baſin ovarii.

Cheiranthus tricuſpidatus. Tab. 143. fig. 3.

Leucojum marinum. Cam. *hort.* 87. *t.* 24. Moris. *hiſt.* 2. *S.* 3. *t.* 8. *f.* 13.

Cheiranthus foliis lyratis, ſiliquis apice tridentatis. Linn. *ſyſt. veg.* 598.

Per. Siliqua bipollicaris, teretiuſcula, ad ſeminum ſedem obſolete noduloſa, apice in tres cuſpides ſubulatos deſinens, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum tenuiſſimum, valvis parallelum.

Rec. intervalvulare, filiforme.

Sem. plura, decem aut duodecim in ſingulo loculo, ovata, compreſſa, roſtellata, rubro-ferruginea, non marginata.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ellipticæ, plano-convexiuſculæ. *Rad.* teretiuſcula, rimæ cotyledonum accumbens, centrifuga.

*

a.) Siliqua integra. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Eadem dehiſcens cum valvulis in ipſos cuſpides elongatis. d.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyled. leviter diductæ.

Secundum Ill. Lamark, glandulæ diſci in Cheirantho nullæ, & omnes ſpecies glandulis dotatæ, Heſperidi aſſociandæ ſunt. In Heſperide præterea, ſeptum fungoſum, cui ſemina impreſſa: quod non ita in Cheirantho. Conf. Hall. *hiſt.* 1. *p.* 192. 195.

DCCCXXXVI. ERYSIMUM. Tourn. *t.* 111. Linn. *gen.* 814.

Siliqua tetragona, mediocris longitudinis, ſtigmate capitato. Septum valvis contrarium. Sem. numeroſa. Cotyl. planæ. Glandulæ duæ intra ſtamina breviora.

Erysimum cheiranthoides. Tab. 143. fig. 7.

Camelina, Myagrum alterum thlaſpi effigie. Lob. *ic.* 225.

Eryſimum foliis lanceolatis integerrimis, ſiliquis patulis. Linn. *ſyſt. veg.* 597.

Icon. Oed. *flor. dan. t.* 731. Jacq. *auſtr. t.* 23.

Per. Siliqua pollicaris, rhombeo-tetragona, ad ſemina obſolete noduloſa, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum membranaceum, valvulis contrarium, vel certe latitudine ſiliquæ anguſtius. Valvulæ angulo acuto extrorſum carinatæ.

Rec. intervalvulare, filiforme, in breviſſimum ſtylum cum ſtigmate obtuſo deſinens.

Sem. numeroſa, octodecim circiter in ſingulo loculo, ovata, turgidula, roſtellata, ruffa aut luteo-ferruginea.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* oblongæ, plano-convexæ. *Rad.* teretiuſcula, dorſo, non rimæ cotyledonum accumbens, centrifuga.

a.) Siliqua integra. B.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Eadem dehiſcens. d. D.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus.

DCCCXXXVII. TURRITIS. Linn. *gen.* 819.

Siliqua longiſſima, ſtricta, rhombeo compreſſa, ſtigmate bicolli ſeſſili terminata. Septum valvis parallelum. Sem. numeroſiſſima. Cotyl. planæ. Glandulæ ad baſin ovarii nullæ aut duæ ad quatuor.

Turritis glabra. Tab. 143. fig. 8.

Turritis foliis radicalibus dentatis hiſpidis; caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. Linn. *ſyſt. veg.* 600.

Icon. Oed. *flor. dan. t.* 809.

Per. Siliqua tripollicaris & ultra, linearis, rhombeo-compreſſa, glabra, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum membranaceum, valvis parallelum, ſ. maximæ ſiliquæ latitudini æquale, ſtigmate ſeſſili breviter bicolli terminatum. Valvulæ in medio obtuſiſſime angulatæ.

Rec. intervalvulare, filiforme, ſtigmate terminatum.

Sem. numeroſiſſima, ſexaginta circiter in ſingulo loculo, ovata, compreſſiuſcula, margine membranaceo anguſtiſſimo & fere obſoleto terminata, fulva.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexiuſculæ. *Rad.* cotyledonum rimæ accumbens, centrifuga.

*

a.) Siliqua integra. b.) Eadem dehiſcens. C.) Stigma bicolle. D.) Diſſepimentum valvis parallelum. e. E.) Semina ſeparata. F.) Embryo denudatus.

Longitudo ſiliquæ optima generis nota eſt.

DCCCXXXVIII. ERUCARIA.

Siliqua teres, biarticulata! articulo inferiore bivalvi polyſpermo; ſuperiore evalvi oligoſpermo aut ſterili.

Erucaria aleppica. Tab. 143. fig. 9.

Raphaniſtrum aleppicum, flore dilute violaceo. Tourn. *corol.* 17.

Ex horto leydenſi.

Per. Siliqua teretiuſcula, ſubſemipollicaris, biarticulata. Articulus *ſuperior* brevior, ex anguſtiori collo in globum apice membranaceo-mucronatum intumeſcens, ſponte ab inferiore ſecedens, nec tamen dehiſcens: *Collum* longius aut brevius, uno intus aut duobus loculamentis ſibi mutuo impoſitis & ſeminiferis exſculptum; *Capitulum* autem globoſum conſtanter ſterile, & duobus loculamentis collateralibus ſpuriis dotatum. Art. *inferior* longior, teretiuſculus, toroſulus, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum membranaceum, valvis parallelum, ab impreſſionibus ſeminum alternatim ſinuoſum.

Rec. in articulo ſuperiore nullum, ſed ſemina baſi loculorum affixa; in articulo autem inferiori, funiculi umbilicales capillares, e lateribus diſſepimenti oriundi.

Sem. articuli ſuperioris ſolitaria, ovata, lenticularia; artic. inferioris quaterna in ſingulo loculo, ſubgloboſa angulata, uno latere conſtanter plano: utraque ferruginea.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. curvatus, teretiuſculus, pallidus. *Cotyl.* lineari-oblongæ, in ſpiram convolutæ. *Rad.* teretiuſcula, in ſeminibus ſuperioribus, infera, in inferioribus, centrifuga.

*

a. A.) Siliqua integra. B. C.) Articulus ſuperior apertus. D.) Artic. inferioris diſſepimentum ſinuoſum. E.) Ejuſdem valvulæ ſeparatæ. K.) Ejuſdem ſectio transverſalis. f. F.) Semina articuli inferioris. g. G.) Eadem articuli ſuperioris. H.) Embryo denudatus ſeminis inferi. I.) Idem ſeminis ſuperi.

Plan-

Plantam floribus & fructibus ſtipatam vidi olim in herbario Rauwolfiano, quod Leydæ aſſervatur, ſed nomen, ni fallor, nullum ei adſcriptum. Tournefortii ſynonimon aliquantum etiam dubium eſt, quum ille *Erucam chalepenſem ſiliquis articulatis.* MORIS. 2. S. 3. t. 25. f. 23. excitet, quæ a noſtra, ſiliquarum forma, manifeſte differt, niſi id pictoris ſit culpa.

DCCCXXXIX. SINAPIS. TOURN. t. 112. LINN. *gen.* 821.

Siliqua teretiuſcula, mediocris longitudinis. Diſſepimentum ſupra valvulas in roſtrum longum productum. Stigma obſoletum emarginatum compreſſum. Cotyl. globoſe conduplicatæ. Glandulæ ad baſin ovarii quaternæ.

SINAPIS alba. Tab. 143. fig. 4.

Sinapi ſativum alterum. DOD. *pempt.* 707.

Sinapi album. BLAKW. *herb. t.* 29.

Sinapis ſiliquis hiſpidis: roſtro obliquo longiſſimo enſiformi. LINN. *ſyſt. veg.* 602.

PER. Siliqua pollicaris, teretiuſcula, toroſa, hiſpida, roſtrata, bilocularis, bivalvis. Diſſepimentum membranaceum, ſupra valvulas in roſtrum coriaceum, opacum, enſiforme productum. Valvulæ tribus ſtriis longitudinalibus notatæ, ſetulis rigidis hiſpidæ.

REC. intervalvulare, filiforme.

SEM. pauca, duo l. tria in ſingulo loculo, globoſa, nigro-ferruginea, mucilaginoſa.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, ſuperficie exteriori in mucilaginem pellucidiſſimam ab aqua reſolubili; *interius* membranaceum, absque albuminis veſtigio.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* rotundatæ, ſubfoliaceæ: *exteriore* convexo-concava, involvente *interiorem* conduplicatam. *Rad.* ſulco conduplicaturæ accumbens, centrifuga.

*

a.) Siliqua integra. b) Eadem dehiſcens. c.) Semina ſeparata. D.) Embryo denudatus.

Sæpe intra roſtrum ſiliquæ loculamentum deprehenditur, idque vel ſpurium ac inane, vel unico ſemine, reliquis ſimili, at multo minore, fœtum: Hinc affinitas cum Erucaria, licet in illa roſtrum ſit ſolubile, quod non ita in Sinapi.

DCCCXL. RAPHANUS. TOURN. t. 114. LINN. *gen.* 822.

Siliqua tereti-acuminata, fungoſa, evalvis, plurilocularis: loculamentis membranaceis, duplici ſerie longitudinali digeſtis.

RAPHANUS ſativus. Tab. 143. fig. 5.

Raphanus hortenſis. BLAKW. *herb. t. 81.*

Raphanus ſiliquis teretibus toroſis bilocularibus. LINN. *ſyſt. veg. 603.*

Icon ſem. GREW. *anat. t. 70. f. 1. t. 75. f. 1. 2. 3.*

PER. Siliqua longa, teres, acuminato - roſtrata, toroſa, fungoſa, alba, diſſite ſtriata, evalvis, plurilocularis. Loculamenta membranacea, clauſa, duplici ſerie longitudinali, juxta ſeptum medium, digeſtæ.

REC. bilaterale, filiforme, extra loculamenta poſitum, funiculis umbilicalibus alternis, loculorum cavitatem intrantibus, ſtipatum.

SEM. ſingula in ſingulo loculo, in ſingula autem ſerie, terna ad duodena, ſubgloboſa, ferruginea, minutiſſime elevato - puncticulata.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* rotundato-cordatæ, ſubfoliaceæ: *exteriore* convexo-concava, involvente *interiorem* conduplicatam. *Rad.* conduplicaturæ ſulco accumbens, centrifuga.

*

a.) Siliqua integra. b.) Eadem transverſim aperta, duplicem loculorum ſeriem oſtendens. c.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum receptaculis & ſerie loculorum longitudinali. d. D.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyled. leviter diductæ.

DCCCXLI. RAPHANISTRUM. TOURN. *t.* 115.

Siliqua teres, acuminata, per maturitatem moniliformis, evalvis, plurilocularis: loculamentis oſſeis, ſimplici ſerie longitudinali digeſtis.

RAPHANISTRUM Lampſana. Tab. 143. fig. 6.

Rapiſtrum flore albo: erucæ foliis. LOB. *ic. 199.*

Rapiſtrum purpureum. Lampſana flore melino. TABERN. *p. 407. 408.*

Raphanus ſiliquis teretibus articulatis lævibus unilocularibus. LINN. *ſyſt. veg. 603.*

Icon. OED. *flor. dan. t. 678.*

PER. Siliqua longa, acuminata, ante plenam maturitatem glabra, teres, obſoletiſſime articulata, poſtea autem moniliformis: articulis lenticulari - compreſſis, ſulcatis, iſthmis interceptis, unilocularibus. Loculamenta oſſea, ſtriata, ſegregata, apice & baſi, pro transmittendis receptaculis, perforata, cetera integerrima, evalvia.

REC. bilaterale, filiforme, loculamenta ipſa intrans atque alternos funiculos umbilicales promens.

SEM. in articulis ſolitaria, in univerſum dena aut duodena, turgide lenticularia, excavato punctata, crocea.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB.

Emb. curvatus, lutescens. *Cotyl.* rotundato-cordatæ, subfoliaceæ: *exteriore* convexo-concava involvente *interiorem* conduplicatam. *Rad.* conduplicaturæ sulco accumbens, centrifuga.

* *

a.) Siliqua vegeta s. succo adhuc distenta. B.) Eadem longitudinaliter aperta, cum loculamentis osseis integris & dissectis, nec non receptaculorum decursu & in semina insertione. c.) Siliqua adulta & exsucca. D.) Loculamentum osseum transverse sectum. e. E.) Semen separatum. F.) Embryo denudatus. G.) Cotyled. diductæ.

Non tantum simplici loculamentorum, eorundemque osseorum serie, sed vel maxime quoque receptaculis loculamenta ipsa intrantibus, a Raphano differt. Siliquam in origine sua bilocularem, uti Hallerus *hist. 1. p. 204.* habet, ego vidi nunquam.

* * *

LEGUMINOSÆ.

His caracter universalis simplex nullus est, nisi sit unilateralis seminum insertio, quæ tamen & in aliis deprehenditur. Pericarpium plurimis leguminosum; aliis tamen & capsulare, & drupaceum. Albumen plerisque nullum aut non satis ab integumento interno distinctum: paucioribus vero carnosum. Embryo aliis rectus, aliis & longe plurimis curvatus, radiculâ, ut in Siliquosis, reflexà & cotyledonum rimæ accumbente. Plumula in multis manifesta, & curatius elaborata, quam in plerisque reliquis plantis. Flores plerisque papilionacei; aliis vero regulares; & aliis apetali. Stamina frequentius decem, discreta aut filamentis inter se connata, & quidem vel in tubum integrum, vel rima hiantem, cui plerumque solitarium stamen adjacet. Ovarium omnibus superum, & stylus simplex. Familiæ diagnosis, ex flore & fructu facillima; at tanto difficilior certorum inter ipsa genera limitum designatio.

DCCCXLII. CÆSALPINIA. Plum. *t. 9.* Linn. *gen.* 516.

Calyx quinquefidus, lacinia infima majore. Cor. pentapetala, petalo infimo pulchriore. Stam. decem, discreta. Legum. suberosum, subevalve, compressum. Sem. albuminosa, utrinque planiuscula. Embryo rectus.

Cæsalpinia Sappan. Tab. 144. fig. 1.

Tsiam-pangam. Rheed. *mal. 6. p. 3. t. 2.*

Lignum Sappan. Rumph. *amb. 4. p. 56. t. 21.*

Cæsalpinia caule aculeato, foliolis oblongis inæquilateralibus emarginatis. Linn. *syst. veg. 395.*

E seminar. Amstelod.

Per.

Per. Legumen ſublignoſum, ovato-rhomboidale, roſtratum, lenticulari-compreſſum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi breves, e ſutura leguminis ſuperiore ſ. rectiore.

Sem. quatuor, grandiuſcula, ovato-oblonga, utrinque depreſſo-plana, glabra, teſtacea.

Int. duplex: *exterius* cruſtaceum, durum, craſſum; *interius* tenuiſſimum.

Alb. tenuiſſimum, candidiſſimum, ab aqua in gelatinam convertibile.

Emb. rectus, viridis. *Cotyl.* ovatæ, craſſæ, carnoſæ, extus ſulco longitudinali quaſi bipartitæ, glabræ; intus rugoſæ aſperæ. *Plum.* longa, ſcapo ſubulato; foliolis duobus aut quatuor pinnatis: pinnulis multijugis cum impari. *Rad.* retracta, breviſſima, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum, mediocris magnitudinis. b.) Valvula ſeparata cum inſertione & ſigura ſeminum. c.) Semen transverſe diſſectum, albuminis & cotyledonum formam oſtendens. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyledonum ſuperficies interna. f. F.) Plumula cum Radicula.

Cæsalpinia veſicaria. ibid.

Senna ſpuria arborea ſpinoſa, foliis alatis decompoſitis, flore luteo, ſiliquis brevibus ſulcatis nigris, ſabinæ odore. Sloan. *hiſt. jam.* 2. *p.* 50. *t.* 181. *f.* 2. 3.

Cæſalpinia caule aculeato, foliolis obcordatis ſubrotundis. Linn. *l. c.*

Ex herbario Bankſiano.

Legumen (a. b.) ſuberoſum, farctum, ovato-oblongum, ſulco obſoleto tumido cum utraque ſutura parallelo juxta peripheriam notatum, dehinc verſus marginem declive & in aciem compreſſum, in medio autem turgidum, planiuſculum, ſubtoroſum, biloculare (b.), evalve. Loculamenta lamina propria cartilaginea veſtita. Semina irregulariter rotunda (b.), lenticulari-aut plano-compreſſa, craſſa tamen (c.), & ſordide ferruginea. Integum. exterius coriaceum; interius ſubſpongioſum. Albumen (c. d.) carnoſum, in medio craſſum, ad latera extenuatum, ab aqua in gelatinam vitreo pellucidam convertibile. Embryo (c. d. e.) rectus, albus. Cotyl. utrinque planæ, craſſæ, ſubflexuoſæ (c.), extus ſtria obſoleta (d. e.) notatæ; intus glabræ, nervis ſtriatæ. Plumula minuta, diphylla (F.), foliolis pinnatis cum impari. Radic. conica, brevis, exſerta.

DCCCXLIII. ARACHIS. Linn. *gen.* 876. Arachidna. Plum. *t.* 37.

Calyx bilabiatus, ſupra quadrifidus. Cor. papilionacea, reſupinata. Stam. omnia connata, uno ſterili. Legum. coriaceum, nervis reticulatum, evalve. Sem. exalbuminoſa. Embr. rectus.

Arachis

ARACHIS hypogæa. Tab. 144. fig. 2.

Mundubi. MARCGR. *bras.* 37. *c. ic.* WORM. *mus. p.* 208.
Chamæbalanus japonica. RUMPH. *amb.* 4. *p.* 387. *t.* 156.
Arachidna quadrifolia villosa, flore luteo. EHRET. *pict. t.* 5. *f.* 3.
Arachis. LINN. *syst. veg.* 655.

PER. Legumen oblongum, coriaceum, teretiusculum, torosum, nervis prominentibus reticulato - scrobiculatum, uniloculare, non dehiscens, nec sutura conspicua dotatum.

REC. funiculi breves, obsoleti, e superiore latere loculamenti.

SEM. pauca, unum ad tria, vix plura, ovata, ad mutuum contactum quasi oblique truncata, rubro - ferruginea, vasis longitudinalibus insignita.

INT. simplex, membranaceum, tenue.

ALB. nullum, nec ejus vestigium.

EMB. magnitudine seminis, rectus, albus. *Cotyl.* carnosæ, crassæ, plano-convexæ. *Plum.* grandiuscula, diphylla: foliolis bijugis, conduplicatis, linearibus: conjugatione inferiore longiore. *Rad.* ovato-acuminata, obesa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum, e maximis. b.) Idem longitudinaliter apertum, cum situ & figura seminum. c.) Embryo denudatus, ab aqua tumefactus. d.) Cotyled. latus internum. E.) Plumula separata, cum annexa radicula. F.) Eadem insigniter aucta.

Magnitudo & figura leguminis numero seminum respondet: hinc specimina monosperma, fere ovato - globosa, & disperma, ovato - cylindrica, ac proportionate longa deprehenduntur. Constanter autem unilocularia sunt, nec septum in illis ego vidi unquam, quale icon Marcgravii repræsentare videtur.

DCCCXLIV. CERCIS. LINN. *gen.* 510. Siliquastrum. TOURN. *t.* 414.

Calyx quinquedentatus. Cor. pentapetala, unguiculata, papilionacea. Stam. decem discreta. Legum. compresso - planum, uniloculare, evalve. Sem. albuminosa. Embr. rectus.

CERCIS Siliquastrum. Tab. 144. fig. 3.

Arbor judæ. DOD. *pempt.* 786. BESL. *Eyst. vern. frut. t.* 3. *f.* 1.
Siliquastrum. RIV. *pent. t.* 116.
Cercis foliis cordato - orbiculatis glabris. LINN. *syst. veg.* 392.

PER. Legumen oblongum, tenue, foliaceo - compressum, ad insertionem seminum nervo crasso prominulo notatum & extra illum in suturam membrana-

ceam

ceam anguftam extenuatum, uniloculare, margine futuræ feminiferæ oppofito dehifcens.

Rec. funiculi breves, compreffi, e nervo futuræ marginatæ oriundi.

Sem. plura, feptem ad decem, obovata, lenticulari-compreffa, atra, non fplendentia.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, tenue; *interius* fubfpongiofum, fufco-ferrugineum.

Alb. carnofum, album, in medio craffiufculum opacum, ad latera extenuatum & fubtransparens.

Emb. rectus, lutefcens. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ, planæ. *Plum.* immerfa, f. non confpicua. *Rad.* brevis, recta, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem longitudinaliter apertum, cum infertione feminum. c.) Semina feparata. D.) Semen cum nucleo transverfe fectum. e.) Embryo in albumine hærens. F.) Cotyled. feparatæ.

DCCCXLV. ASPALATHUS. Linn. *gen.* 860.

Calyx quinquefidus, lacinia fuperiore majore. Cor. papilionacea. Stam. omnia connata in vaginam fiffam. Legum. uniloculare, breve. Sem. albuminofa. Embr. curvatus. Folia fafciculata.

Aspalathus fpinofus. Tab. 144. fig. 4.

Geniftella fpinofa africana, laricis folio. Breyn. *cent. t. 26.*

Genifta minima æthiopica, foliolis thymi confertis. Pluk. *phyt. t. 297. f. 6.*

Afpalathus foliis fafciculatis linearibus nudis fpinam gemmaceam circumftantibus. Linn. *fyft. veg. 646.*

Ex herbario Bankfiano.

Per. Legumen parvulum, ex ovata bafi furfum triangulari attenuatum, lenticulari-compreffum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi breves, e futura fuperiore.

Sem. unum aut duo: illud reniforme, compreffiufculum; hæc fubglobofa, latere quo fe mutuo contingunt planiufcula vel angulata: utraque albicantia.

Int. fimplex, tenue, chartaceum.

Alb. tenue, ab aqua in gelatinam convertibile.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* obovatæ aut reniformes, carnofæ, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* incurvata, craffiufcula, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula altera, cum infertione feminum. c. C.) Semina gemella. d.) Semen folitarium reniforme. E.) Embryo denudatus.

A foliis fafciculatis & habitu fruticofo nota generis certior & facillima.

DCCCXLVI. AMOR-

DCCCXLVI. AMORPHA. Linn. *gen.* 861.

Calyx quinquedentatus. Cor. monopetala, ex ſolo vexillo absque alis & carina. Stam. ſubdiſcreta, ſ. baſi tantum inter ſe connata monadelpha. Legum. parvum, tuberculatum. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

Amorpha fruticoſa. Tab. 144. fig. 5.

Amorpha. Linn. *h. Cliff. t. 19. ſyſt. veg. 649.* Mill. *ic. t. 27.*

Ex herbario Bankſiano.

Per. Legumen parvum, vix trientem pollicis longum, ſubfalcatum aut lunatum, lenticulari compreſſum, plurimis granulis glanduloſis terebinthinaceum liquorem ſudantibus ſcabratum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculus brevis, e ſutura ſuperiore.

Sem. unum aut duo, oblonge reniformia, diſſite ſcrobiculata, glaberrima, ſublucida, ſaturate caſtanea.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum; utrumque tenuiſſimum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, gramineo-viridis. *Cotyl.* oblongæ, planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* breviſſima, incurva, centrifuga.

*

a.) Legumen cum calyce perſiſtente. b.) Idem denudatum. c.) Valvula ſeparata cum inſertione ſeminis. d. D.) Semen ſeparatum. E.) Embryo denudatus.

DCCCXLVII. HYMENÆA. Linn. *gen.* 512.
Courbaril. Plum. *t.* 36.

Calyx turbinatus, limbo quinquepartito. Cor. pentapetala, ſubæqualis. Stam. decem, diſcreta. Legum. lignoſum, pulpa exſucca farctum. Sem. involuta, exalbuminoſa. Embr. rectus: cotyledonibus ſulco depreſſo in ambitu diſcretis!

Hymenæa Courbaril. Tab. 145. fig. 1.

Jetaiba. Marcgr. *bras. 101. c. ic.* Pis. *bras. 60.*

Ceratia diphyllos antiguana, ricini majoris fructu nigro, ſiliqua grandi incluſa. Pluk. *phyt. t. 82. f. 2.*

Hymenæa. Linn. *ſyſt. veg. 392.*

E muſæo Storriano.

Per. Legumen grande, lignoſum, craſſum, oblongo-reniforme, extrorſum craſſeſcens ac obtuſum, uniloculare, evalve, pulpa ſicca farctum. *Pulpa* cavitatem leguminis exacte replens, extus pulvere lateritio-rubro conſperſa; intus alba, fungoſa, in innumeras philyras lineares arctiſſime ſibi incum-

 bentes

bentes solubilis atque insuper in tot portiones discretas separabilis, quot sunt semina, quibus arctissime adhæret, eaque tota obvolvit.

Rec. nullum, præter pulpam, in qua semina latent.

Sem. quatuor ad octo, grandia, elliptico-globosa, obsoletissime compressa, atra, *Umbilico* solido fungoso albo, superiorem s. concavam leguminis suturam respiciente, terminata.

Int. simplex, sublapideum, durissimum, anthracinum, intus sulco prominulo, cotyledonum rimæ immerso, notatum, & intra ipsam sulci substantiam nervo calcareo niveo ex umbilico oriundo insignitum.

Alb. nullum, nec ejus vestigium.

Emb. semini conformis, rectus, lutescens. *Cotyl.* crassæ, plano-convexæ, ad totum commissuræ suæ ambitum sulco depresso ab invicem discretæ & quasi hiantes. *Plum.* nulla. *Rad.* globulosa, retracta, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum, e minoribus. b.) Idem apertum, cum dimidia pulpæ parte relicta. c.) Portio pulpæ separata & a parte interiore spectata, ut philyræ lineares, e raphe media utrinque oriundæ, melius in conspectum veniant. d.) Semen denudatum. e.) Idem transverse sectum. f.) Embryo denudatus. g.) Cotyl. separatæ, cum situ & figura Radiculæ.

Hymenæa verrucosa. Tab. 139. fig. 7.

Tanjourou madagascariensium. Juss. *gen.* 351?

Fructus arboris e qua madagassæ resinam pellucidam flavam eliciunt. Cl. Herm. Pr. arg. *in litt.*

Legumen, respectu præcedentis, parvulum, perinde tamen durum atque coriaceo-suberosum; obovatum (a), turgidum, versus apicem crassius; extus confertissimis ac minutissimis punctis cinerascentibus, quasi muscarum stercore, conspersum, insuperque verrucis dissitis, depressiusculis, subpolyædris, lævigatissimis, splendentibus & saturate castaneis egregie variegatum; intus autem unico loculamento (b.) exsculptum atque pulpa sicca incomplete farctum. Receptac. (c.) unilaterale, crassum, fungosum, arcuatum (nisi id seminis abortivi pulpa sit). Pulpa semen obvolvens (d.) alba, fungosa, solida, nec in philyras secedens. Semen (e) unicum (altero forsan suffocato), ellipticum, utrinque planiusculum (f.), seu obsoletissime tetragonum, subsplendens, e ferrugineo rubrum. Integ. exterius sublapideum; interius croceum, quatuor sulcis (f.) introrsum prominulis distinctum. Embryo (g.) albus, in utroque latere sulco obsoleto inscriptus, in margine autem sulco profundo totam peripheriam ambiente exsculptus. Cotyled. (h. h) carnosæ, ad ambitum a sulco extenuatæ, in medio crassæ. Rad. globulosa, immersa, supera.

DCCCXLVIII. ROBINIA. Linn. *gen.* 879. Pſeudacacia. Tourn. *t.* 417.

Calyx campanulatus, obſolete quadrifidus. Cor. papilionacea. Stam. diadelpha. Legum. longum, compreſſum, uniloculare. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

Robinia Pſeudacacia. Tab. 145. fig. 2.

Pſeudo-acacia. Riv. *tetrap. t.* 63.

Acacia americana ſiliquis glabris. Seb. *theſaur.* 1. *t.* 15. *f.* 1.

Robinia racemi pedicellis unifloris, foliis impari pinnatis, ſtipulis ſpinoſis. Linn. *ſyſt. veg.* 668.

Per. Legumen oblongum, compreſſo-planum, juxta ſuturam ſeminiferam nervo longitudinali inſcriptum, & extra illum, in marginem membranaceum extenuatum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi umbilicales e ſutura marginata.

Sem. plura, ad ſedecim, reniformia, in roſtellum aduncum deſinentia, lenticulari-compreſſa, rufeſcentia.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, tenue; *interius* membranaceum, ab aqua in albuminis ſpeciem emolliendum.

Alb. nullum, aut tenuiſſimum.

Emb. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* oblongæ, plano-convexiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* teretiuſcula, inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum, cum inſertione ſeminum. c.) Semina ſeparata. D.) Embryo denudatus, & leviter explicatus.

DCCCXLIX. ANTHYLLIS. Linn. *gen.* 864. Vulneraria. Tourn. *t.* 211.

Calyx ventricoſus, quinquedentatus. Cor. papilionacea. Stam. decem, baſi monadelpha. Legum. calyce tectum, uniloculare. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

Anthyllis tetraphylla. Tab. 145. fig. 3.

Trifolium halicacabum. Cam. *hort. t.* 47.

Anthyllis hiſpanica. Riv. *tetrap. t.* 18. *f.* 2.

Anthyllis herbacea, foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus. Linn. *ſyſt. veg.* 654.

Per. Legumen intra calycem inflatum pubeſcentem quadridentatum latens, oblongum, ſubſemipollicare, membranaceum, tenuiſſimum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi breviſſimi, e ſutura rectiore.

Sem. duo, reniformi globoſa, gibba, ruſeſcenti-ferruginea, punctis elevatis confertiſſimis conſperſa, ut ſuperficies primo adſpectu holoſericea appareat.

Int. duplex: coriaceum & membranaceum, quorum poſterius ab aqua in albuminis gelatinoſi ſpeciem convertitur.

Alb. nullum, aut tenuiſſimum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* elliptico-reniformes, compreſſæ. *Plum.* nulla. *Rad.* fuſiformis, centrifuga.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem apertus, cum legumine integro. c.) Legumen apertum cum ſeminibus. D.) Semen auctum. E.) Embryo denudatus.

Anthyllis Barba jovis. ibid.

Barba jovis. Riv. *tetrap. t. 4. f. 1.* bene.

Anthyllis fruticoſa, foliis pinnatis æqualibus tomentoſis, floribus capitatis. Linn. *ſyſt. veg.* l. c.

Calyx maturus (a.) clauſus, tomentoſus, ſericeo-albus. Legumen (b.) parvulum, ovatum, utrinque attenuatum, turgide lenticulare, ex duplici lamina conflatum: exteriore ſct. membranacea, & interiore cartilagineo chartacea; cetera uniloculare, evalve ſ. non ſponte dehiſcens. Semen unicum (d.), reniforme, glabrum, ruſeſcenti ſtramineum. Embryo (E.) curvatus, luteus.

Legumen in hac, Nuculam, conſiſtentia ſua æmulatur.

DCCCL. PSORALEA. Linn. *gen.* 894.

Calyx turbinatus, ſemiquinquefidus, punctis calloſis adſperſus. Cor. papilionacea. Stam. decem, diadelpha. Legum. uniloculare, ſemini (an in omnibus?) arctiſſime adnatum. Sem. unicum, exalbuminoſum. Embr. curvatus.

Psoralea bituminoſa. Tab. 145. fig. 4.

Trifolium bituminoſum. Dod. *pempt. 566.* Besl. *Eyſt. æſtiv.* X. *t. 11. f. 1. 2.* Riv. *tetrap. t. 14.*

Pſoralea foliis omnibus ternatis, foliolis lanceolatis, petiolis lævibus, floribus capitatis. Linn. *ſyſt. veg. 686.*

Per. Legumen parvum, ex ventre ovato in roſtrum acuminatum longum deſinens. *Pars inferior* longitudine tubi calycis, lenticulari compreſſa, ſuperne ſetis rigidis divergentibus hiſpida; inferne autem punctis e caſtaneo fuſcis ſuper fundo pallide ochraceo conſperſa, tenuiſſima, unilocularis, ſemini arctiſſime adnata, ut non niſi ſcalpendo detrahi poſſit. *Roſtrum* ...

ventre ſeſquilongius, membranaceum, foliaceo - compreſſum, acinaciforme, ſtramineum, ſubcaducum.

Rec. obſoletum in leguminis margine inferiori, paulo ſupra baſin.

Sem. unicum, obovato - reniforme, lenticulare, glabrum, atrum, lucidum.

Int. duplex: *exterius* durum, fragile; *interius* membranaceum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, inverſus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, plano - convexiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* deorſum inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen cum calyce. b.) Idem denudatum. c.) Idem a ſetis atque villis repurgatum, ut roſtri continuitas cum parte ventrali melius in conſpectum veniat. d.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum inſertione ſeminis. e.) Semen ſeparatum. f.) Embryo denudatus.

DCCCLI. NISSOLIA. Linn. *gen.* 853.

Calyx quinquedentatus, inæqualis. Cor. papilionacea. Stam. decem, omnia inter ſe connata. Legum. articulatum, ala coriacea elliptica terminatum. Sem. ſubalbuminoſa. Embr. curvatus.

Nissolia fruticoſa. Tab. 145. fig. 5.

Niſſolia caule fruticoſo volubili. Jacq. *hiſt. amer.* 198. *t.* 179. *f.* 44. *hort.* 2. *t.* 167. Linn. *ſyſt. veg.* 641.

Ex herbario Bankſiano.

Per. Legumen ſemidigitale aut brevius, articulatum: articulis duobus aut tribus, vix pluribus, transverſim ſecedentibus, ſubſtantia fungoſa farctis: infimo ſubgloboſo, in pedunculum gracilem deorſum elongato; medio ſubcylindrico, aut nonnunquam plane deficiente: ſupremo in alam coriaceam, magnam, obovatam aut ellipticam, venoſam deſinente.

Rec. nullum aut obſoletum; ſemina ſubſtantiæ fungoſæ articulorum immerſa.

Sem. ſolitaria, ovato - reniformia, lenticulari - compreſſa, ferruginea.

Int. duplex: utrumque membranaceum; interius ab aqua in carnem albam emolliendum.

Alb. tenuiſſimum, album, ut fere nullum.

Emb. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, ſubfoliaceæ. *Plum.* nulla. *Rad.* incurva, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum, cum ſubſtantia ſua fungoſa in tres partes diviſa. c.) Ejusdem articuli ſeparati & verticaliter diſſecti, cum ſitu ſeminum. d.) Semina ſeparata. e.) Sectio ſeminis transverſa. F.) Embryo denudatus.

DCCCLII. CERATONIA. LINN. *gen.* 1167. Siliqua. TOURN. *t.* 344.

Flores nunc hermaphroditi, nunc ſexu diſtincti in ſeparatis ſtirpibus. Cal. minimus, quinquefidus. Cor. nulla. Stam. quinque, diſcreta. Legum. longum, pulpoſum. Sem. albuminoſa. Embr. rectus.

CERATONIA Siliqua. Tab. 146. fig. 1.

Siliqua. CAM. *epit.* 139. BLAKW. *herb. t.* 209.

Ceratonia. LINN. *ſyſt. veg.* 921.

PER. Legumen longum, quadripollicare & ultra, compreſſum, per exſiccationem tetragonum, ferrugineo-fuſcum, glabrum, carnoſum, multiloculare, evalve. Caro pulpoſa, per exſiccationem dura, cevernuloſa. Loculamenta octo aut plura, propria lamina chartacea veſtita.

REC. funiculi breves, e ſutura rectiore.

SEM. ſolitaria, obovata, turgide lenticularia, glabra, e ferrugineo caſtanea, ſublucida.

INT. duplex: *exterius* cartilagineum, durum; *interius* membranaceum, rufeſcens.

ALB. carnoſum, album, in medio craſſum, opacum, ad marginem vero extenuatum & pellucidum: ut embryo lutei annuli ſpecie transpareat.

EMB. rectus, luteus. *Cotyl.* ſuborbiculatæ, craſſæ, utrinque planæ, vaſis depreſſis inſcriptæ. *Plum.* minutiſſima, acuminata. *Rad.* breviſſima, ovato-globoſa, centrifuga.

a.) Legumen exſiccatum, integrum. b.) Idem longitudinaliter diſſectum. c.) Ejusdem ſectio transverſalis. d. d. d.) Seminum ſitus & figura. e. f.) Albumen decorticatum, cum margine cotyledonum annulari (α α.) transparente. g.) Seminis & cotyledonum (α.) ſectio transverſalis. h.) Embryo denudatus. i.) Cotyled. ſeparatæ. K.) Radic. & plumula ſeparata & aucta.

DCCCLIII. TAMARINDUS. TOURN. *t.* 445. LINN. *gen.* 46.

Calyx baſi turbinatus, limbo quadripartito deciduo. Stam. ſeptem aut novem, baſi coalita: tribus longioribus antheriferis, reliquis ſterilibus. Legum. corticatum, pulpoſum. Sem. exalbuminoſa. Embr. rectus.

TAMARINDUS occidentalis. Tab. 146. fig. 2.

Tamarindus. BLAKW. *herb. t.* 201. JACQ. *hiſt. amer.* 10. *t.* 10. & 179. *f.* 98. LINN. *ſyſt. veg.* 81.

PER. Legumen oblongum, obtuſum, leviter compreſſum, ad ſeminum ſedem ſubtoroſum, corticatum, pulpa farctum, pluriloculare, evalve. Cortex per ætatem ſuberoſo-cruſtaceus, fragilis. Pulpa mollis, acidula, ſub cortice tribus validis nervis longitudinalibus in margine obtuſiore ſtipata; intus in

in tria vel quatuor loculamenta divisa. Loculamenta membrana propria tenuissima vestita.

Rec. funiculi filiformes ex nervo pulpae medio.

Sem. solitaria, grandia, obovato-rotundata, compressa, in utroque latere obsolete gibbosula atque in medio stria circulari, quasi ocello, inscripta, ceterum glaberrima, lucida, castanea.

Int. simplex, crustaceum, durum.

Alb. nullum, nec ejus vestigium.

Emb. rectus, albus. *Cotyl.* crassae, carnosae, plano-convexae. *Plum.* diphylla, foliolis pinnatis, subduodecimjugis. *Rad.* ovato-globosa, retracta, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Pulpa denudata integra, cum suis nervis nutritiis in margine. c.) Legumen longitudinaliter apertum. d. d. d.) Seminum figura & situs naturalis. e.) Seminis testa aperta atque embryo denudatus. f.) Embryo solutus. g.) Cotyledones separatae cum plumula. G. H.) Plumula & radicula insigniter aucta.

Tamarindus orientalis differt legumine longiore & majori seminum numero. Conf. Rheed. mal. 1. t. 23. Rumph. amb. 2. t. 23. Blakw. t. 221.

DCCCLIV. GLEDITSCHIA. Linn. *gen.* 1159.

Flores hermaphroditi aut sexu distincti in separatis stirpibus. MAS. Cal. trifidus. Cor. tripetala. Stam. sex. HERM. Cal. quadrifidus. Cor. tetrapetala. Stam. sex. Legum. ut in feminis. FEM. Cal. quinquefidus. Cor. pentapetala. Legum. latum, foliaceo-compressum. Sem. albuminosa. Embr. rectus.

Gleditschia triacantha. Tab. 146. fig. 3.

Acacia abruce folio triacanthos, capsula ovali unicum semen claudente. Catesb. *carol.* 1. *p.* 43. *t.* 43. Seligm. *av. t.* 86.

Gleditsia caule spinis triplicibus axillaribus. Linn. *syst. veg.* 918.

A *Ph.* Millero. chels.

Per. Legumen coriaceum, tenue, valde compressum, pedicellatum, inique ellipticum, uniloculare, bivalve, vix tamen sponte dehiscens, quia Valvulae extra loculamenti cavitatem tenui substantia cellulosa inter se connexae.

Rec. funiculus umbilicalis longus, tortuosus e gibbosiore leguminis margine oriundus.

Sem. unicum, ellipticum, utrinque planiusculum, durum, glaberrimum, lucidum, luteo-spadiceum.

Int. simplex, cartilagineum, in aqua mollescens.

Alb.

Alb. carnosum, album, in medio crassum & opacum, ad latera valde extenuatum & transparens.

Emb. rectus, luteus. *Cotyl.* ovatae, juxta radiculam profunde emarginatae, crassiusculae, utrinque planae. *Plum.* diphylla, foliolis pinnatis decemjugis. *Rad.* ovato-globosa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum, cum seminis figura atque situ naturali. c.) Funiculus umbilicalis. d.) Seminis sectio transversalis. e.) Embryo ab uno latere denudatus, albumini adhaerens. f.) Cotyledones separatae. g. G.) Plumula cum radicula.

Alteram varietatem, cui Legumen maximum, latum, compressissimum, dissepimentis plurimis transversis, isthmisque pulpa repletis stipatum, Linn. l. c. tribuit, nondum vidi.

DCCCLV. SENNA. Tourn. t. 390.

Calyx quinquepartitus, deciduus. Cor. pentapetala, petalis inferioribus majoribus. Stam. decem, discreta, antheris tribus supremis sterilibus, reliquis foecundis & harum tribus infimis arcuatis. Legum. membranaceum, pluriloculare. Sem. albuminosa. Embr. rectus.

Senna officinalis. Tab. 146. fig. 4.

Senna. Dod. *pempt. 361.*

Senna alexandrina & italica. Moris. *hist. 2. S. 2. t. 24. f. 1. 2.*

Cassia foliis sejugis subovatis, petiolis eglandulatis. Linn. *syst. veg. 393.*

Per. Legumen ovato-reniforme, membranaceum, foliaceo-compressum, ad seminum sedem torosum, striis capillaribus transversis parallelis notatum, sex-l. novem loculare, bivalve. Dissepimenta transversalia, tenuissima.

Rec. funiculi capillares recti e sutura interna f. concava.

Sem. solitaria, obcordato-oblonga, rostellata, utrinque planiuscula, versus peripheriam in marginem acutum declivia, scrobiculato-rugosa, ligula lineari pallida ex rostello & supra eam in medio macula parva castanea atque splendente in utroque latere notata; caeterum pallide cinerea.

Int. simplex, crustaceum, durum.

Alb. crassum, vitreo pellucidum, integerrimum, embryonem totum involvens.

Emb. rectus, luteus. *Cotyl.* obcordatae, trinerviae, utrinque planae. *Plum.* nulla. *Rad.* subulata, brevis, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum. c. C. d. D.) Semina in situ, atque soluta. E.) Semen dissectum, cum situ cotyledonum intra albumen. f. F.) Embryo denudatus.

DCCCLVI. CASSIA

DCCCLVI. CASSIA. Tourn. *t.* 392. Linn. *gen.* 514.

Flos Sennæ. Legum. longum, teres, lignoſum, evalve, pluriloculare. Loculamenta pulpa farcta. Sem. albuminoſa: albumine rima utrinque inciſo. Embr. rectus.

Cassia Fiſtula. Tab. 147. fig. 1.

Conna. Rheed. *mal. 1. p. 37. t. 21.*

Caſſia fiſtula. Comm. *hort. amſt. 1. p. 215. t. 110.* Rumph. *amb. 2. p. 83. t. 21.* Valent. *mus. 1. p. 341. c. ic.* Blakw. *herb. t. 381.*

Caſſia foliis quinquejugis ovatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. Linn. *ſyſt. veg. 393.*

Per. Legumen lignoſum, cylindricum, longiſſimum (ſubbipedale), pollicem circiter craſſum, in dorſo ſulcis duobus elevatis obſoletis, ſuturæ indicibus notatum, corticatum, multiloculare, evalve. Cortex tenuis, membranaceus, nigro-fuſcus. Diſſepimenta lignoſa tenuia. Loculamenta ſupra ſeptuaginta, pulpa molli, ſemen involvente, farcta.

Rec. funiculi capillares, e ſutura ſpuria biſulca oriundi.

Sem. ſolitaria, elliptica, craſſa, utrinque planiuſcula, in latere inferiori linea longitudinali depreſſa notata, ceterum glaberrima, ſplendentia, luteſcentia.

Int. ſimplex, ſubcartilagineum, durum.

Alb. carnoſum, craſſum, opacum, album, juxta marginem rimâ longitudinali in utroque latere inciſum.

Emb. rectus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, carnoſæ, utrinque planæ, ſed tranſverſim ſigmoideo-flexuoſæ. *Plum.* diphylla, foliolis pinnatis conduplicatis quinquejugis uno verſu diſpoſitis. *Rad.* ſubgloboſa, centrifuga.

*

α. a.) Legumen integrum. β. b.) Idem apertum. c. d.) Seminis latus ſuperius atque inferius. e.) Ejuſdem ſectio tranſverſalis. f.) Albumen denudatum, cum rima ſua longitudinali, pro tranſmittendo cotyledonum margine. h. H.) Embryo ſolutus. I.) Cotyled. tranſverſim ſectæ. K. L.) Plumula cum radicula.

In fructibus vetuſtis loculamentorum pulpa valde extenuatur atque diaphragmatibus ſub ſpecie tenuis orbiculi (b.) carnoſi utrinque adhæret.

Caſſia *Bacillus.* Nob.

Caſſia fiſtula indica, flore carneo, Jægeri. Breyn. *prodr. 2. p. 51.*

Ab amiciſſ. meo Hudsono.

Legumen præcedenti ſimillimum, ſaltem paululum gracilius & in ſuperficie ſua externa annulis obſoletis, ad diaphragmatum ſedem, inſcriptum. Loculamenta atque diaphragmata perinde lignoſa ut in præcedenti, ſed char-

chartaceæ propemodum tenuitatis. Pulpa coriaceo-fungoſa, exſucca, ſubrubicunda, totum loculamentum replens, atque intus & in meditullio ſuo propria cavitate exculpta, quæ etiam peculiari membrana veſtita, & in ampliuſculam concamerationem lenticularem pro ſemine laxata eſt. Semen per ſingula puncta præcedenti ſimillimum. Albumen etiam ut in priori, ſed rimæ magis a margine remotæ & fere in medio poſitæ. Embryo ſeminis latitudini contrarius: cotyledonibus anguſtis, argutius flexuoſis. Plumula omnino ut in præcedenti, ſed ſejuga.

DCCCLVII. MORINGA. Juss. p. 348.

Calyx profunde quinquefidus deciduus. Cor. pentapetala, petalis non unguiculatis æqualibus: quatuor inferioribus; uno ſuperiore arrecto. Stam. decem, diſcreta, inæqualia. Capſ. longiſſima, ſubulata, trivalvis, unilocularis. Sem. globoſa, triptera aut aptera, exalbuminoſa. Embr. rectus.

MORINGA pterygoſperma. Tab. 147. fig. 2.

Muringu. RHEED. *mal. 6. p. 19. t. 11.*

Morunga mas & femina. RUMPH. *amb. 1. p. 184. t. 74. 75.*

Moringha zeylanica, foliorum pinnis pinnatis, flore majore, fructu anguloſo. BURM. *zeyl. 162. t. 75.*

Guilandina inermis, foliis ſubbipinnatis: foliolis inferioribus ternatis. LINN. *ſyſt. veg. 396.*

E collect. ſem. hort. lugdb.

PER. Capſula leguminoides, fungoſo-coriacea, longiſſima, ſubulata, ſulcata, triquetra, unilocularis, trivalvis. Valvulæ craſſæ introrſum angulatæ & in ipſo angulo interno ſcrobiculis amplis rotundis, pro ſeminibus, excavatæ.

REC. cicatricula parva, in angulo valvularum centrali ſupra ſingulum ſcrobiculum, e qua funiculus brevis ad ſemen deſcendit.

SEM. plura, ad octodecim, ſimplici ſerie longitudinali digeſta, ſubgloboſa, obſolete trigona, ſordide fuſca, tribus *Alis* ovato-oblongis, membranaceis, aveniis, diaphanis, pallidis ſtipata.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, tenue, in alas ampliatum; *interius* membranaceo-ſpongioſum, candidiſſimum, tribus vaſorum nutritiorum faſciolis notatum.

ALB. nullum, nec ejus veſtigium.

EMB. turbinato-globoſus, ſubtrigonus, albus. *Cotyl.* craſſiſſimæ, plano-convexæ, ſubcoalitæ. *Plum.* nulla. *Rad.* globuloſa, minutiſſima, ſupera.

*

a.) Capſula integra. b.) Ejus ſectio transverſalis. c. c.) Valvulæ pars ſuperior, a latere interno ſpectata. d.) Semen integrum. e.) Integum. externum transverſe ſectum. f.) Nucleus propria ſua membrana nivea veſtitus. g.) Embryo denudatus. h.) Cotyledones ſeparatæ.

Moringa

Moringa *aptera*, quæ *Balanus myrepſica* & *Been album*. Offic. habet ſemina præcedentibus duplo grandiora, turbinata, rotunde trigona, nivea, absque ullo alarum veſtigio. Interna autem eorum ſtructura prioribus per ſingula puncta conformis eſt.

Pericarpium Moringæ, legumen dici nequit, quia ſemina non marginibus, ſed ipſi valvularum medio affixa ſunt.

DCCCLVIII. GUILANDINA. Linn. *gen.* 517.
Bonduc. Plum. *t.* 39.

Calyx urceolatus profunde quinquefidus. Cor. pentapetala, ſubæqualis, petalis non unguiculatis. Stam. decem, diſcreta, baſi villoſa. Legum. ventricoſo-compreſſum, uniloculare, bivalve. Sem. pauca, lapidea, exalbuminoſa. Embr. rectus.

Guilandina Bonduccella. Tab. 148. fig. 1.

Caretti. Rheed. *mal.* 2. *p.* 35. *t.* 22.

Globuli majores. Rumph. *amb.* 5. *p.* 92. *t.* 49. *f.* 1.

Criſta pavonis glycyrrhizæ foliis minor repens ſpinoſiſſima; flore luteo ſpicato minimo, ſiliqua latiſſima echinata, ſemine rotundo cinereo lineis circularibus cincto majore. Breyn. *ic. p.* 33. *t.* 28.

Guilandina aculeata, pinnis oblongo ovatis, foliolis aculeis geminis. Linn. *ſyſt. veg.* 396.

A *Phil.* Millero chels.

Per. Legumen grandiuſculum, ovato-rhomboideum, in medio ventricoſum ad latera vero compreſſum ſ. turgide lenticulare, undique ſpinis rigidis, vix tamen pungentibus, ehinatum, extus ſpadiceo-ferrugineum, intus pallidum, uniloculare, bivalve. Valvulæ intus glaberrimæ, absque ullo diſſepimenti veſtigio.

Rec. funiculi breves, compreſſi, e ſutura rectiore aut concava.

Sem. pauca, duo aut tria, ovato globoſa, glaberrima, ſplendentia, quaſi tenuiſſimis fiſſuris parallelis atque annularibus rimoſa, attamen integerrima, e plumbeo-livida aut cæſia, areola fuſca ad umbilicum notata.

Int. lapideum, craſſum, ex triplici lamina compaginatum: *extima* ſcil. vitrea, lævigatiſſima, tenui; *media* craſſiore, lapidea, ochraceo-fuſca; *intima* oſſea, albicante: omnibus tamen ita inter ſe cohærentibus, ut nullo modo ab invicem ſolvi queant.

Alb. nullum, nec ejus veſtigium.

Emb. globoſus, albus. *Cotyl.* craſſiſſimæ, plano-convexæ. *Plum.* grandiuſcula; ſcapo tereti longo; foliolis oppoſitis, pinnatis, octijugis cum impari. *Rad.* depreſſe conica, retracta, centrifuga.

 1.) Le-

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula a parte interna ſpectata. c.) Seminis figura & inſertio. e.) Embryo denudatus. f.) Cotyledon in aqua emollita & a parte ſua interna ſpectata, cum Plumulæ magnitudine naturali. G.) Plumula inſigniter aucta.

Guilandina *Bonduc.* LINN. quoad legumen præcedenti ſimillima eſt. Semina autem ejus ſunt flavicantia, zonis parallelis (fig. d.) croceis, annularibus aut interruptis, egregie variegata. Integum. pariter lapideum, ſed lamina media coloris ſaturate roſei aut incarnati. Reliqua omnia ut in priori.

Major eſt inter Cæſalpiniam atque Guilandinam, quam inter hanc atque Moringam affinitas.

DCCCLIX. CROTALARIA. LINN. *gen.* 862.

Calyx urceolatus trifidus. Cor. papilionacea. Stam. omnia connata cum fiſſura dorſali. Legum. inflatum, pedicellatum, uniloculare. Sem. uncinulato-roſtellata, albuminoſa. Embr. curvatus.

CROTALARIA retuſa. Tab. 148. fig. 2.

Tendale-cotti. RHEED. *mal. 9. p. 45. t. 25.*

Crotalaria major. RUMPH. *amb. 5. p. 278. t. 96. f. 1.*

Crotalaria aſiatica, floribus luteis, folio ſingulari cordiformi. HERM. *lugdb. p. 200. t. 201.*

Crotalaria foliis ſimplicibus oblongis cuneiformibus retuſis. LINN. *ſyſt. veg.* 649.

PER. Legumen oblongum, ſurſum ampliatum, inflatum, ad latera turgidum, ſecundum ſuturam ſeminiferam depreſſum & verſus baſin ſenſim in pedunculum attenuatum, chartaceum, uniloculare, bivalve.

REC. funiculi breves, e ſutura depreſſa.

SEM. plura, quindecim ad viginti, obeſula, trigono-reniformia, in roſtellum a ſemine diſtans & uncinulatum deſinentia, glabra, lucida, nigro-caſtanea aut helvola.

INT. duplex: cartilagineum, durum; & membranaceum, ferrugineo-fuſcum.

ALB. vitreo-pellucidum, ab aqua in gelatinam convertibile.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovato-reniformes, planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* fuſiformis, inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem transverſe ſectum. c.) Valvula ſeparata cum inſertione ſeminum. d.) Semina ſoluta. E.) Embryo intra albumen. F.) Idem ſolutus & leviter explicatus.

DCCCLX. ACA-

DCCCLX. ACACIA. Tourn. *t.* 375.

Calyx tubulosus, tri - l. quinquedentatus. Cor. mono - aut pentapetala, aut nulla. Stam. quatuor ad decem aut plurima, discreta aut inter se connata. Legum. continuum s. non articulatum, bivalve. Sem. plura, albuminosa. Embr. rectus.

Acacia virgata. Tab. 148. fig. 3.

Nitu - todda - vaddi. Rheed. *mal.* 9. *p.* 35. *t.* 20.

Mimosa orientalis non spinosa, rarioribus ramis, floribus spicatis. Pluk. *phyt. t.* 307. *f.* 4.

Mimosa inermis erecta angulata, foliis bipinnatis, spicis decandris: inferioribus castratis masculis, caule erecto angulato. Linn. *syst. veg.* 915.

Icon. Jacq. *hort. t.* 80.

Per. Legumen lineari - oblongum, planiusculum, ad semina obsolete torulosum, sutura filiformi incrassata utrinque marginatum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi capillares, e sutura interiore s. rectiore.

Sem. plura, duodecim ad viginti, rhomboidea, gibbose lenticularia, stria ocellari elliptica ex umbilico utrinque notata, glabra, lucida, saturate castanea.

Int. simplex, cartilagineo - coriaceum.

Alb. aqueo - pallidum, in medio crassum, durum, ab aqua in gelatinam convertibile.

Emb. rectus, lutescens. *Cotyl.* foliaceæ, cordato - rhomboideæ. *Plum.* nulla. *Rad.* teretiuscula, exserta, recta, centrifuga.

*

a.) Legumina integra in pedunculo communi. b.) Valvula separata. c. c. c. C.) Semina integra. D.) Seminis sectio transversalis, cum situ cotyledonum intra albumen. E.) Ejusdem sectio verticalis, cum embryone denudato. F.) Cotyledones separatæ.

Genus, respectu florum perinde atque leguminum, polymorphum, judiciose autem a summo Tournefortio in duo divisum: quorum alterum *Acacias*, legumine continuo, & alterum *Mimosas*, legumine articulato, complectitur.

DCCCLXI. INDIGOFERA. Linn. *gen.* 889.

Calyx patens, quinquedentatus. Cor. papilionacea: carina utrinque calcare subulato patulo. Stam. diadelpha. Legum. lineari - oblongum, sæpius tetragonum. Sem. cuboidea, exalbuminosa. Embr. curvatus.

Indigofera sumatrana. Tab. 148. fig. 4.

Ab amiciss. Dn. Hudson.

Per. Legumen lineari oblongum, subfalcatum, rhombeo - tetragonum, ad semina

mina torulosum, multiloculare, bivalve. Dissepimenta spongioso membranacea, a valvulis facile separabilia.

Rec. funiculi breves, e sutura concava.

Sem. solitaria, in universum autem subduodena, reniformi - cubica, glabra, pallide viridula, punctis duobus callosis nigris infra umbilicum notata.

Int. simplex, cartilagineo - coriaceum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovato - reniformes, hinc gibbae l. angulatae, inde planae. *Plum.* nulla. *Rad.* fusiformis, inflexa, centrifuga.

*

a. a. a) Fructus racemosus integer, leguminibus recurvatis pendulis. b) Valvula cum seminibus. c. C.) Semina separata. D.) Semen verticaliter apertum, cum embryone in situ naturali. E.) Embryo solutus.

Cubica s. reniformi - retusa seminum forma, plurimis, si non omnibus Indigoferae speciebus communis esse videtur.

DCCCLXII. ONOBRYCHIS. Tourn. *t.* 211.

Corolla papilionacea: carinâ rectangula; alis omnium brevissimis. Legum. uniloculare, sutura altera cristatum, cribrose corticatum. Sem. exalbuminosa. Embr. curvatus.

Onobrychis Crista galli. Tab. 148. fig. 5.

Onobrychis s. Caput galli minus, fructu maximo insigniter echinato. Triumf. *obs. 65.*

Hedysarum foliis pinnatis, leguminibus monospermis aculeatis: cristae laciniis lanceolatis denticulatis. Linn. *syst. veg. 676.*

Per. Legumen subsemipollicare, ovato - oblongum, cristatum, corticatum, uniloculare, bivalve. Cortex coriaceus, cribrosus, aculeatus. Valvulae cartilagineae, glaberrimae, margine suturae seminiferae opposito interrupte cristatae: cristis oblongis, denticulatis.

Rec. funiculi breves, e sutura cristae opposita.

Sem. unum l. duo, subreniformia, turgide lenticularia, glabra, non lucida, e luteo rufescentia.

Int. simplex, coriaceum, intus subspongiosum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* carnosae, plano - convexae. *Plum.* diphylla, foliolis ternatis linearibus. *Rad.* subulata, inflexa, centrifuga.

*

a.) Fructus integer. b.) Legumen proprium denudatum, cum reclinata corticis cribrosi valvula. c.) Loculamentum apertum, cum seminibus in situ naturali. d.) Semina soluta. E.) Cotyledones separatæ.

DCCCLXIII. GLYCYRRHIZA. Tourn. t. 210. Linn. *gen.* 882.

Calyx bilabiatus: labio superiore trifido; inferiore simplici. Cor. papilionacea. Stam. diadelpha. Legum. breve, compressiusculum, uniloculare. Sem. exalbuminosa. Embr. curvatus.

Glycyrrhiza echinata. Tab. 148. fig. 6.

Dulcis radix. Cam. *epit. 423.*

Pseudo-glycyrrhiza. Riv. *tetr. t. 3.* bene.

Glycyrrhiza leguminibus echinatis, foliis stipulatis, foliolo impari sessili. Linn. *syst. veg. 669.*

Icon. Jacq. *hort. t. 95.*

Per. Legumen ovato-lanceolatum, subsemipollicare, lenticulari-compressum, dimidia sua parte superiore spinis pungentibus armatum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi breves, e sutura interiore s. rectiore.

Sem. duo, reniformia, glabra, ad umbilici foramen annulo tumido cartilagineo notata, rufescentia.

Int. simplex, cartilagineo-coriaceum, intus subcarnosum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovato-reniformes, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* clavata, inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Ejus sectio transversalis. c.) Idem dehiscens, cum seminum situ & figura. D.) Semen auctum. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyled. explicatæ.

DCCCLXIV. ADENANTHERA. Linn. *gen.* 526.

Calyx minimus quinquedentatus. Cor. pentapetala æqualis. Stam. decem discreta: Antheris apice extus glandulosis. Legum. longissimum, compressum. Sem. lenticularia, albuminosa. Embr. rectus.

Adenanthera pavonina. Tab. 149. fig. 1.

Mandsiadi. Rheed. *mal. 6. p. 25. t. 14.*

Corallaria parvifolia. Rumph. *amb. 3. p. 173. t. 109.*

Adenanthera foliis utrinque glabris. Linn. *syst. veg. 398.*

E collect. Banksiana.

PER. Legumen longiſſimum (ſubpedale), compreſſum, ad ſuturas repandum & ad ſemina obſolete toroſulum, glabrum, uniloculare, bivalve. Valvis poſt dehiſcentiam ſpiraliter & laxe contortis.

REC. funiculi valde diſſiti, e ſutura concava.

SEM. pauca in ratione ad longitudinem leguminis, octona aut duodena, diſſita, obovato-rotundata, turgide lenticularia, ſtria ocellari utrinque in medio inſcripta, lævigatiſſima, nitidiſſima, vividiſſime coccinea.

INT. ſimplex, cruſtaceum, durum, tenue.

ALB. craſſum, carnoſum, opacum, album.

EMB. rectus, luteſcens. *Cotyl.* orbiculatæ, plano-convexæ. *Plum.* minutiſſima, acuminata, bifida, ut fere nulla. *Rad.* brevis, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum, e minoribus. b.) Valvula ſeparata cum inſertione ſeminum. c.) Semina ſoluta.* d.) Semen transverſe ſectum, cum ſitu cotyledonum intra albumen. e.) Embryo denudatus. f.) Cotyled. ſeparatæ. G.) Rad. cum plumula magnitudine inſigniter aucta.

DCCCLXV. SOPHORA. LINN. *gen.* 508.

Calyx urceolatus quinquedentatus. Cor. papilionacea pentapetala. Stam. decem diſcreta. Legum. pedicellatum, elongatum, moniliforme (aut in variis varium *Linn.*). Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

SOPHORA tomentoſa. Tab. 149. fig. 2.

Colutea zeylanica argentea tota. HERM. *lugdb. 169. t. 171.*

Sophora foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubrotundis tomentoſis. LINN. *ſyſt. veg. 391.*

E collect. Bankſiana.

PER. Legumen pedicellatum, moniliforme, ſericeo tomentoſum, album, pluriloculare, bivalve. Loculamenta iſthmis ſpongioſis intercepta. Valvulæ vix dehiſcentes.

REC. funiculi breves, e ſutura interiore ſ. concava.

SEM. ſolitaria, in univerſum quaterna aut paulo plura, ſubgloboſa, utrinque in brevem mucronem attenuata, ad umbilicum foveola oblonga excavata, glabra, e ſpadiceo-caſtanea, aut helvola.

INT. duplex: *exterius* chartaceum, duriuſculum; *interius* membranaceo-ſpongioſum, juxta umbilici regionem inſigniter incraſſatum.

ALB. nullum.

EMB. globoſus, curvatus, luteus, in regione umbilicali lata area depreſſa atque irregulari, ab integumenti interni protuberantia, exſculptus. *Cotyl.* craſſæ, carnoſæ, intus concavæ aut planæ, extus convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* breviſſima, incurva, centrifuga.

a.) Legumen

*

a.) Legumen integrum. b.) Loculamentum infimum apertum, cum femine in fitu naturali. c.) Semen a parte foveæ umbilicalis fpectatum. d.) Embryonis denudati latus umbilicale. e.) Ejusdem pars dorfalis. f.) Cotyled. explicatæ.

SOPHORA auftralis. ibid.

Sophora foliis ternatis fubfeffilibus glabris, ftipulis enfiformibus. LINN. *fyft. veg. 391.*

Ex horto regio Kewenfi.

Legumen (a.) pedicellatum, inflatum, juxta futuram feminiferam (b.) turgidum, in oppofito autem latere, compreffo-carinatum, chartaceum, nigrofufcum, rorulentum, uniloculare, bivalve. Receptac. (c.) fungofum, album, in varios proceffus conoideos, loco funiculorum umbilicalium definens, quibus femina multiplici ferie affixa. Semina (d.) numerofa, reniformia, glabra, gilva. Integumenti lamina interna fubcarnofa, alba. Embryo (e.) luteus, curvatus.

Hæc, a calyce & fructu, omnino majorem cum Crotalaria, quam cum Sophora habet affinitatem.

DCCCLXVI. CLITORIA. LINN. *gen.* 869. Ternatea. TOURN. *act. gall.* 1706. *t.* 1.

Calyx tubulofus quinquedentatus. Cor. papilionacea fupinata, vexillo magno alas breves & carinam breviorem obumbrante. Legum. lineari-elongatum, compreffiufculum. Sem. exalbuminofa. Embr. curvatus.

CLITORIA Ternatea. Tab. 149. fig. 3.

Flos cæruleus. RUMPH. *amb. 5. p. 56. t. 31.*

Flos clitorius Breynii. COMM. *hort. amft. 1. t. 24.* femina optime.

Phafeolus foliis pinnatis. RIV. *tetr. t. 34.*

Clitoria foliis pinnatis. LINN. *fyft. veg. 660.*

PER. Legumen anguftum, elongatum, digitale & ultra, lenticulari-compreffum, enode, fubpubefcens, pallidum, ftylo fubulato longiufculo terminatum, pluriloculare, bivalve. Diffepimenta tenuia, e valvularum membrana interna cellulofa & candidiffima formata.

REC. funiculi compreffi, e futura concava.

SEM. folitaria, in univerfum feptena ad duodena, ovato-reniformia, ad alteram extremitatem quafi truncata, compreffiufcula, utrinque gibbofula, cetera vero glabra, e caftaneo fufca.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum; utrumque tenue.

ALB. nullum.

Per. Legumen longiſſimum (ſubpedale), compreſſum, ad ſuturas repandum & ad ſemina obſolete toroſulum, glabrum, uniloculare, bivalve. Valvis poſt dehiſcentiam ſpiraliter & laxe contortis.

Rec. funiculi valde diſſiti, e ſutura concava.

Sem. pauca in ratione ad longitudinem leguminis, octona aut duodena, diſſita, obovato-rotundata, turgide lenticularia, ſtria ocellari utrinque in medio inſcripta, lævigatiſſima, nitidiſſima, vividiſſime coccinea.

Int. ſimplex, cruſtaceum, durum, tenue.

Alb. craſſum, carnoſum, opacum, album.

Emb. rectus, luteſcens. *Cotyl.* orbiculatæ, plano-convexæ. *Plum.* minutiſſima, acuminata, bifida, ut fere nulla. *Rad.* brevis, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum, e minoribus. b.) Valvula ſeparata cum inſertione ſeminum. c.) Semina ſoluta. d.) Semen transverſe ſectum, cum ſitu cotyledonum intra albumen. e.) Embryo denudatus. f.) Cotyled. ſeparatæ. G.) Rad. cum plumula magnitudine inſigniter aucta.

DCCCLXV. SOPHORA. Linn. *gen.* 508.

Calyx urceolatus quinquedentatus. Cor. papilionacea pentapetala. Stam. decem diſcreta. Legum. pedicellatum, elongatum, moniliforme (aut in variis varium *Linn.*). Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

Sophora tomentoſa. Tab. 149. fig. 2.

Colutea zeylanica argentea tota. Herm. *lugdb. 169. t. 171.*

Sophora foliis pinnatis: foliolis numeroſis ſubrotundis tomentoſis. Linn. *ſyſt. veg. 391.*

E collect. Bankſiana.

Per. Legumen pedicellatum, moniliforme, ſericeo tomentoſum, album, pluriloculare, bivalve. Loculamenta iſthmis ſpongioſis intercepta. Valvulæ vix dehiſcentes.

Rec. funiculi breves, e ſutura interiore ſ. concava.

Sem. ſolitaria, in univerſum quaterna aut paulo plura, ſubgloboſa, utrinque in brevem mucronem attenuata, ad umbilicum foveola oblonga excavata, glabra, e ſpadiceo-caſtanea, aut helvola.

Int. duplex: *exterius* chartaceum, duriuſculum; *interius* membranaceo-ſpongioſum, juxta umbilici regionem inſigniter incraſſatum.

Alb. nullum.

Emb. globoſus, curvatus, luteus, in regione umbilicali lata area depreſſus atque irregulari, ab integumenti interni protuberantia, exſculptus. Cotyl. craſſæ, carnoſæ, intus concavæ aut planæ, extus convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* breviſſima, incurva, centrifuga.

a.) Legum

a.) Legumen integrum. b.) Loculamentum infimum apertum, cum femine in fitu naturali. c.) Semen a parte foveæ umbilicalis fpectatum. d.) Embryonis denudati latus umbilicale. e.) Ejusdem pars dorfalis. f.) Cotyled. explicatæ.

SOPHORA auftralis. ibid.

Sophora foliis ternatis fubfeffilibus glabris, ftipulis enfiformibus. LINN. *fyft. veg. 391.* Ex horto regio Kewenfi.

Legumen (a.) pedicellatum, inflatum, juxta futuram feminiferam (b.) turgidum, in oppofito autem latere, compreffo-carinatum, chartaceum, nigrofufcum, rorulentum, uniloculare, bivalve. Receptac. (c.) fungofum, album, in varios proceffus conoideos, loco funiculorum umbilicalium definens, quibus femina multiplici ferie affixa. Semina (d.) numerofa, reniformia, glabra, gilva. Integumenti lamina interna fubcarnofa, alba. Embryo (e.) luteus, curvatus.

Hæc, a calyce & fructu, omnino majorem cum Crotalaria, quam cum Sophora habet affinitatem.

DCCCLXVI. CLITORIA. LINN. *gen.* 869. Ternatea. TOURN. *act. gall.* 1706. *t.* 1.

Calyx tubulofus quinquedentatus. Cor. papilionacea fupinata, vexillo magno alas breves & carinam breviorem obumbrante. Legum. lineari-elongatum, compreffiufculum. Sem. exalbuminofa. Embr. curvatus.

CLITORIA Ternatea. Tab. 149. fig. 3.

Flos cæruleus. RUMPH. *amb. 5. p. 56. t. 31.*

Flos clitorius Breynii. COMM. *hort. amft. 1. t. 24.* femina optime.

Phafeolus foliis pinnatis. RIV. *tetr. t. 34.*

Clitoria foliis pinnatis. LINN. *fyft. veg. 660.*

PER. Legumen anguftum, elongatum, digitale & ultra, lenticulari-compreffum, enode, fubpubefcens, pallidum, ftylo fubulato longiufculo terminatum, pluriloculare, bivalve. Diffepimenta tenuia, e valvularum membrana interna cellulofa & candidiffima formata.

REC. funiculi compreffi, e futura concava.

SEM. folitaria, in univerfum feptena ad duodena, ovato-reniformia, ad alteram extremitatem quafi truncata, compreffiufcula, utrinque gibbofula, cetera vero glabra, e caftaneo fufca.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum; utrumque tenue.

ALB. nullum.

Emb. curvatus, e luteo virideſcens. *Cotyl.* reniformes, extus gibboſulæ, intus planæ. *Plum.* nulla. *Rad.* uncinulata, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula cum inſertione ſeminum. c.) Semina ſeparata. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyled. ſeparatæ.

Plumulæ defectu a *Phaſeolis* & *Viciis* facile diſcernitur. *Schonga-cuſpi.* Rheed. mal. 8. p. 69. t. 38. propter foliola obovata, noſtra eſſe nequit.

DCCCLXVII. POINCIANA. Tourn. *t.* 391. Linn. *gen.* 515.

Calyx turbinatus, limbo quinquepartito inæquali deciduo. Cor. pentapetala, petalis unguiculatis, quatuor æqualibus, quinto majore aut minore. Stam. decem diſcreta baſi hirſuta. Legum. oblongum pluriloculare. Sem. albuminoſa. Embr. rectus.

Poinciana pulcherrima. Tab. 150. fig. 1.

Tsjetti-mandaru. Rheed. *mal.* 6. *p.* 1. *t.* 1.

Frutex pavoninus, criſta pavonis. Breyn. *cent.* 61. *t.* 22.

Poinciana aculeis geminis. Linn. *ſyſt. veg.* 395.

A *Phil.* Millero chels.

Per. Legumen oblongum, compreſſiuſculum, coriaceum, pluriloculare, bivalve. Diſſepimenta craſſiuſcula, e ſetis rigidis denſe conſtipatis formata.

Rec. funiculi breves, craſſi, e ſutura rectiore.

Sem. ſolitaria, in univerſum octona aut paulo plura, ovato-quadrangula, craſſa, utrinque plana, lævia, ſubſplendentia, e caſtaneo rufeſcentia.

Int. ſimplex, cartilagineo-coriaceum, tenue, intus ſpongioſum.

Alb. carnoſum, aqueo-albicans, tenue.

Emb. rectus, luteſcens. *Cotyl.* ovatæ, carnoſæ, utrinque planæ. *Plum.* grandiuſcula, diphylla: foliolis pinnatis ſejugis absque impari. *Rad.* ovato-acuminata, retracta, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum. c.) Semen ſeparatum. d.) Embryonis ſitus intra albumen. e.) Idem denudatus. f.) Cotyled. ſeparatæ. G.) Plumula inſigniter aucta.

DCCCLXVIII. DOLICHOS. Linn. *gen.* 867.

Calyx brevis quadridentatus. Cor. papilionacea: vexillo baſi callis duobus parallelis alas ſubtus comprimentibus. Stam. diadelpha. Legum. varium. Sem. exalbuminoſa, callo ad umbilicum craſſo, oblongo aut annulari. Embr. curvatus.

Dolichos

Dolichos Lablab. Tab. 150. fig. 2.

Phaseolus peregrinus XIIII. Leblab. Clus. *hist. 2. p. 227.*

Phaseolus. Riv. *tetr. t. 29. f. 4.*

Dolichos volubilis, leguminibus ovato-acinaciformibus, seminibus ovatis hilo arcuato versus alteram extremitatem. Linn. *syst. veg. 657.*

Per. Legumen ovato-acinaciforme, compresso-planum, ad utramque suturam crenulatum, pluriloculare, bivalve. Dissepimenta tenuissima, e membrana cellulosa, nivea.

Rec. funiculi breves, crassi, e sutura rectiore.

Sem. solitaria, in universum tria aut quinque, ovalia, compressiuscula, glabra, non splendentia, atra aut ferruginea, ab altero latere callo fungoso, niveo, ex umbilico proficiscente marginata.

Int. duplex: cartilagineo-coriaceum, atque membranaceum.

Alb. nullum, nec ejus vestigium.

Emb. curvatus, albus. *Cotyl.* ellipticae, plano-convexae. *Plum.* diphylla, foliolis cordato-acuminatis, venosis, conduplicatis. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum cum seminum insertione. c.) Semen separatum. d.) Embryo denudatus, cum radicula, ex opposita umbilico seminis extremitate, oriunda. e.) Cotyled. explicatae. F.) Plumula insigniter aucta.

Species curatius determinent ex hilo unilaterali, annulari, aut nullo, quibus plantas frugiferas ipsas videndi data est occasio.

DCCCLXIX. PHASEOLUS. Tourn. *t.* 232. Linn. *gen.* 866.

Calyx bilabiatus. Carina cum genitalibus in spiram contorta. Legum. oblongum, per maturitatem uniloculare. Sem. exalbuminosa. Embr. curvatus.

Phaseolus vulgaris. Tab. 150. fig. 3.

Phaseolus vulgaris. Lob. *ic. 59.*

Phaseolus. Riv. *tetr. t. 30. & t. 29. f. 1. 2. 3.*

Phaseolus caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce minoribus, leguminibus pendulis. Linn. *syst. veg. 656.*

Per. Legumen oblongum, ad semina torulosum, per maturitatem uniloculare, bivalve. Dissepimentorum vestigia arachnoidea.

Rec. funiculi brevissimi, e sutura rectiore.

Sem. plura, ovato-aut oblongo-reniformia, glabra, splendentia. Umbilici fenestra cartilaginea, superne scrobiculo, inferne autem gemino puncto calloso stipata.

Int.

INT. duplex: chartaceo-coriaceum; atque membranaceo-ſpongioſum.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, albus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexæ. *Plum.* diphylla, foliolis cordato-acuminatis, venoſis, conduplicatis. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum ante plenam maturitatem, cum diſſepimentis transverſis ſpongioſo carnoſis. c.) Semen ſeparatum. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyl. explicatæ. F.) Plumula aucta.

Semina hujus ſpeciei, magnitudine, figura atque colore, ſupra omnem modum variant. Figura tamen reniformis omnium uſitatiſſima, eaque vel ovato oblonga (g. h.), vel elliptica (i.). Color autem adeo multiplex, ut præter viridem, omnes reliqui deprehendantur, etiam ipſe cæruleus, alias adeo infrequens.

DCCCLXX. LUPINUS. TOURN. *t.* 213. LINN. *gen.* 865.

Calyx bilabiatus. Cor. papilionacea. Stam. decem baſi monadelpha: antheris quinque oblongis & quinque ſubrotundis. Legum. coriaceum. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

LUPINUS varius. Tab. 150. fig. 4.

Lupinus ſativus major. BESL. *Eyſt. æſtiv. XIII. t.* 3. *f.* 1. bene.

Lupinus flore cæruleo vel rubro. RIV. *tetr. t.* 27.

Lupinus calycibus ſemiverticillatis appendiculatis: labio ſuperiore bifido; inferiore ſubtridentato. LINN. *ſyſt. veg.* 655.

PER. Legumen ovatum, obeſum, compreſſiuſculum, villoſum, ad ſemina toroſum, ſubquadriloculare, bivalve. Diſſepimenta celluloſo membranacea, per maturitatem obſoleſcentia aut deficientia.

REC. funiculi craſſi, breves, e ſutura convexiore ſ. dorſali.

SEM. ſolitaria, in univerſum bina, raro plura, grandia, irregulariter rotunda, ſupra umbilicum umbone brevi roſtrata, utrinque planiuſcula, & in medio lata macula ferruginea notata.

INT. ſimplex, cartilagineo-coriaceum, craſſum, durum, ſuperficie exteriori quaſi ex miculis glacialibus compoſita, attamen æquabili, glabra & ſubſplendente.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, craſſæ, utrinque planiuſculæ. *Plum.* diphylla, foliolis digitatis, ſeptenis, linearibus. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula ſeparata, cum ſitu & figura ſeminis. c.) Seminis teſta verticaliter aperta, cum embryonis radicula in propria vagina hærente. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyl. explicatæ. F.) Plumula inſigniter aucta.

Lupinus *albus.* LINN.

Lupinus flore albo. RIV. *tetr. t. 25.*

Legumen oblongum, villoſum, ſubhexaſpermum. Sem. ſubrotunda, lenticulari compreſſa, lævigatiſſima, candidiſſima, immaculata, prioribus dimidio fere minora. Umbilicus annulo prominulo notatus.

Lupinus *luteus.* LINN.

Lupinus flore luteo. RIV. *t. 26.*

Legumen ovatum, villoſum, ſubtetraſpermum. Sem. ſubrotunda, lenticularia, albicantia aut luteſcentia, punctis nigris aut fuſcis, diſcretis aut confluentibus maculata, triplo minora quam L. *varii.* Umbilicus obſoletus.

Lupinus *anguſtifolius.* LINN.

Lupinus flore cæruleo minore. Riv. t. 28.

Semina ovato-globoſa, undique æquabiliter turgida, obſcure cinerea, maculis fuſcis ramoſis variegata, inſuperque guttis albicantibus rarioribus conſperſa, glabra, præcedentibus omnibus minora. Umbilicus obſoletus.

DCCCLXXI. VICIA. TOURN. *t.* 221. LINN. *gen.* 873.

Calyx ſemiquinquefidus. Cor. papilionacea: vexillo ſemierecto. Stam. mono- aut diadelpha. Stylus ſub ſtigmate transverſe barbatus. Legum. oblongum, uni — aut membranaceo - pluriloculare. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

VICIA ſativa. Tab. 151. fig. 1.

Vicia. RIV. *tetr. t. 54.* BLAKW. *herb. t. 429.* OED. *flor. dan. t. 522.*

Vicia leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis. LINN. *ſyſt. veg. 664.*

PER. Legumen oblongum, bipollicare, compreſſum, ad ſemina toroſum, ſeptemloculare, bivalve. Diſſepimenta tenuiſſima, perſiſtentia.

REC. funiculi e ſutura rectiore, apice bifurcati.

SEM. ſex l. ſeptem, irregulariter rotunda, turgide lenticularia, e fuſco & ferrugineo varia.

INT. ſimplex, cartilagineo - coriaceum.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ſubrotundæ, plano - convexæ. *Plum.* ad radiculam normalis, polyphylla, foliolis incumbentibus. *Rad.* compreſſa, centrifuga.

a.) Legumen

a.) Legumen integrum. b.) Valvula separata. c. c.) Seminum figura & insertio. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyled. altera. E.) Plumula aucta.

Hujus mera varietas est Vicia *nodosa*. ibid. Legumen (a. b.) paulo grandius, dissepimentis membranaceis pariter persistentibus. Semina (c. c. d.) duplo majora, rotunde quadrangula, lenticularia, cinerascentia. Embryo (e.) & plumula (F.) ut in præcedenti.

VICIA pisiformis. ibid.

Pisum sylvestre. CLUS. *hist.* 2. *p.* 129.

Cracca flore ochroleuco. RIV. *tetr. t.* 52.

Vicia pedunculis multifloris, petiolis polyphyllis, foliolis ovatis: imis sessilibus. LINN. *syst. veg.* 663.

Icon. JACQ. *flor. austr. t.* 364.

Legumen (a) oblongum, acuminatum, in medio convexum ad suturas compressum, uniloculare, absque ullo dissepimentorum vestigio. Funiculi umbilicales (b.) apice bifidi. Semina (c. C.) ovato-globosa, e ferrugineo nigricantia, umbilico lineari, longitudine seminis. Embryo (D.) luteus. Plumula (E.) tetraphylla, foliolis oppositis, ovato-acuminatis.

VICIA biennis. ibid. ex fide Martini.

Vicia pedunculis multifloris, petiolis sulcatis subdodecaphyllis: foliolis lanceolatis glabris. LINN. *syst. veg. l. c.* GMEL. *sib.* 4. *p.* 10. *t.* 2.

Legumen (a. b.) præcedenti simile, sed angustius & inferne quasi in pedunculum attenuatum. Dissepimenta nulla. Funiculi (b.) bifidi. Semina (c. C.) globosa, sordide lutea, nigro maculata. Umbilicus linearis, longitudine seminis. Plumula (d. D.) dimidiis cotyledonibus paulo longior, polyphylla.

VICIA hybrida. ibid.

Vicia leguminibus sessilibus reflexis pilosis pentaspermis, corollæ vexillis villosis. LINN. *l. c.*

Icon. JACQ. *flor. austr. t.* 34.

Legumen (a. b.) ovato-oblongum, compressum, villosum: villis basi bulbosis rigidulis, albicantibus. Dissepimenta nulla. Funiculi bifidi. Semina (c.) quinque, globosa, ferrugineo-nigricantia. Umbilicus linearis, brevis. Embryo (d.) & plumula (E.) ut in præcedentibus.

DCCCLXXII. CICER. TOURN. *t.* 210. LINN. *gen.* 875.

Calyx quinquefidus, longitudine corollæ papilionaceæ. Legum. rhomboideum, inflatum, uniloculare. Sem. duo, arietis caput referentia, exalbuminosa. Embr. curvatus.

CICER

CICER arietinum.* Tab. 151. fig. 2.

Cicer. RIV. *tetr. t. 19.* BLAKW. *herb. t. 557.*

Cicer foliis ſerratis. LINN. *ſyſt. veg. 665.*

PER. Legumen ovato-rhomboideum, inflatum, villoſum, uniloculare, bivalve.

REC. funiculi longi, compreſſi, e ſutura rectiore.

SEM. duo, nunc exacte globoſa cum roſtello brevi ad umbilicum, nunc angulato-globoſa atque capitis arietis formam æmulantia, pallide albicantia aut ruſeſcentia.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum; utrumque tenue.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* craſſæ, carnoſæ, plano-convexæ. *Plum.* diphylla, foliolis pinnatis, quadrijugis cum impari. *Rad.* brevis, conica, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem dehiſcens cum ſitu & figura ſeminum. c.) Nucleus membrana interna vaſculoſa veſtitus. d.) Cotyled. ſeparatæ. E.) Plumula aucta.

DCCCLXXIII. OROBUS. TOURN. *t.* 214. LINN. *gen.* 871.

Calyx tubuloſus, quinquedentatus: dentibus ſuperioribus brevioribus. Cor. papilionacea, vexillo obcordato. Legum. teretiuſculum, uniloculare. Sem. exalbuminoſa. Emb. curvatus.

OROBUS niger. Tab. 151. fig. 3.

Orobus pannonicus II. CLUS. *hiſt. 2. p. 230.*

Orobus foliis viciæ. RIV. *tetr. t. 60.*

Orobus caule ramoſo, foliis ſexjugis ovato-oblongis. LINN. *ſyſt. veg. 662.*

PER. Legumen oblongum, teretiuſculum, glabrum, nigrum, uniloculare, bivalve.

REC. funiculi breviſſimi, apice bifidi, e ſutura rectiore.

SEM. ſex l. octo, cylindrico-l. conoideo-ovata, e cinereo-ſpadicea, punctis fuſcis ſparſis notata. Umbilicus linearis, longitudine fere ſeminis.

INT. ſimplex, cartilagineo-coriaceum, intus ſubcarnoſum.

ALB. nullum.

EMB. leviſſime curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexæ. *Plum.* tetraphylla, foliolis oppoſitis. *Rad.* conica, breviſſima, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula cum ſeminum inſertione. c.) Sectio leguminis transverſa. d. D.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus. F.) Cotyledon cum plumula. G.) Plumula inſigniter aucta.

DCCCLXXIV. ERVUM. TOURN. *t.* 221. LINN. *gen.* 874.

Calyx quinquefidus, longitudine corollæ papilionaceæ. Stylus apice non barbatus. Legum. oblongum, torofulum, uniloculare. Sem. exalbuminofa. Embr. curvatus. Plum. grandiufcula, polyphylla.

ERVUM Ervilia. Tab. 151. fig. 4.

Ervum. CAM. *epit.* 215. RIV. *tetr. t.* 61.

Ervum germinibus undato-plicatis, foliis impari pinnatis. LINN. *fyft. veg.* 665.

PER. Legumen oblongum, teretiufculum, ad futuram feminiferam valde torofum & quafi moniliforme, uniloculare, bivalve.

REC. funiculi breviffimi, fimplices, e futura gibbofiore.

SEM. tria l. quatuor, trigono-globofa, glabra, pallide albicantia.

INT. fimplex, chartaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* craffæ, plano convexæ. *Plum.* grandiufcula: fcapo tereti incurvo; foliolis pinnatis linearibus, cum fquamulis plurimis ad bafin accefforiis. *Rad.* infera, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula altera, cum infertione feminum. c.) Semen feparatum. D.) Embryo denudatus. E.) Cotyled. feparatæ. F.) Plumula infigniter aucta.

DCCCLXXV. ABRUS. LINN. *gen.* 1286.

Calyx obfolete quadrilobus, lobo fuperiore latiore. Cor. papilionacea. Stam. novem, ima bafi connata, fuperne difcreta. Legum. oblongum, compreffum, arachnoideo-loculamentofum. Sem. exalbuminofa. Embr. curvatus.

ABRUS precatorius. Tab. 151. fig. 5.

Konni. RHEED. *mal.* 8. *p.* 71. *t.* 39.

Abrus. RUMPH. *amb.* 5. *p.* 57. *t.* 32.

Phafeolus arborefcens alatus, fructu coccineo, hilo nigro notato. PLUK. *phyt. t.* 214. *f.* 5.

Abrus. LINN. *fyft. veg.* 641.

E collect. Bankfiana & hort. lugdb.

PER. Legumen ovato-rhomboideum, aut oblongum, lenticulari-compreffum, ad femina torulofum, glabrum aut fubpubefcens, fubpluriloculare, bivalve. Diffepimenta ex membrana alba, tenuiffima, per maturitatem fæpe evanefcentia.

REC. funiculi breves, e futura rectiore.

Sem. tria ad ſex, ovato-globoſa, lævigatiſſima, nitidiſſima, ſæpius coccinea cum lata macula atra in extremitate ſeminis umbilicali.

Int. duplex: *exterius* cartilagineum, durum; *interius* membranaceo-ſpongioſum, ad umbilici ſedem valde incraſſatum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, albus, prope radiculam areola plana depreſſa ab integumento interno notatus. *Cotyl.* ovatæ, plano convexæ. *Plum.* tri-l. tetraphylla, foliolis pinnatis, ſex-l. ſeptemjugis cum impari. *Rad.* brevis, inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula altera, cum diſſepimentis arachnoideis. c.) Semina ſeparata. d.) Embryo denudatus, cum areola plana umbilicali. e.) Cotyled. ſeparatæ. F.) Plumula inſigniter aucta.

Legumen in aliis oblongum, hexaſpermon, vix manifeſte in loculos diſcretum. Semina etiam nunc tota atra, nunc parva tantum macula coccinea inſignita, nunc vero, & frequentiſſime, ad extremitatem umbilicalem ſolummodo atra. Dantur quoque ſemina penitus alba aut ruffa; ſed nonne hæc diverſæ ſint ſpeciei, nondum conſtat.

DCCCLXXVI. GENISTA. Linn. *gen.* 859.

Calyx bilabiatus, dentibus duobus ſuperioribus & tribus inferioribus. Cor. papilionacea, laxa, vexillo a genitalibus deorſum reflexo. Legum. oblongum, uniloculare. Sem. ſubalbuminoſa, umbilico marginato. Emb. curvatus.

Genista candicans. Tab. 151. fig. 6.

Cytiſus monſpeſſulanus medicæ folio, ſiliquis denſe congeſtis & villoſis. Tourn. *inſt.* 648.

Geniſta foliis ternatis ſubtus villoſis, pedunculis lateralibus ſubquinquefloris foliatis, leguminibus hirſutis. Linn. *ſyſt. veg.* 645.

Ex horto regio Kewenſi.

Per. Legumen oblongum, anguſtum, compreſſum, obſolete toruloſum, fuſcum, albo villoſum, uniloculare, bivalve. Valvulæ intus profunde ſcrobiculatæ, vix tamen loculamentoſæ.

Rec. funiculi breves, e ſutura convexiore.

Sem. quatuor l. ſex, ſubreniformia, nigra, glabra, ſublucida. Umbilicus margine glanduloſo, prominulo, lunato, albo aut luteo, perſiſtente, cinctus.

Int. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

Alb. e viridi-albicans, tenue, ſubcarnoſum, ab aqua in ſpiſſam gelatinam convertibile.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, utrinque planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem dehiſcens. c. C.) Semen ſeparatum. D.) Umbilicus viſui obverſus. E.) Embryo intra albumen. F.) Idem ſolutus.

Caruncula umbilicum cingens & ab integumentorum ſubſtantia diverſa, in Geniſta, Ulice & Spartio ſingularis eſt.

DCCCLXXVII. ULEX. LINN. *gen.* 881. Geniſta-ſpartium. TOURN. *t.* 112.

Calyx profunde bipartitus, ſupra bidentatus, infra tridentatus. Cor. papilionacea laxa. Stam. omnia connata. Legum. oblongum uniloculare. Sem. ſubalbuminoſa; umbilico bilabiato. Embr. curvatus.

ULEX europæus. Tab. 151. fig. 7.

Geniſta ſpinoſa. DOD. *pempt.* 659. RIV. *tetr. t.* 65. *f.* 2. OED. *flor. dan. t.* 608.
Ulex foliis villoſis acutis, ſpinis ſparſis. LINN. *ſyſt. veg.* 648.

PER. Legumen oblongum, ſubſemipollicare, turgidulum, villoſum, uniloculare, bivalve. Valvulæ intus glaberrimæ, absque ſcrobiculis aut diſſepimentis.

REC. funiculi craſſiuſculi, breves, e ſutura rectiore.

SEM. octo l. decem, reniformi-triangula, turgide lenticularia, glabra, ſublucida, rufeſcentia aut ſubviridula. Umbilicus valde prominens bilabiatus, ex lamellis duabus glanduloſis albis aut luteſcentibus, feneſtræ ovali utrinque appoſitis.

INT. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

ALB. carnoſum, album, tenuiſſimum, ut vix ullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* craſſiuſculæ, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem dehiſcens, cum ſeminum inſertione. c. C.) Semen ſeparatum. D.) Ejus ſectio verticalis, cum umbilici labio altero atque embryonis ſitu. E.) Embryo ſolutus.

DCCCLXXVIII. LATHYRUS. TOURN. *t.* 216. 217. LINN. *gen.* 872.

Calyx quinquefidus, laciniis duabus ſuperioribus brevioribus. Vexillum amplum, alis & carina majus. Styl. planus, ſuperne latior; ſtigmate anterius villoſo. Legum. oblongum. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

LATHYRUS

Lathyrus ſativus. Tab. 152. fig. 1.

Lathyrus ſiliqua latiore. Riv. *tetr. t. 47.* bene.

Lathyrus pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis tetraphyllisque, leguminibus ovatis compreſſis dorſo bimarginatis. Linn. *ſyſt. veg. 662.*

Per. Legumen ovato-oblongum, ſubinflatum, ad ſuturam ſeminiferam craſſius, ad oppoſitam vero in carinam acutam deſinens, uniloculare, bivalve. Valvulæ ſecundum ſuturam ſeminiferam lamina lineari undulata reflexa marginatæ.

Rec. funiculi breves, apice bifurcati, e ſutura marginata.

Sem. tria aut quatuor, triquetra, gibboſa, livida, albis lituris maculata. Umbilicus minimus, oblongus.

Int. ſimplex, chartaceum, intus ſubcarnoſum.

Alb. nullum, aut tenuiſſimum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ſubquadrangulæ, hinc gibbæ, inde planæ. *Plum.* polyphylla, foliolis linearibus ſubimbricatis. *Rad.* conica, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b. c.) Idem longitudinaliter & transverſaliter diſſectum. d. d.) Semina ſeparata. e.) Seminis ſectio transverſalis. f.) Embryo denudatus. g.) Cotyledon cum plumula. H.) Plumula aucta.

Lathyrus articulatus. ibid.

Lathyrus foliis pinnatis. Riv. *tetr. t. 48.*

Lathyrus pedunculis ſubunifloris, cirrhis polyphyllis foliolis alternis. Linn. *l. c.*

Legumen oblongum (a. b.), anguſtum, utrinque attenuatum, compreſſum, ad ſemina toroſum. Funiculi bifurcati. Semina (c. d.) quatuor, elliptica, lenticularia, glabra, e cinereo & fuſco nebulata. Embryo (E. F.) curvatus, luteus. Plumula (F. G.) ſubtetraphylla.

DCCCLXXIX. PISUM. Tourn. *t.* 215. Linn. *gen.* 870.

Calyx & Corolla Lathyri. Stylus triangulus, ſupra carinatus, pubeſcens. Legum. oblongum uniloculare. Sem. globoſa, exalbuminoſa. Embr. curvatus.

Pisum ſativum. Tab. 152. fig. 2.

Piſum. Cam. *epit. 213.* Riv. *tetr. t. 36 — 38.* Blakw. *herb. t. 83.*

Piſum petiolis teretibus, ſtipulis inferne rotundatis crenatis, pedunculis multifloris. Linn. *ſyſt. veg. 660.*

Per. Legumen oblongum, ad ſuturam ſeminiferam turgidum, ad oppoſitam compreſſum, ſubinflatum, glabrum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi breves, craſſi, ſimplices, e ſutura rectiore.

Sem. ſeptem l. octo globoſa, glabra, albicantia, umbilico parvo oblongo.

Int. ſimplex, chartaceum, tenue.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* hemiſphæricæ. *Plum.* polyphylla, foliolis lanceolato-linearibus, oppoſitis. *Rad.* inflexa, compreſſa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b. c.) Idem apertum, cum ſitu & figura ſeminum. d.) Embryo denudatus. e.) Cotyl. explicatæ. F.) Radicula cum plumula curvata. G.) Plumula inſigniter aucta.

DCCCLXXX. TRIGONELLA. Linn. *gen.* 898. Fœnum græcum. Tourn. *t.* 230.

Calyx ſemiquinquefidus. Cor. papilionacea, alis cum vexillo patentibus & corollam tripetalam æqualem mentientibus. Legum. lineari-oblongum, uniloculare. Sem. ſubalbuminoſa. Embr. curvatus.

Trigonella Fœnugræcum. Tab. 152. fig. 3.

Foenum græcum. Cam. *epit.* 199. Riv. *tetr. t.* 81. Blakw. *herb. t.* 384.

Buceras ſiliquis ſeſſilibus arcuatis undique divergentibus. Hall. *hiſt. n.* 379.

Trigonella leguminibus ſeſſilibus ſtrictis erectiuſculis ſubfalcatis acuminatis, caule erecto. Linn. *ſyſt. veg.* 692.

Per. Legumen longiſſimum, filiformi acuminatum, anguſtum, ſubcompreſſum, ſubfalcatum, uniloculare, margine convexo dehiſcens.

Rec. funiculi capillares, ſimplices, longiuſculi, e ſutura dehiſcente.

Sem. plura, ad octodecim, rhomboidea, gibba, linea depreſſa roſtellata, flavicantia aut crocea.

Int. ſimplex, coriaceum, tenue.

Alb. aqueo-pallidum, tenue, ab aqua in gelatinam convertibile.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, utrinque planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* fuſiformis, inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem dehiſcens. c.) Ejus ſectio transverſalis. d.) Semina ſeparata. E.) Embryo ab albumine cinctus. F.) Cotyledones explicatæ.

Trigonella ſpinoſa. ibid.

Foenugræcum ſylveſtre polyceration creticum majus. Breyn. *cent. t.* 33. *f.* 1.

Trigonella leguminibus ſubpedunculatis congeſtis declinatis falcatis compreſſis, pedunculis ſpinoſis breviſſimis. Linn. *l. c.*

Legumen

Legumen (a. a. b.) lineari oblongum, falcatum, teretiusculum aut levissime compressum, nervis elevatis transversalibus exaratum, uniloculare, bivalve. Semina (b. c. C.) octo ad duodecim, ovato-oblonga, rostello notata, lutea. Embr. (D.) curvatus, luteus.

DCCCLXXXI. TRIFOLIUM. TOURN. *t.* 228. LINN. *gen.* 896. Melilotus. TOURN. *t.* 229.

Flores subcapitati aut dense spicati. Cal. tubulosus, quinquefidus, persistens. Cor. papilionacea. Legum. uniloculare, saepe calyce brevius. Sem. unum ad quatuor, subalbuminosa. Embr. curvatus.

* Trifolia, *leguminibus calyce brevioribus.*

TRIFOLIUM clypeatum. Tab. 153. fig. 1.

Trifolium clypeatum argenteum. ALP. *exot.* 307. *t.* 306.

Trifolium spicis ovatis, calycibus patulis: lacinia infima maxima lanceolata, foliolis ovatis. LINN. *syst. veg.* 689.

PER. Legumen in calycis quinqueradiato-peltati obturati ventre sulcato latens, ovatum, compressum, apice truncatum ibidemque callo spongioso albicante praepilatum, membranaceum, tenuissimum, uniloculare, non dehiscens.

REC. funiculus brevissimus, in medio marginis superioris.

SEM. unicum, ovatum, compressum, gibbosulum, glabrum, ferrugineum.

INT. simplex, cartilagineo-coriaceum.

ALB. carnosum, crassiusculum, opacum, album.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* obovatae, utrinque planiusculae. *Plum.* nulla. *Rad.* fusiformis inflexa, centrifuga.

*

a.) Calyx maturus a parte superiore — & b.) Idem a parte inferiore spectatus. c.) Legumen denudatum, cum callo (α) fungoso in vertice. d.) Semen separatum. E.) Embryonis figura & situs intra albumen.

TRIFOLIUM stellatum. ibid.

Lagopus latifolius. RIV. *tetr. t.* 17.

Trifolium spicis pilosis ovatis, calycibus patentibus, caule diffuso, foliolis obcordatis. LINN. *l. c.*

Calyx maturus (a.) pilosus, obturatus, stellatus dentibus quinque inaequalibus planis patentissimis. Legumen intra ventrem calycis (b.), ovatum, membranaceum, tenuissimum. Semen (c. C.) unicum, elliptico-reniforme, rufescens. Albumen tenue. Embryo (D.) luteus.

TRIFO-

Trifolium incarnatum. ibid.

Trifolium spicis villosis oblongis obtusis aphyllis, foliolis subrotundis crenatis. Linn. *l. c.*

Calyx maturus (a.) villosus, non obturatus, terminatus dentibus quinque subulatis erecto-patentibus subæqualibus; inferne turgens in ventrem ovatum decemstriatum. Legumen in calycis ventre (b.) ovatum, membranaceum, tenuissimum, apice compressum. Semen unicum (c), elliptico-reniforme, lutescens. Albumen & Embryo (D.) ut in præcedenti.

Trifolium glomeratum. ibid.

Trifolium cum glomerulis ad caulium nodos subrotundis. Pluk. *phyt. t. 113. f. 5.*

Trifolium capitulis sessilibus hemisphæricis rigidis, calycibus striatis patulis æqualibus. Linn. *l. c.*

Calyx maturus (a. A. B.) ovatus, compressus, decemstriatus, lævis, dentibus quinque ovato-acuminatis, rigidis, recurvatis. Corolla emarcida, rostrata (B.), persistens, legumen obvolvens. Legumen (C. D.) oblongum, compressiusculum, membranaceum, diaphanum. Semina duo (e. E.) ovato-globosa, pallide sulphurea. Reliqua ut in præcedentibus.

Trifolium spumosum. ibid.

Trifolium caule nudo, glomerulis glabris. Bauh. *hist. 2. p. 379.*

Trifolium spicis ovatis, calycibus inflatis glabris quinquedentatis, involucris universalibus pentaphyllis. Linn. *l. c.*

Calyx maturus (a.) ovato-oblongus, ventricosus, membranaceus, reticulatus, terminatus dentibus quinque setaceis recurvato-patulis. Corolla emarcida lacera persistens legumen involvens. Legumen (b. c.) oblongum, membranaceum, tenuissimum, in stylum setaceum desinens. Semina (d. D.) quatuor, (aut duo grandiora), subglobosa, minutissime elevato-puncticulata, sulphurea, lutea, aut ferruginea. Embryo (E.) & reliqua ut in prioribus.

Trifolium resupinatum. ibid.

Trifolium folliculatum s. vesicarium minus purpureum. Bauh. *hist. 2. p. 379.*

Trifolium spicis subovatis, corollis supinatis, calycibus inflatis dorso gibbis, caulibus prostratis. Linn. *l. c.*

Calyx maturus (a. b.) ovato-rostratus, inflatus, gibbus, membranaceus, reticulatus, denticulis duobus setaceis uncinulatis terminatus, in dorso integerrimus, in ventre rima longitudinali fissus. Legumen (c. C.) parvulum, obovatum, membranaceum, tenuissimum. Semina (d. D.) duo (rarius unicum), ovata, glabra, e luteo spadicea. Albumen gelatinosum. Embryo (E.) lutescens.

Trifo-

TRIFOLIUM arvenſe. ibid.

Lagopus. RIV. *tetr. t. 15.*

Trifolium ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis villoſis æqualibus. LINN. *l. c.*

Spica matura (a) cylindrica potius, quam ovata. Calyx (b. B.) villoſus, ſtriatus, dentibus ſetaceis, villoſis, æqualibus, ventre duplo longioribus. Legumen (c. C.) membranaceum, ovatum, calycis ventri æquale. Semen unicum (d. D.), elliptico-globoſum, e viridi luteſcens. Reliqua ut in præcedenti.

TRIFOLIUM benghalenſe. ibid.

A *Schakio*, hortulano Altdorffenſi.

Calyx maturus (a. A.) ſubgloboſus, villoſus, cernuus, dentibus tribus ſetaceis longiſſimis ſurſum incurvatis. Legumen (b. C.) calycis ventre tectum, ellipticum, glaberrimum, lividum, ſplendens. Semen (C. d.) unicum, reniforme, ruffum. Albumen nullum. Embryo (E.) luteus.

Anne hæc potius *Hedyſari* ſpecies, ob calycem pedunculatum, legumen non membranaceum & ſemen exalbuminoſum?

** Meliloti, *leguminibus calyce longioribus.*

TRIFOLIUM *Melilotus* polonica. ibid.

Trifolium leguminibus racemoſis nudis diſpermis lanceolatis, caule erecto. LINN. *ſyſt. veg. 687.*

Legumen (a. A.) coriaceum, falcato-lanceolatum, turgidum, ſulcis elevatis arcuatis anaſtomoſantibus egregie vermiculatum, uniloculare, bivalve, ſed vix ſponte dehiſcens. Semina duo (c. C.), ſuturæ concavæ (b.) inſerta, trigono-globoſa, glabra, rufeſcentia. Albumen (D.) craſſum, carnoſum, ab emollitione in aqua gelatinoſum. Embryo (D. E.) curvatus, luteus.

TRIFOLIUM M. cærulea. ibid.

Melilotus cærulea. RIV. *tetr. t. 9.*

Trifolium racemis ovatis, leguminibus ſeminudis mucronatis, caule erecto. LINN. *l. c.*

Legumen (a. A.) calycis dentibus ſubulatis haud multo longius, obovatum, ſtylo ſubulato terminatum, membranaceum, nervis longitudinalibus anaſtomoſantibus laxe reticulatum, uniloculare, evalve. Semina (b. c. C.) duo vel quatuor, rotundato-reniformia, glabra, luteola. Albumen tenue. Embryo (D.) luteus.

TRIFOLIUM M. indica. ibid.

Melilotus minima. RIV. *tetr. t. 8.*

Trifolium leguminibus racemoſis nudis monoſpermis, caule erecto. LINN. *l. c.*

Legumen

Legumen (a. A. b. B.) membranaceum, tenuiſſimum, denſe reticulatum, obtuſum, calyce breviſſimo baſi munitum. Semina (c. d.) unum aut duo, ovato - l. angulato-reniformia, ferruginea. Reliqua ut in præcedenti.

TRIFOLIUM M. italica. ibid.

Melilotus italica. RIV. *tetr. t. 7.* CAM. *hort. t. 29.* melius.

Trifolium leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis obtuſis, caule erecto, foliolis integris. LINN. *l. c.*

Legumen (a. A.) coriaceum, ſubgloboſum, breviſſime mucronatum, ad latera tortuoſe rugoſum, ad margines autem ſutura glabra prominula notatum, non dehiſcens. Semen (b.) unicum aut duo, reniformia, ruſeſcentia. Reliqua ut in prioribus.

TRIFOLIUM M. cretica. ibid.

Trifolium peltatum creticum. BAUH. *prodr. 142. c. ic.*

Trifolium leguminibus racemoſis nudis diſpermis membranaceis, caule erectiuſculo. LINN. *l. c.*

Legumen (a. b.) orbiculatum, membranaceum, foliaceo - compreſſum, vaſis capillaribus transverſis parallelis ſtriato-reticulatum, pallide ſtramineum, ſubmarginatum, non dehiſcens. Semen (b.) reniforme, minutiſſime elevato puncticulatum, compreſſiuſculum, ferrugineum. Albumen vix ullum. Embryo (C.) curvatus, croceus l. aurantiacus. Si duo adſunt ſemina, tunc ſunt transverſim poſita.

DCCCLXXXII. LOTUS. TOURN. *t. 227.* LINN. *gen.* 897.

Calyx tubuloſus quinquefidus æqualis. Alæ vexillo longiores ſurſum conniventes. Legum. oblongum uni - l. multiloculare. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus. Stipulæ foliis ſimiles, ut folia ſint apparenter quinata.

LOTUS ſiliquoſus. Tab. 153. fig. 2.

Lotus tetragonolobus. RIV. *tetr. t. 79.*

Lotus leguminibus ſolitariis membranaceo - quadrangulis, caulibus procumbentibus, foliis ſubtus pubeſcentibus. LINN. *ſyſt. veg. 691.*

Icon. JACQ. *flor. auſtr. t. 361.*

PER. Legumen coriaceum, teres, glabrum, juxta utramque ſuturam gemina ala membranacea anguſta nec undulata ſtipatum, multiloculare, bivalve. Diſſepimenta ſpongioſo - membranacea, nivea, perſiſtentia.

REC. funiculi breviſſimi, e ſutura interiore.

SEM. plura, circiter viginti quatuor, ſubgloboſa, leviter compreſſa, glabra, lituris & punctis atris confertis ſuper fundo pallide luteolo conſperſa.

Int. ſimplex, cartilagineum, tenue, intus ſubcarnoſum.

Alb. nullum, aut tenuiſſimum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, craſſæ, planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Ejus ſectio transverſalis. c.) Idem dehiſcens. d. D.) Semina ſeparata. E.) Embryo denudatus.

Lotus *tetragonolobus.* Linn.

Lotus. Cam. *hort. t. 26.* Besl. *Eyſt. æſt. XIII. t. 4. f. 3.* Riv. *tetr. t. 80.*

Legumen rectum, cylindricum, craſſum, alis quatuor latioribus & undulatis ſtipatum. Semina ſubgloboſa, magnitudine piſi minoris, glabra, pallida aut e livido purpuraſcentia, immaculata.

Lotus *anguſtiſſimus.* Linn. ex fide *Martini.*

Lotus corniculata, ſiliquis ſingularibus ſ. binis. Bauh. *hiſt. 2. p. 356.*

Legumen teres, gracile, ſubbipollicare, ad ſemina obſolete toruloſum. Semina circiter 23, ſphærica, pallide ſulphurea, glaberrima, margaritarum adinſtar ſplendentia, magnitudine capitis aciculæ.

Lotus *ornithopodioides.* Linn.

Lotus peculiaris ſiliquoſa. Cam. *hort. t. 25.*

Lotus ſiliqua arcuata. Riv. *tetr. t. 76. f. 2.*

Legumen lineari oblongum, falcatum, compreſſum, ad ſemina toroſum. Semina circiter 15, lentiformia, ſplendentia, luteſcentia aut caſtanea, magnitudine ſeminum L. *ſiliquoſi.*

Lotus *rectus.* Linn.

Lotus libica. Riv. *tetr. t. 78.*

Legumen rectum, teretiuſculum, ad ſemina obſolete toruloſum, nigrum, longitudine unguis humani. Semina 6. l. 8. parva, globoſa, atra, non ſplendentia.

DCCCLXXXIII. SECURIDACA. Tourn. *t.* 224.

Calyx ſemiquinquefidus. Vexillum rotundatum reflexum. Legum. falcatum, marginatum, compreſſum. Sem. quadrangula albuminoſa. Embr. curvatus.

Securidaca legitima. Tab. 153. fig. 1.

Securidaca vera. Clus. *hiſt. 2. p. 236.* Riv. *tetr. t. 83.*

Hedyſarum primum. Dod. *pempt. 546.*

Coronilla herbacea, leguminibus falcato-gladiatis, foliolis plurimis. Linn. *ſyſt. veg. 670.*

Per. Legumen longum, compreſſum, falcato-gladiatum, ſtigmate brevi unguiculato inarticulato terminatum, in medio pubeſcens & ad ſemina obſolete toruloſum, ad latera autem glabrum & late marginatum, pluriloculare, bivalve. Sutura ſeminifera ſulco profundo diviſa. Diſſepimenta membranacea, tenuiſſima, perſiſtentia.

Rec. funiculi breviſſimi e ſutura concava.

Sem. ſubduodena, oblonge quadrangula, compreſſa, glabra, rubro-ferruginea.

Int. ſimplex, coriaceum, tenue.

Alb. carnoſum, durum, aqueo-pallidum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* obovato-truncatæ, utrinque planæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem longitudinatiter apertum. c.) Semen ſeparatum. D.) Embryonis in albumine ſitus & figura.

DCCCLXXXIV. SPARTIUM. Linn. *gen.* 858.

Calyx bilabiatus. Corollæ papilionaceæ vexillum ampliſſimum. Legum. uniloculare, mono-l. polyſpermum. Sem. ſubalbuminoſa, carunculâ umbilicali deciduâ aut nullâ. Embr. curvatus.

Spartium ſcoparium. Tab. 153. fig. 4.

Geniſta. Dod. *pempt.* 761. Riv. *tetr. t.* 65. *f.* 1. Blakw. *herb. t.* 244. Oed. *flor. dan. t.* 313.

Spartium foliis ternatis ſolitariiſque, ramis inermibus angulatis. Linn. *ſyſt. veg.* 64[illegible]

Per. Legumen oblongum, compreſſum, villoſum, nigricans, uniloculare, bivalve. Valvularum ſutura ſeminifera intus lato margine diſtincta.

Rec. funiculi ſetacei, e ſutura convexiore.

Sem. plura, ad octodecim, oblonge elliptica, compreſſa, glabra, e ſpadiceo-luteſcentia, ſupra umbilicum mucrone brevi roſtellata. Umbilicus glandula alba, biloba aut cordata, poſt plenam maturitatem decidua, munitus.

Int. ſimplex, coriaceum, tenue.

Alb. aqueo-pallidum, tenue.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* oblongæ, compreſſæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem apertum. C.) Semen cum caruncula umbilicali. D.) Idem absque caruncula. E.) Embryo denudatus.

In ſeminibus Sp. *juncei* caruncula umbilicalis deficit, vel certe in meis exemplis deeſt.

DCCCLXXXV. ASTRA-

DCCCLXXXV. ASTRAGALUS. TOURN. *t.* 233. LINN. *gen.* 892.

Legumen biloculare f. geminatum: fepto longitudinali bifido, valvis parallelo. Sem. fubalbuminofa. Embr. curvatus.

ASTRAGALUS alopecuroides. Tab. 154. fig. 1.

Aftragalus alpinus procerior alopecuroides T. MILL. *ic. t.* 58.

Aftragalus caulefcens, fpicis cylindricis fubfeffilibus, calycibus leguminibusque lanatis. LINN. *fyft. veg.* 681.

PER. Legumen calyce lanato tectum, ovato-globofum, fubtrigonum, membranaceum, villofum, biloculare, margine inferiore f. compreffo dehifcens.

REC. funiculi breves e futura dehifcente.

SEM. in fingulo loculo quatuor, e quibus unum aut duo faltem maturefcunt, fubreniformia, compreffiufcula, glabra, lutefcentia.

INT. fimplex, chartaceum, intus fubcarnofum.

ALB. nullum, aut tenuiffimum a lamina carnofa integumenti.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* reniformes, compreffæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a. b.) Calyx maturus integer & diffectus. c.) Legumen integrum. D) Ejus fectio transverfalis. E.) Idem dehifcens. f.) Semina feparata. g.) Semen transverfe fectum. h.) Embryo denudatus. i.) Cotyl. feparatæ.

ASTRAGALUS bæticus. ibid.

Aftragalus bæticus. RIV. *tetr. t.* 105.

Aftragalus caulefcens procumbens, fpicis pedunculatis, leguminibus prifmaticis rectis triquetris apice uncinatis. LINN. *l. c.*

Legumen (a. b. c.) fubbipollicare, rectum, trigono-prifmaticum, fulco lato ac profundo (b.) in dorfo exaratum, apice reflexo uncinulatum, coriaceum, biloculare. Sem. in fingulo loculo (c. d.) quatuor, angulata, gibba, glabra, pallida. Albumen craffum. Embr. luteus, cotyledonibus (e.) craffis, flexuofis, gibbis.

ASTRAGALUS hamofus. ibid.

Aftragalus filiqua curva. RIV. *tetr. t.* 107.

Aftragalus caulefcens procumbens, leguminibus fubulatis recurvatis glabris, foliolis obcordatis fubtus villofis. LINN. *l. c.*

Legumen (a. b. c.) uncinato-curvatum, teretiufculum, glabrum, ad utramque futuram (c.) fulco longitudinali depreffo infcriptum, bipartibile. Semina (b. d.) dena aut duodena in fingulo loculo, irregulariter quadrangula, compreffa, fordide viridula aut luteo-fufca. Albumen craffum. Embryo (E.) luteus.

Astragalus pentaglottis. ibid.

Astragalus hispanicus, siliqua epiglottidi simili, flore purpureo majore. Herm. *lugdb. 74. t. 75.*

Glaux hispanica. Riv. *tetr. t. 109. f. 2.*

Astragalus caulescens procumbens, leguminibus capitatis replicatis compressis conniventibus cristatis acumine reflexo. Linn. *l. c.*

Legumen (a. b. C. d.) coriaceum, cordato-acuminatum, conduplicatum, reflexis scil. cordis ventriculis (C.) ac sibi mutuo accumbentibus, cetera nigro fuscum, squamulis atque setis rigidis extus scabratum, apice uncinulatum. Semen (d.) unicum, grandiusculum, compressum, reniforme, lutescens aut ferrugineum. Albumen crassiusculum. Embryo (e. f.) luteus.

Astragalus galegiformis. ibid.

Astragalus caulescens strictus glaber, floribus racemosis pendulis, leguminibus triquetris utrinque mucronatis. Linn. *l. c.*

Legumen (a. b.) e longo gracilique pedunculo in ventrem triquetro-prismaticum intumescens, apice mucronatum, bipartibile (b), glabrum. Semina in singulo loculo quinque, unico duntaxat maturescente, reniformi (c.), glabro, e viridi luteo. Album. vix ullum. Embr. (D.) luteus.

Astragalus Tragacantha. ibid.

Tragacantha. Cam. *epit. 446.* Blakw. *herb. t. 264.*

Astragalus caudice arborescente, petiolis spinescentibus. Linn. *l. c.*

Legumen parvum (a — d.), coriaceum, ovatum, rostrato-acuminatum, glabrum, suturis elevatis notatum, subsemiloculare. Septum bilamellatum, non penitus ad oppositum latus pertingens. Semina in singulo loculo (d.) tria, uno saltem adolescente, reniformi (e.), glabro, e viridi luteo. Albumen tenue. Embryo (F.) luteus.

Posset Tragacantha, secundum rigorem, ad *Phacam* referri, quia dissepimentum non penitus ad oppositum latus pertingit.

DCCCLXXXVI. B I S E R R U L A. Linn. *gen.* 893. Pelecinus. Tourn. *t.* 234.

Legumen compresso-planum, biloculare: septo longitudinali solido valvis contrario. Sem. subalbuminosa. Embr. curvatus.

Biserrula Pelecinus. Tab. 154. fig. 3.

Securidaca peregrina. Clus. *hist. 2. p. 238.*

Utrinque serrata. Riv. *tetr. t. 101.*

Biserrula. Linn. *syst. veg. 685.*

PER. Legumen oblongum, planum, ad utrumque marginem ſerratum, in medio ſutura longitudinali notatum, biloculare, quadrivalve. Diſſepimentum anguſtiſſimum, ſimplex, valvis contrarium.

REC. funiculi breves e ſutura media.

SEM. in ſingulo loculo octona, rotunde reniformia, compreſſa, glabra, luteſcentia.

INT. ſimplex, coriaceo-chartaceum.

ALB. tenue, aqueo-pallidum, ab emollitione gelatinoſum.

EMB. curvatus, luteſcens. *Cotyl.* ſemilunares, foliaceæ. *Plum.* nulla. *Rad.* fuſiformis, inflexa, relative centripeta.

*

a.) Legumen integrum. b.) Loculamenta aperta cum inſertione ſeminum. c. C.) Semen ſeparatum. D.) Embryonis in albumine ſitus & figura. E.) Cotyled. explicatæ.

Legumen non ſimplex, ſed geminatum, ex duobus partialibus, altero ſuo margine juxta ſe poſitis atque coalitis, conflatum.

DCCCLXXXVII. PHACA. LINN. *gen.* 891.

Flores & habitus Aſtragali. Legum. ſemibiloculare, aut rarius uniloculare. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

PHACA alpina. Tab. 154. fig. 2.

Phaca leguminibus pendulis ſemiovatis. GMEL. *ſib. 4. p. 35. t. 14.*

Aſtragalus caule erecto ramoſiſſimo, foliis ellipticis hirſutis, ſiliquis verſicariis pendulis. HALL. *hiſt. n. 401.*

Phaca cauleſcens erecta glabra, leguminibus oblongis inflatis ſubpiloſis. LINN. *ſyſt. veg. 680.*

Icon. OED. *flor. dan. t. 856.*

PER. Legumen ſemiovato-oblongum, inflatum, utrinque attenuatum, membranaceum, ſubpubeſcens, uniloculare, bivalve. Diſſepimenti veſtigium prorſus nullum.

REC. funiculi breves e ſutura concava.

SEM. octo, reniformia, compreſſiuſcula, ſordide viridula aut fuſca.

INT. ſimplex, cartilagineo-coriaceum.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a. b.) Legumen integrum & diſſectum cum inſertione ſeminum. c.) Semen ſeparatum. D.) Embryo denudatus.

Refertu

Refertur hæc ſpecies ad Coluteam ab Ill. LAMARK; ſed floris forma obſtare videtur. Quod in Phaca, ſutura ſuperior, & in Aſtragalo, inferior, introflexa ſit; id conſtantis legis non eſt, uti ex A. *alopecuroide* & *Tragacantha* clare patet.

DCCCLXXXVIII. COLUTEA. TOURN. *t.* 418. LINN. *gen.* 880.

Calyx campanulatus quinquefidus perſiſtens. Stigma hinc villoſum. Legum. pedicellatum, membranaceum, inflatum aut compreſſum, uniloculare. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

COLUTEA arboreſcens. Tab. 154. fig. 4.

Colutea. DOD. *pempt.* 784. CAM. *epit.* 540. RIV. *tetr. t.* 20.

Colutea arborea, foliolis obcordatis. LINN. *ſyſt. veg.* 668.

PER. Legumen membranaceum, ſubtranſparens, ſemiovatum, inflatum, inferne in pedunculum longiuſculum, ſuperne in mucronem brevem deſinens, uniloculare, rima ſaltem in baſi ſuturæ ſeminiferæ dehiſcens.

REC. funiculi longiuſculi, ex media ſolummodo parte ſuturæ concavæ.

SEM. plura, ad viginti & ultra, reniformia, compreſſiuſcula, rufeſcentia.

INT. ſimplex, cartilagineo-coriaceum, tenue.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* ovatæ, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a. b.) Legumen integrum & diſſectum, cum inſertione ſeminum. c.) Semen ſeparatum. D.) Embryo denudatus.

COLUTEA herbacea. ibid.

Colutea africana annua, foliolis parvis mucronatis, veſiculis compreſſis. COMM. *hort. amſt.* 2. *p.* 87. *t.* 44.

Colutea herbacea, annua & perennis. LINN. *ſyſt. veg. l. c. n.* 3. 4.

Legumen (a. b.) parvum, membranaceum, tenuiſſimum, foliaceo-compreſſum, ovatum, pedicellatum, oblique mucronatum, uniloculare, bivalve. Semina (b. c.) duo aut quatuor, grandiuſcula, reniformia, compreſſa, ſordide caſtanea. Albumen nullum. Embryo luteus.

DCCCLXXXIX. GLYCINE. LINN. *gen.* 868.

Calyx bilabiatus, ſupra emarginatus, infra trifidus inæqualis. Carinæ apex falcatus reflectens vexillum. Legum. oblongum uniloculare. Sem. exalbuminoſa. Emb. curvatus.

GLYCINE

GLYCINE bituminosa. Tab. 154. fig. 5.

Phaseolus africanus hirsutus bituminosus, siliquis bullatis, flore flavo. HERM. *lugdb.* 492. *t.* 493.

Glycine foliis ternatis, floribus racemosis, leguminibus tumidis villosis. LINN. *syst. veg.* 660.

Ex horto regio Kewensi.

PER. Legumen ovato-oblongum, utrinque acuminatum, turgidum & quasi inflatum, villosum, uniloculare, bivalve.

REC. funiculi brevissimi e sutura concava.

SEM. quatuor, parva, globosa, depressiuscula, atra. Umbilicus tumidus, callosus, niveus.

INT. duplex: *exterius* coriaceo-chartaceum; *interius* spongioso membranaceum, ad umbilici regionem valde incrassatum, ut area latiuscula plana infra embryonis radiculam oriatur.

ALB. nullum, nec ejus vestigium.

EMB. curvatus, viridis aut albicans. *Cotyl.* crassae, plano-convexae. *Plum.* nulla. *Rad.* brevis, inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Valvula altera cum insertione seminum. c. C.) Semina separata. D.) Testa seminis aperta cum situ embryonis. E.) Embryo denudatus & a parte areolae umbilicalis depressae spectatus.

Genus difficile & hactenus e speciebus manifeste heterogeneis conflatum, ulteriori indiget scrutinio.

DCCCXC. ONONIS. LINN. *gen.* 863. TOURN. *t.* 408.

Calyx quinquefidus, dentibus linearibus. Vexillum striatum. Stam. basi monadelpha, absque fissura dorsali. Legum. turgidum, sessile, uniloculare. Sem. exalbuminosa. Embr. curvatus.

ONONIS spinosa. Tab. 154. fig. 6.

Anonis. FUCHS. *hist. lat.* 60. *germ. ic.* 34. RIV. *tetr. t.* 68. BLAKW. *herb. t.* 301. *f.* 1. OED. *flor. dan. t.* 783.

Ononis floribus racemosis solitariis, foliis ternatis solitariisque, ramis spinosis. LINN. *syst. veg.* 651.

PER. Legumen vix calyce longius, oblique ovatum, stylo persistente uncinulatum, lenticulari compressum, uniloculare, bivalve.

REC. funiculi e sutura breviore s. minus gibba.

SEM. quatuor l. sex, reniformi-globosa, minutissimis punctis elevatis scabrata, testacea aut fusca.

INT.

INT. ſimplex, cartilagineo-coriaceum, durum.

ALB. nullum.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* hemiſphæricæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a. a.) Legumen integrum. b.) Idem dehiſcens. c. C.) Semina ſoluta. D.) Embryo denudatus.

DCCCXCI. CORONILLA. TOURN. *t.* 419. LINN. *gen.* 883.

Calyx bilabiatus. Vexillum vix alis longius. Legum. articulatum, articulis ad juncturas ſecedentibus. Sem. ſubalbuminoſa. Embr. curvatus.

CORONILLA valentina. Tab. 155. fig. 1.

Coronilla. RIV. *tetr. t. 92.*

Coronilla fruticoſa, foliolis ſubnovenis, ſtipulis ſuborbiculatis. LINN. *ſyſt. veg. 669.*

PER. Legumen longum, rectum, teretiuſculum, articulatum, ad articulorum juncturas ſecedens. Articuli tres ad ſeptem, elliptici, turgide lenticulares, evalves.

REC. funiculus breviſſimus e margine ſinguli articuli.

SEM. ſolitaria, ovato-oblonga, leviter compreſſa, rubro-ferruginea.

INT. ſimplex, coriaceo-chartaceum, intus carnoſum.

ALB. vix ullum, præter laminam integumenti carnoſam, albam, tenuiſſimam.

EMB. curvatus, luteus. *Cotyl.* oblongæ, planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum, e longioribus. b. b. b.) Articuli ſeparati. C. d.) Articulus diſſectus, cum figura & inſertione ſeminis. E.) Embryonis in albumine ſitus. F.) Cotyled. explicatæ.

DCCCXCII. MIMOSA. TOURN. *t.* 375. LINN. *gen.* 1158.

Flores & habitus Acaciæ. Legum. articulatum, ad articulos diſcedens. Sem. albuminoſa. Embr. rectus.

MIMOSA pudica. Tab. 155. fig. 2.

Æſchynomene ſpinoſa, flore globoſo albido, ſiliculis articulatis echinatis. COMM. *hort. amſt. 1. p. 57. t. 29.*

Mimoſa humilis fruteſcens & ſpinoſa, ſiliquis conglobatis. PLUM. *ic. t. 202.*

Mimoſa aculeata, foliis ſubdigitatis pinnatis, caule hiſpido. LINN. *ſyſt. veg. 914.*

PER. Legumen oblongum, compreſſum, articulatum, ſutura filiformi innocua ſpinuloſa cinctum. Articuli duo l. quatuor, chartacei, uniloculares, a ſe invicem & a ſutura ſecedentes atque inſuper in duas valvulas dehiſcentes.

REC. funiculus capillaris e valvularum margine interiore.

SEM.

Sem. ſolitaria, rotundata, lenticularia, glabra, lucida, melina aut rufeſcentia, ſtria ocellari in medio utrinque notata.

Int. ſimplex, chartaceum, tenue.

Alb. aqueo-pallidum, tenue, integumento arcte adhærens.

Emb. rectus, luteus. *Cotyl.* orbiculatæ, foliaceæ. *Plum.* nulla. *Rad.* grandiuſcula, retracta, recta, centrifuga.

*

a.) Legumina in capitulum congeſta. b.) Legumen ſeparatum. c.) Sutura filiformis ſoluta. d.) Articuli ſeparati. e. e. E.) Seminis in valvulas inſertio & figura. F.) Semen transverſe ſectum. G.) Embryonis in albumine ſitus. H.) Cotyled. ſeparatæ, cum radiculæ figura.

DCCCXCIII. ORNITHOPUS. Linn. *gen.* 884. Tourn. *t.* 224.

Legumen ſubulatum, arcuatum, articulatum, gracile, inerme. Sem. exalbuminoſa. Embr. curvatus.

Ornithopus Scorpioides. Tab. 155. fig. 3.

Scorpioides. Dod. *pempt.* 71. Riv. *tetr. t.* 96.

Ornithopus foliis ternatis ſubſeſſilibus: impari maximo. Linn. *ſyſt. veg.* 670.

Per. Legumen ſubbipollicare, gracile, ſubulatum, ſulcato-angulatum, arcuatum, articulatum, vix tamen ſponte ad articulos ſecedens. Articuli ſex l. octo oblongi, uniloculares, evalves: ultimo minimo, ſterili, unguiculato.

Rec. ſubnullum; umbilicus ſeminis margini loculamenti ad ſuturam externam affixus.

Sem. ſolitaria, oblonga, ſubcompreſſa, leviter incurva, glabra, nigricantia. Umbilicus in medio ſeminis margine convexo.

Int. ſimplex, cartilagineo-coriaceum, intus ſubcarnoſum.

Alb. nullum, aut tenuiſſimum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* oblongæ, planiuſculæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a. b.) Legumen integrum & diſſectum. c. C.) Semina ſeparata. D.) Embryo denudatus. E.) Cotyled. explicatæ.

DCCCXCIV. SCORPIURUS. Linn. *gen.* 886. Scorpioides. Tourn. *t.* 226.

Legumen teretiuſculum, ſpirali-convolutum, ad ſemina nodoſum & quaſi articulatum, muricatum. Sem. albuminoſa. Emb. teretiuſculus, curvatus.

Scorpiurus vermiculata. Tab. 155. fig. 4.

Campoides. Riv. *tetr. t.* 96. bene.

Scorpiurus pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique ſquamis obtuſis. Linn. *ſyſt. veg.* 671.

PER. Legumen teres, obesum, coriaceum, in spiram arctam convolutum, ad semina torulosum; extus squamis capitellatis & per series longitudinales digestis undique tectum; intus in sex l. novem loculamenta divisum, evalve, nec ad articulos secedens.

REC. subnullum; semina loculamentorum lateri exteriori affixa.

SEM. solitaria, ovato-globosa, glabra, staminea aut rufescentia. Umbilicus in medio seminis dorso.

INT. simplex, cartilagineo-coriaceum, tenue.

ALB. aqueo-pallidum, durum, diaphanum, ab emollitione gelatinosum.

EMB. teretiusculus, retortus, luteus. *Cotyl.* semiteretes, sigmoideo-curvatæ. *Plum.* nulla. *Rad.* recurva, centrifuga.

*

a. b.) Legumen integrum & apertum cum situ seminum naturali. c.) Semen separatum. d.) Ejusdem & embryonis sectio transversalis. e.) Idem longitudinaliter dissectum, cum situ naturali radiculæ, versus umbilicum recurvatæ. F.) Embryo denudatus. G) Cotyl. diductæ.

SCORPIURUS sulcata. ibid.

Campoides hispida. RIV. *tetr. t. 96.*

Scorpiurus pedunculis subbifloris, leguminibus extrorsum spinis distinctis. LINN. *l. c.*

Legumen (a. b.) teretiusculum, gracile, in spiram laxam undulatam convolutum, articulatum, sulcatum: sulcis dorsalibus quatuor spinosis, reliquis ut & ventralibus inermibus. Articuli septem ad decem, curvati, evalves, nec a se incicem secedentes. Semina (b. c.) teretiuscula, curvula, ferruginea. Albumen (D. e.) ut in præcedenti. Embryo (e. F.) luteus; cotyledonibus semiteretibus, subfalcatis.

In tota hac familia non datur *Embryo teres*, præterquam in Hippocrepide & Scorpiuro.

DCCCXCV. HEDYSARUM. TOURN. *t.* 225. LINN. *gen.* 887.

Carina ad angulum rectum incurvata, ad curvaturam ipsam transverse obtusa, supra eam rostrata. Legum. compressum, articulatum: articulis monospermis a se invicem secedentibus. Sem. exalbuminosa. Embr. curvatus.

HEDYSARUM coronarium. Tab. 155. fig. 5.

Hedysarum clypeatum, flore suaviter rubente. BESL. *Eyst. æst. XIII. t. 2. f. 1.*

Hedysarum. RIV. *tetr. t. 98.*

Hedysarum foliis pinnatis, leguminibus articulatis aculeatis nudis rectis, caule diffuso. LINN. *syst. veg. 676.*

PER. Legumen oblongum, rectum, compressiusculum, articulatum. Articuli terni aut pauciores, subrotundi, crenulato-marginati, corticati. Cortex tenuis fungosus, extus aculeolis brevibus muricatus. Laminæ propriæ chartaceæ, glabræ, vix sponte dehiscentes, sed articulatim secedentes.

REC-

Rec. funiculus tenuis e margine laminæ articulorum propriæ.

Sem. ſolitaria, reniformia, lenticulari - compreſſa, glabra, lucida, luteſcentia.

Int. ſimplex, coriaceo - chartaceum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, luteus aut albus. *Cotyl.* ovatæ, plano - convexiuſculæ. *Plum.* exigua, ſubrotunda, compreſſa. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. B.) Articulus ſeparatus. C.) Articuli cortex α.), & β) ejusdem lamina propria. d) Valvulæ articuli ſeparatæ cum inſertione & figura ſeminis. E.) Embryo denudatus & explicatus.

Corticatis articulis porro quoque gaudent H. *flexuoſum* & *grandiflorum*; in reliquis, mihi notis, omnibus ſimplices ſunt.

Hedysarum alpinum. ibid.

Hedyſarum foliis pinnatis, leguminibus articulatis glabris pendulis, caule erecto. Linn. *l. c.*

Icon. Gmel. *flor. ſib. 4. t. 10.*

Legumen (a) membranaceum, foliaceo - compreſſum, bi — l. quadriarticulatum. Articuli (b.) ovati, glabri, nervis reticulati, ſponte a ſe invicem ſecedentes, non dehiſcentes. Semen (b.) oblongo - reniforme, glabrum, ferrugineum.

Albagi & *Glycyrrhiza aſpera* Pall. propter legumina moniliformia, Hedyſaro commode aſſociari poſſe videntur.

DCCCXCVI. ÆSCHYNOMENE. Linn. *gen.* 888.

Calyx bilabiatus. Legum. oblongum, compreſſum, articulatum: ſutura altera recta, altera lobato crenata. Sem. exalbuminoſa. Emb. curvatus.

Æschynomene americana. Tab. 155. fig. 6.

Hedyſarum caule hirſuto, mimoſæ foliis alatis: pinnis acutis minime gramineis. Sloan. *hiſt. jam. 1. p. 186. t. 118. f. 3.*

Æſchynomene caule herbaceo hiſpido, leguminum articulis ſemicordatis, foliolis acuminatis, bracteis ciliatis. Linn. *ſyſt. veg. 671.*

Ex herbario Bankſiano.

Per. Legumen lineari-oblongum, compreſſum, ad ſuturam ſeminiferam rectum, ad oppoſitam lobato-crenatum, articulatum. Articuli ſepteni l. pauciores, ſemiorbiculati, in medio gibboſi, ad marginem compreſſi, evalves, ſponte a ſe invicem ſecedentes.

Rec. funiculi breves e ſutura recta.

Sem. ſolitaria, lunato - reniformia, turgide lenticularia, glabra, lucida, atra.

Int. ſimplex, coriaceo - chartaceum.

Alb. nullum.

Emb.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* reniformes, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a.) Legumen integrum. b.) Idem articulatim discedens. c. C.) Seminis figura & insertio. D.) Ejus sectio transversalis. E.) Embryo denudatus.

Totum genus apte posset expungi, atque species ejus partim ad Hedysarum, & partim ad Galegam transferri.

DCCCXCVII. MEDICAGO. Tourn. *t.* 231. Linn. *gen.* 899.

Calyx quinquedentatus. Carina a vexillo deflectens. Legum. falcatum aut cochleatum. Sem. exalbuminosa. Emb. curvatus.

Medicago falcata. Tab. 155. fig. 7.

Falcata. Riv. *tetr. t.* 84. Oed. *flor. dan. t.* 233.

Medicago pedunculis racemosis, leguminibus lunatis, caule prostrato. Linn. *syst. veg.* 693.

Per. Legumen parvum, lunato-falcatum aut subspirale, glabrum, leviter compressum, uniloculare, bivalve.

Rec. funiculi e futura concava.

Sem. duo l. tria, reniformi-oblonga, luteola, glabra, non splendentia.

Int. simplex, coriaceo-chartaceum.

Alb. nullum.

Emb. curvatus, luteus. *Cotyl.* oblongæ, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* inflexa, centrifuga.

*

a. b.) Legumen integrum & apertum. c.) Semen separatum. D.) Embryo denudatus.

Medicago circinnata. ibid.

Falcata foliis anthyllidis. Riv. *tetr. t.* 87.

Medicago leguminibus reniformibus margine dentatis, foliis pinnatis. Linn. *l. c.*

Legumen (a. b.) reniforme, in medio leviter convexum, versus peripheriam autem attenuato membranaceum, glabrum, non reticulatum, ad ambitum denticulatum aut edentulum, biloculare, evalve. Semina duo (b.) reniformia, rufescentia.

Medicago radiata. ibid.

Medicago annua, siliqua falcata striata. Moris. *hist.* 2. *S.* 2. *t.* 16. *f.* 3.

Medicago leguminibus reniformibus margine dentatis, foliis ternatis. Linn. *l. c.*

Legumen (a.) reniforme, membranaceum, subdiaphanum, pallidum, vasis capillaribus radiantibus reticulatum, foliaceo-compressum, ad semina obsolete torulosum, & ad utramque suturam setaceo-denticulatum, pluriloculare, non dehiscens. Semina (b. B.) quinque l. sex, ovata, compressiuscula, tuberculato-rugosa! rufescentia.

Medi-

MEDICAGO orbiculata. ibid.

Cochleata fructu orbiculato. RIV. *tetr. t. 88. f. 1.*

Medicago leguminibus solitariis cochleatis depressis planis, stipulis ciliatis, caule diffuso. LINN. *l. c.*

Legumen (a. b.) orbiculatum, depressum, cochleatum: spiris subquaternis, foliaceo-compressis, horizontalibus, striis radiantibus dissitis notatis, edentulis, plurilocularibus, non dehiscentibus. Semina (c.) quinque ad novem, subrotunda, turgide lenticularia, rufescentia.

MEDICAGO scutellata. ibid.

Cochleata fructu scutellato. RIV. *t. 88. f. 2. & t. 89. f. 1.*

Medicago cochleata major, dicarpos, capsula rotunda globosa scutellata. LINN. *l. c.*

Legumen (a.) subglobosum, cochleatum: spiris septenis foliaceo compressis, oblique striatis, sursum concavis, edentulis, plurilocularibus, non dehiscentibus. Semina (b.) quinque l. sex, grandiuscula, reniformia, juxta umbilicum profunde emarginata, ex aurantiaco-rufescentia.

MEDICAGO aculeata. ibid.

Cochleata fructu turbinato & echinato. RIV. *t. 88. f. 7.*

Legumen (a.) ovato-globosum, cochleatum: spiris quinis arctissime sibi incumbentibus, coriaceis, compressis, spadiceo-fuscis; sutura exteriore (B) linea depressa inscripta atque aculeolis conicis rigidis curvis utrinque armata. Loculamenta septem l. novem. Semina (c.) reniformi-oblonga, lutescentia.

MEDICAGO hispida. ibid.

Cochleata fructu longius echinato. RIV. *t. 88. f. 12.* MORIS. *t. 15. f. 11.*

Medicago pedunculis paucifloris, leguminibus cochleatis, hamulis longitudine leguminum. LINN. *l. c.*

Legumen (a.) orbiculatum, depressum, cochleatum: spicis quaternis discretis, compressis, reticulato-venosis (B.); sutura exteriore acuta, duplici serie spinarum setacearum ipsoque legumine longiorum armata. Semina (c.) sex ad novem, parvula, reniformi-oblonga, sordide rufescentia.

MEDICAGO coronata. ibid.

Cochleata fructu echinato minore. RIV. *t. 88. f. 14. & t. 89. f. 2.* MORIS. *t. 15. f. 12. 13. 14. 20. 21.*

Medicago fructu minimo, coronulam utrinque dentatam referente. LINN. *l. c.*

Legumen (a.) subconicum, cochleatum: spiris quaternis discretis, compressis; sutura exteriore (B.) linea elevata notata & ex illa spinulis brevibus subalternis oblique sursum & deorsum vergentibus armata. Semina (c.) quatuor l. quinque, reniformia, lutescentia.

MEDI-

Medicago truncatula. ibid.

Conf. Moris. *hist.* 2. *S.* 2. *t.* 15. *f.* 16. 17.

Legumen (a) cylindricum, utrinque obtusum & quasi truncatum, cochleatum: spiris quaternis arcte sibi incumbentibus, compressis; sutura exteriore (B.) spinis verticalibus juxta mediam lineam elevatam utrinque armata. Semina (c.) quinque l. sex, parvula, reniformia, lutea.

Medicago marina. ibid.

Cochleata fructu echinato incano. Riv. *t.* 88. *f.* 15.

Medicago pedunculis racemosis, leguminibus cochleatis spinosis, caule procumbente tomentoso. Linn. *l. c.*

Legumen (a.) cylindrico-globosum, cochleatum: spiris subquaternis, contiguis, cinereo tomentosis; sutura exteriore (B.) convexa, spinulis dissitis brevissimis pungentibus utrinque munita. Semina (c.) quatuor l. quinque, reniformia, lutea.

Medicago intertexta. ibid.

Cochleata fructu echinato maximo. Riv. *t.* 88. *f.* 9. Moris. *l. c. f.* 7. 8. 9.

Legumen (a.) ovato-globosum, maximum, cochleatum: spiris quinis compressis, occultatis ab aculeis subulatis pungentibus recurvis utrinque e sutura exteriore filiformi & a legumine solubili, oriundis. Semina (b.) quinque aut plura, grandiuscula, reniformia, e castaneo nigricantia, sublucida.

DCCCXCVIII. CYNOMETRA. Linn. *gen.* 519.

Calyx quadripartitus reflexus. Cor. pentapetala regularis. Stam. decem discreta, antheris apice bifidis. Legum. carnosum, tuberculatum, monospermum. Sem. exalbuminosum. Emb. rectus: radiculâ tomento fulvo a cotyledonibus discretâ!

Cynometra cauliflora. Tab. 156. fig. 1.

Cynomorium. Rumph. *amb.* 1. *p.* 163. *t.* 62.

Cynometra trunco florifero. Linn. *syst. veg.* 396.

E collect. sem. hort. lugdb.

Per. Legumen carnosum, grande, magnitudine dimidiæ volæ manus & ultra, semilunatum, lenticulari compressum, per omnem suum ambitum sulco depresso, tanquam sutura, cinctum, in lateribus tuberculatum & ad tactum panni lanei adinstar asperum, uniloculare, non dehiscens.

Rec. funiculus crassus brevis e media sutura recta.

Sem. unicum, leguminis cavitati conforme, glabrum, vasis capillaribus arcuatis ex umbilico insignitum, rubro-ferrugineum.

Int. simplex, coriaceum, tenue, in vetustioribus seminibus vix aqua fervida a nucleo solubile.

All.

ALB. nullum, nec ejus veſtigium.

EMB. ſemini conformis, albus. *Cotyl.* plano - convexæ, ad radiculæ ſedem cavernula intus exſculptæ. *Plum.* exilis, bicornis, circa baſin ſuam villis breviſſimis mollibus fulvis aut rubro - ferrugineis ſtipata, quibus radicula ad dimidiæ lineæ diſtantiam a cotyledonibus ſecernitur. *Rad.* conica, immerſa, centrifuga.

*

α.) Legumen integrum, valde diminutum. β.) Idem apertum cum inſertione ſeminis. c.) Semen magnitudine naturali, ſed minoris moduli. d. d.) Cotyledones a parte interna ſpectatæ. e.) Radicula in propria cavitate hærens. f.) Plumula bicornis. g.) Tomentum fulvum radiculam a cotyledonibus diſcernens.

DCCCXCIX. PTEROCARPUS. LINN. *gen.* 854.

Calyx campanulatus quinquedentatus. Cor. papilionacea. Stam. omnia connata. Legum. falcatum. Sem. exalbuminoſa. Emb. lunatus.

PTEROCARPUS hemiptera. Tab. 156. fig. 2.

E ſeminar. hort. Amſtelod.

PER. Legumen obovato - falcatum, lenticulari - compreſſum, nervis craſſis protuberantibus varicoſum; hinc ſutura tumida ſulco depreſſo inſcripta notatum, inde in alam membranaceam, majorem leguminis arcum efficientem, extenuatum; extus ſordide ſpadiceum, intus fibroſo - ſuberoſum & quaſi drupaceum, uniloculare, evalve.

REC. nullum; ſemen baſi ſua lateri fructus alato affixum.

SEM. unicum, grande, reniforme, ſuperius tamen craſſius, inferius autem anguſtius & in roſtrum aduncum deſinens; cetera turgide lenticulare, glaberrimum, lucidum, atrum.

INT. ſimplex, chartaceum, aridum, tenue.

ALB. nullum, nec ejus veſtigium.

EMB. ſemini conformis, albus. *Cotyl.* carnoſæ, plano-convexæ. *Plum.* nulla. *Rad.* globuloſa, parva, in apice roſtelli cotyledonum poſita, lateri fructus alato obverſa.

*

a.) Fructus integer. b.) Loculamentum apertum cum inſertione & ſitu ſeminis. c.) Semen ſeparatum. d.) Cotyled. facies interna.

In Pt. *Dracone* legumen eſt membranaceum, magisque falcatum; & ſemina duo l. tria, phaſeolorum æmula, parva, ac rubicunda. Conf. *Comm. hort. amſt.* I. *p.* 213.

PTEROCARPUS aptera. ibid.

Orucoria, fructus ſiliquoſus. BAUH. *hiſt.* I. *l.* 12. *p.* 435. *n.* 3?

E collect. ſem. hort. lugdb.

Legumen

Legumen (a: b.) fungoſo-coriaceum, craſſum, planum, orbiculatum, ſubcochleatum, venis e peripheria obſoletis arcuatis inſcriptum, uniloculare, evalve. Semen (c.) unicum, grande, ſemilunatum, ad arcum interiorem tumidum ſ. lenticulari turgidum, ad exteriorem vero admodum compreſſum & in acutam aciem deſinens, cetera glabrum, luteo - ferrugineum, non ſplendens. Umbilicus tuberculatus in medio arcu concavo ſ. interno. Integ. ſimplex, membranaceum. Albumen nullum. Embryo ſemini conformis.

Ob diverſam ſeminis inſertionem, forſan quoque diverſi generis fructus eſt.

DCCCC. SAMADERA.

Flos .... Nux ſemilunata, compreſſa, unilocularis, monoſperma. Sem. exalbuminoſum. Embryonis radicula retro baſin cotyledonum poſita!

SAMADERA indica. Tab. 156. fig. 3.

Samadera. javan. E collect. ſem. hort. lugdb.

PER. Nux ſuberoſo-lignoſa, ſubſemilunata, lenticulari-compreſſa aut convexoconcava ſ. cochleariformis, in medio vaſis prominulis obſolete varicoſa, verſus peripheriam autem glabra atque in aciem ſenſim extenuata, unilocularis, evalvis. Margo ſuperior rectiuſculus, craſſus, ſulco longitudinali atque tuberculo oblongo infra apicem notatus; margo inferior inſigniter arcuatus, integerrimus, in aciem compreſſus. Superficies glabra, ſubſplendens. Color gilvus aut e luteo-ſpadiceus.

REC. tuberculum craſſum, in ſuprema loculamenti parte, cui ſemen affixum.

SEM. unicum, grande, obovato-falcatum, turgide lenticulare, glabrum, e luteo l. cinnamomeo-rufeſcens.

INT. ſimplex, coriaceum, craſſiuſculum.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, albus. *Cotyl.* obovatæ, retro extremitatem umbilicalem lacuna in margine ſuo exteriori inciſæ. *Plum.* nulla. *Rad.* ovata, compreſſa, cotyledonum lacunam dorſalem replens, & a ſeminis receptaculo averſa, ſupera.

*

a.) Nux integra. b.) Eadem aperta cum inſertione ſeminis. c.) Semen ſolutum. d.) Cotyledones ſeparatæ. e. e.) Lacuna dorſalis cotyledonum, cum ſitu radiculæ.

Magnitudo nucis varia: dantur enim vola manus multo majores, & dantur quoque aliæ vix pollicares, & ex anguſto principio in formam alæ Muſcarum ſenſim ampliatæ; cujuscunque autem figuræ & magnitudinis ſint, ſemper aliquantum concavæ ſ. cochleariformes deprehenduntur. Suſpicor fructum completum ex duabus nucibus, horizontaliter oppoſitis, eſſe conflatum, eumque ad *Contortarum* familiam ſpectare.

CENTU-

CENTURIA DECIMA.

COMPOSITIFLORÆ.

Omnibus ſemen eſt unicum inferum nudum; embryo erectus; albumen nullum, & pericarpium quoque nullum, niſi in paucioribus quibusdam craſſiores ſeminis teſtas, pro Nucibus, & mollem ac coloratam *Moniliferæ* ſeminis cuticulam, pro Bacca habere velis. Floſculi omnibus uno plures intra calycem communem poſiti. Calyx proprius nullus, aut papposus, ſuperus. Corollula propria ſupera, monopetala, fiſtuloſa aut in laminam explanata. Stamina plurimis quinque: antheris in tubum connatis, aut rariſſime diſcretis. Stylus unicus, integerrimus, aut apice bifidus. Receptaculum commune nudum, aut paleis pilisve tectum. A corollæ univerſalis forma, generatim diſpeſcuntur in *ligulatas*, *tubuloſas* atque *radiatas*; reliquæ autem ſubdiviſiones commode a pappo atque receptaculo deſumuntur.

LIGULATÆ.

I. SEMINIBUS UNIFORMIBUS.

A. Pappo nullo aut marginato.

a. *Thalamo nudo.*

DCCCCI. LAPSANA. TOURN. *t.* 272. LINN. *gen* 919.

Calyx ſimplex, octophyllus, erectus, connivens, baſi calyculatus ſquamulis paucis breviſſimis. Sem. calva, non involuta, decidua.

LAPSANA communis. Tab. 157. fig. 1.

Lapſana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. LINN. *ſyſt. veg.* 721.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 500.

REC. planum, papillulis depreſſis conſperſum, cetera glabrum, nudum.

SEM. oblonga, deorſum acuminata, obſolete angulata, ſtriata, calva, luteſcentia, ſponte a receptaculo ſecedentia.

Int. duplex: coriaceum atque membranaceum; utrumque tenue.

Emb. femini conformis, albus. *Cotyl.* oblongæ. *Rad.* teretiufcula, non difcreta.

*

a.) Calyx maturus, foliolis angulo obtufo carinatis. b. B.) Recept. denudatum. c. C.) Semen integrum. D.) Ejus fectio transverfalis. E.) Embryo denudatus.

Hyoferis *foetida.* Linn. omnino genuina eft Lapfanæ fpecies, uti jam Hallerus cenfuit. Calyx ei octophyllus, fquamulis fex, lineari-acuminatis calyculatus. Thal. nudus. Sem. uniformia, columnaria, fufca, fponte decidua, calva, absque ullo marginis l. pappi veftigio.

DCCCCII. RHAGADIOLUS. Tourn. *t.* 272.

Calyx fubdecaphyllus, foliolis duplicis feriei, perfiftentibus & per maturitatem femina involventibus. Sem. calva, fubdifformia, involuta, a receptaculo non fponte fecedentia.

Rhagadiolus ftellatus. Tab. 157. fig. 2.

Hieracium ftellatum. Bauh. *hift.* 2. *p.* 1014.

Lapfana calycibus fructus undique patentibus: radiis fubulatis, foliis caulinis lanceolatis indivifis. Linn. *fyft. veg.* 722.

Rec. nudum, anguftiffimum, ut vix ullum.

Sem. fubulata, calva, involuta, fubdifformia: *radii* octona, longiora, patentiffima, leviter arcuata, extus fub apice denticulato-aculeata; *difci* gemina aut terna, falcata, minora, per totum dorfum fetulis rigidis retroverfis exafperata.

Int. duplex: *exterius* a calyce acceflorium, fuberofum aut coriaceum, craffum; *interius* proprium, membranaceum, tenuiffimum.

Emb. fubulatus, pallide viridis. *Cotyl.* acuminatæ. *Rad.* conica, craffa, non difcreta.

*

a.) Calyx maturus integer. b. c.) Semina feparata. d. e.) Crufta feminum longitudinaliter aperta. f. g.) Embryo denudatus.

Rhagadiolus *edulis.*

Rhagadiolus edulis, hieraciis affinis. Bauh. *hift. l. c.*

Lapfana Rhagadiolus. Linn. *l. c.*

Semina radii fere recta, tota glabra, apice fpinula incurva terminata. Sem. difci falcata, raris villis pubefcentia aut lævia.

Non poffunt Rhagadioli femina jure inter difformia reponi, quoniam eorum difformitas mere accidentalis eft atque ab involucro calycino proficifcitur.

DCCCCIII. ARNO-

DCCCCIII. ARNOSERIS.

Calyx ſimplex, polyphyllus, per maturitatem torulofus & globoſe connivens. Sem. margine coriaceo erecto integerrimo coronata.

ARNOSERIS puſilla. Tab. 157. fig. 3.

Hieracium minimum. CLUS. *hiſt. 2. p. 142.*

Lapſana foliis ovatis dentatis, caulibus nudis, ſub flore tumentibus. HALL. *hiſt. n. 4.*

Hyoſeris caule diviſo nudo, pedunculis incraſſatis. LINN. *ſyſt. veg. 721.*

Icon. OED. *flor. dan. t. 201.*

REC. nudum, planum, excavato-punctatum, glabrum.

SEM. parva, cineraſcentia, angulata, ſulcata: ſulcis alternis latioribus compreſſis, alternis vero anguſtioribus rotundatis; utrisque albicantibus, interſtitiis autem, in ſemine recenti, viridulis.

Pappus marginatus, coriaceus, latiuſculus, erectus, pentagonus, integerrimus, edentulus.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. ſemini conformis, albicans. *Cotyl.* obtuſæ. *Rad.* acuminata, non diſcreta.

*

a. A.) Calyx maturus integer. B.) Idem diſſectus, ſuperne receptaculum nudum, & inferne pedunculum inflatum vacuum oſtendens. c. C.) Semen integrum. D. E.) Idem transverſim & longitudinaliter diſſectum, cum figura embryonis.

A Lapſana perinde atque ab Hyoſeride differt: ab iſta nempe calyce & pappo; ab hac autem pappo nec phyllode nec difformi abunde diſcrepat.

b. *Thalamo paleaceo.*

DCCCCIV. SCOLYMUS. TOURN. *t. 273.* LINN. *gen. 922.*

Calyx polyphyllus, imbricatus ſquamis rigidis acuminatis pungentibus. Thal. convexus paleaceus. Semina calva.

SCOLYMUS gymnoſpermos. Tab. 157. fig. 4.

Scolymus theophraſti narbonenſis. CLUS. *hiſt. 2. p. 153.*

Scolymus hiſpanicus foliis margine incraſſatis. LINN. *ſp. pl. 1143.* MILL. *ic. t. 229.*

Scolymus maculatus floribus ſolitariis. LINN. *ſyſt. veg. 722.*

REC. leviter convexum, ut fere planum, tectum *Paleis* oblongis, carinatis, ciliatis, ſemine anguſtioribus.

SEM. calva, ovata, glabra, lucida, pallide ſtraminea aut rufeſcentia.

INT. duplex: *exterius* coriaceum, craſſiuſculum, durum; *interius* membranaceum, tenue, pallidum.

EMB. ſemini conformis, albus. *Cotyl.* ellypticæ. *Rad.* acuminata, non diſcreta.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem diſſectus, cum receptac. paleaceo. c.) Palea ſeparata, a parte ſua concava ſpectata. d.) Semen integrum. e.) Idem diſſectum. F.) Embryo denudatus.

Huic flores grandiores, ſæpiusque ſolitarii, & folia margine incraſſata. Sed hæ notæ nequaquam certæ aut conſtantes ſunt; quare vera differentia ſpecifica a paleis receptaculi, ſemina non involventibus, petenda eſt.

SCOLYMUS angioſpermos. ibid.

Scolymus theophraſti hiſpanicus. CLUS. *l. c.*

Scolymus chryſanthemos annuus. DODAR. *mem. edit. germ. t. 29.*

Scolymus maculatus foliis margine attenuatis. LINN. *ſp. pl. 1143.*

Scolymus hiſpanicus, floribus congeſtis. LINN. *ſyſt. veg. 722.*

Calyx maturus (a) præcedenti minor & anguſtioribus quoque foliis circumvallatus. Receptac. (b.) valde convexum & fere globoſum, Paleæ (c. C. D.) membranaceæ, obovatæ, marginibus introrſum flexis. (D.) conduplicatæ, ſemina ſingula, tanquam in theca propria, claudentes ac penitus occultantes. Semina (e. E. F.) obovata, deorſum inſigniter acuminata, hinc convexiuſcula (E), duplicique linea longitudinali notata, inde (F.) planiuſcula, cum linea media ſolitaria. Integum. ſimplex, membranaceum, niveum, non ſplendens. Embryo (g.) albus aut lividus.

Pappum huic ſpeciei ex ariſtis duabus aut tribus facile deciduis adſcribit ALLION. *hiſt. pedem. p. 207.* quem autem ego in plantis cultis nunquam vidi. Etiam EHRHARTUS. *Beytræg. v. 4. p. 173.* ſemen Scolymi dicit biariſtatum, ſed ſpeciem non indicat.

B. Pappo phyllode l. paleaceo.

DCCCCV. CATANANCHE. TOURN. *t.* 271. LINN. *gen.* 290.

Calyx laxe imbricatus ſquamis ſcarioſis nitidis ſubpellucidis gradatim longioribus. Thal. paleaceus. Pappus pentaphyllus, foliolis acuminato-ariſtatis.

CATANANCHE lutea. Tab. 157. fig. 5.

Chondrilla cyanoides lutea, coronopi folio non diviſo. BOCC. *mus. 2. p. 21. t. 7.* BARR. *ic. 1135.*

Catananche ſquamis calycinis inferioribus lanceolatis. LINN. *ſyſt. veg. 722.*

REC. planiuſculum, paleaceum: paleis ſetaceis, longitudine dimidii calycis.

SEM.

SEM. turbinata, fulcato-pentagona, fetis albis appreffis confperfa, cinerafcentia.
Pappus pentaphyllus: foliolis bafi membranaceis, furfum attenuatis in ariftam capillarem, femine triplo longiorem.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. femini conformis, viridis aut fufcus. *Cotyl.* obtufæ. *Rad.* acuminata.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem diffectus, cum receptac. paleaceo. c. C.) Semen integrum. D.) Idem diffectum. E.) Embryo denudatus.

Catananchen *græcam* præcedentis varietatem ftatuit Millerus; fed id non folum folia incifa, verum etiam pappus feminum dodecaphyllus aperte negant. Conf. TOURN. *it. p. m. 86. t. 86.*

DCCCCVI. CICHORIUM. TOURN. *t.* 272. LINN. *gen.* 921.

Calycis foliola oblonga, duorum ordinum: exteriora brevia, appreffa; interiora per maturitatem longiffima reflexa. Thal. nudus, aut fetis diffitis confperfus. Pappus paleaceus, penta- aut polyphyllus, femine multoties brevior.

CICHORIUM Intybus. Tab. 157. fig. 6.

Cichorium fylveftre. BLAKW. *herb. t. 183.*

Cichorium floribus geminis feffilibus, foliis runcinatis. LINN. *fyft. veg.* 721.

REC. planiufculum, nunc papillis minutis depreffis, nunc vero fetulis parvis diffitis & inter has fcrobiculis obfoletis confperfum.

SEM. obovata, compreffiufcula, obfolete ftriata, glabra, ftramineo-lutea.
Pappus polyphyllus, foliolis paleaceis, acuminatis, breviffimis, albis.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. albus. *Cotyl.* obtufæ. *Rad.* acuminata, non difcreta.

*

a.) Calyces maturi, duo vel plures aggregati, feffiles. b.) Calyx longitudinaliter diffectus. B.) Receptac. papillofum, & aliud C) fetulis confperfum. d. D.) Semen integrum. E.) Idem diffectum. F.) Embryo denudatus.

Pappum ex margine obfoleto fubquinquedentato, ut vult Linnæus, ego hactenus non vidi, fed conftanter polyphyllum, & quafi ex duplici foliorum ferie compofitum.

C. Pappo

C. Pappo capillari l. ſetaceo,

a. *ſeſſili.*

DCCCCVII. ZACINTHA. Tourn. *t.* 269.

Calyx ſimplex, octophyllus, baſi ſquamulis minimis calyculatus, per maturitatem coriaceus, toroſus, depreſſe globoſus, cum umbone conico brevi in vertice. Thal. glaber. Sem. uniformia. Pappus ſetaceus, denticulatus, breviſſimus.

Zacintha verrucoſa. Tab. 157. fig. 7.

Cichorium verrucarium, ſ. Zacintha. Clus. *hiſt. 2. p. 144.*

Lapſana calycibus fructus toruloſis depreſſis obtuſis ſeſſilibus. Linn. *ſyſt. veg.* 721.

Rec. planum, excavato-punctatum, glabrum.

Sem. oblonga, deorſum attenuata, glabra, rufeſcentia, *marginalia* curvula, a calycinis foliolis ſemiamplexa; *centralia* libera, recta.

Pappus ſetaceus, creberrime denticulatus, ſubfragilis, candidiſſimus, radiis inæqualibus, dimidio ſemine brevioribus.

Int. duplex: utrumque membranaceum.

Emb. albicans. *Cotyl.* obtuſæ. *Rad.* attenuata, non diſcreta.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem apertus cum receptaculo. C.) Calycis foliolum ſeparatum. d. D.) Semen integrum. E.) Pappi radii, magnitudine aucti. F.) Seminis ſectio transverſalis. G.) Embryo denudatus.

Hedypnoës utique ex pappo & calyce affinis; ſed differt, ſeminibus ipſis non manifeſte difformibus.

DCCCCVIII. PRENANTHES. Vaill. Linn. *gen.* 911.

Calyx ſimplex, cylindraceus, ſubpentaphyllus, ſubquinqueflorus, baſi ſquamis aliquot breviſſimis calyculatus. Thal. glaber. Pappus capillaris, ſeſſilis, mollis, ſemine longior.

Prenanthes purpurea. Tab. 158. fig. 1.

Sonchus lævior pannonicus IV. purpureo flore. Clus. *hiſt. 2. p. 147.*

Sonchus montanus purpureus tetrapetalos. Col. *ecphr. 1. p. 244. t. 246.*

Prenanthes floſculis quinis, foliis lanceolatis denticulatis. Linn. *ſyſt. veg.* 716.

Icon. Jacq. *auſtr. t. 307.*

Rec. anguſtiſſimum, papilloſum, glabrum.

Sem. oblonga, inferne attenuata, obſolete angulata, ſtriata, pallide ſtraminea.

Pappus

Pappus sessilis, caducus: radiis capillaribus, numerosis, sericeo-albis, parce denticulatis, semine sesquilongioribus.

INT. duplex: utrumque membranaceum.

EMB. albicans. *Cotyl.* oblongæ. *Rad.* teretiuscula.

*

a.) Calyx maturus. b.) Idem explicatus cum receptac. papillis. c. C.) Semen integrum. D. E.) Idem dissectum. F.) Embryo denudatus.

A Chondrilla differt potissimum pappo non stipitato.

DCCCCIX. SONCHUS. TOURN. *t.* 268. LINN. *gen.* 908.

Calyx polyphyllus, imbricatus, basi ventricosus, per maturitatem conice connivens. Thal. excavato-punctatus. Pappus capillaris, mollissimus, fugax.

SONCHUS picroides. Tab. 158. fig. 2.

Sonchus subrotundo folio nostras. PLUK. *phyt. t. 61. f. 5.*

Scorzonera foliis superioribus amplexicaulibus integerrimis, inferioribus runcinatis, pedunculis squamosis. LINN. *syst. veg. 711.*

REC. planum, excavato-punctatum, glaberrimum.

SEM. brevia, obesa, tetragona, ferruginea: exteriora curvata; interiora recta: utraque tuberculis transversalibus muricata & in singulo latere linea longitudinali depressa inscripta.

Pappus mollissimus, candidus, sessilis, fugax: radiis capillaribus, remotissime denticulatis, semine longioribus.

INT. duplex: *exterius* coriaceo-fungosum, crassum, sæpe sponte quadrifariam secundum lineas laterales dehiscens; *interius* membranaceum, tenuissimum.

EMB. teretiusculus, albicans aut lividus. *Cotyl.* obtusæ. *Rad.* non discreta.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem dissectus. B.) Receptac. pars insigniter aucta. c. C.) Semina marginalia. d. D.) Sem. centralia. E.) Integum. exterius transverse sectum. F. G.) Embryo denudatus.

Eadem fabrica, per singulas fructificationis partes, gaudet quoque Sonchus (Scorzon.) *tingitanus*; & in utraque specie sæpius deprehenduntur semina albicantia, non muricata, sed ad angulos saltem crenulata: marginalia autem hujus sortis semina, sunt insigniter crassa (h.), & ex latiori basi fastigiantur in pyramidem curvulam, obsolete tetragonam.

SONCHUS asper. ibid.

Sonchus asper. DOD. *pempt.* 643. BLAKW. *herb. t.* 30. OED. *flor. dan. t.* 843.
Sonchus oleraceus γ. LINN. *syst. veg.* 712.

Receptac. ante plenam maturitatem concavum, papillis depressis minutissimis conspersum. Semina (a. A. B.) obovata, compressa, striis 3. l. 5. longitudinalibus exarata, aliisque transversalibus obsoletioribus atque tenuissimis cancellata, e luteo-ferruginea, aut cinnamomea. Pappus capillaris, sessilis, niveus, semine triplo longior. Cum his ad amussim congruunt semina S. *lævis.*

S. *palustris* semina, ibidem repræsentata, omittimus, utpote dubia.

DCCCCX. HIERACIUM. TOURN. *t.* 267. LINN. *gen.* 913.

Calyx polyphyllus, imbricatus squamis lineari-oblongis inæqualibus. Thal. scrobiculatus, scabriusculus. Pappus sessilis, setaceus, denticulatus, rigidiusculus.

HIERACIUM Pilosella. Tab. 158. fig. 3.

Pilosella major. BLAKW. *herb. t.* 365.
Hieracium foliis integerrimis ovatis subtus tomentosis, stolonibus repentibus, scapo unifloro. LINN. *syst. veg.* 716.

REC. ante plenam maturitatem planiusculum, scrobiculatum, & ex scrobiculorum marginibus denticulatis asperum; postea vero subglobosum, pulvinatum, papillosum, & inter papillas setulis minimis conspersum.

SEM. columnaria, apice obtusa, angulata, sulcata, atra, sublucida. *Pappus* sessilis, setaceus, denticulatus, subfragilis, sordide albicans, persistens.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. albicans. *Cotyl.* oblongæ. *Rad.* conica, non discreta.

*

a.) Calyx maturus. B.) Receptac. immaturum. C.) Idem maturum d. D.) Semen integrum.

Ex aliis generibus Linnæanis huc omnino spectant: Leontodon *aureum*, & Hypochæris *pontana*. Contra autem eliminanda sunt: Hier. *Taraxaci*, quod secundum ALLIONI observationes, ad *Viream* pertinet; & Hier. *sprengerianum*, quod ob pappum stipitatum plumosum, *Helmintiæ* species est.

TROXIMON.

Calyx oblongus, conicus, simplex, aut imbricatus squamis inæqualibus. Thal. nudus, puncticulatus, glaber. Pappus sessilis, pilosus.

Hujus

Hujus loci ſunt Tragop. *dandelion*, *virginicum* & *lanatum*. LINN. plantæ a Tragopogonis charactere generico multum diſcrepantes & ab avtoptis curatius ſcrutandæ.

DCCCCXI. ANDRYALA. LINN. *gen.* 915. Eriophorus. VAILL.

Calyx ovato-cylindricus, duplici ſerie polyphyllus, æqualis, tomentoſus. Thal. alveolatus, piloſus. Pappus piloſus, ſeſſilis.

ANDRYALA integrifolia. Tab. 158. fig. 4.

Sonchus lanatus. DALECH. *hiſt.* 1116.

Andryala foliis inferioribus runcinatis, ſuperioribus ovato-oblongis tomentoſis. LINN. *ſyſt. veg.* 720.

REC. planum, alveolatum, marginibus alveolorum ciliatis, ciliis ſetaceis prælongis.

SEM. columnaria, angulata, ſtriata, ſetis thalami paulo breviora.

Pappus ſeſſilis, piloſus, obſolete denticulatus, baſi connatus, caducus, albicans.

INT. duplex: coriaceum atque membranaceum.

EMB. ſemini conformis, albicans. *Cotyl.* oblongæ. *Rad.* brevis, non diſcreta.

*

a. b.) Calyx integer & diſſectus. C.) Receptac. pars inſigniter aucta. d. D.) Semen ſeparatum.

b. *ſtipitato.*

DCCCCXII. LACTUCA. TOURN. *t.* 267. LINN. *gen.* 909.

Calyx oblongus, polyphyllus, imbricatus ſquamis inæqualibus acuminatis margine ſcarioſis. Thal. excavato-punctatus, glaber. Pappus ſtipitatus, capillaris, molliſſimus, fugax.

LACTUCA Scariola. Tab. 158. fig. 5.

Lactuca agreſtis. CORD. *hiſt.* 157. b.

Endivia major lactucina ſpinoſa. BARR. *ic.* 135.

Lactuca foliis verticalibus carina aculeatis. LINN. *ſyſt. veg.* 713.

REC. planiuſculum, excavato-punctatum, glabrum.

SEM. ovata, utrinque attenuata, compreſſa, ſtriis ſeptem crenulatis longitudinalibus exarata, e ferrugineo nigricantia.

Pappus ſtipitatus, capillaris, molliſſimus, ſericeo-albus, ſemini æqualis, fugax. Stipes ſetaceus, longitudine ſeminis.

INT. duplex: exterius ſubcruſtaceum, durum.

EMB. ſemini conformis, albus. *Cotyl.* ellipticæ. *Rad.* acuminata.

*

a.) Calyx integer. b.) Receptac. denudatum. c. C.) Semen ſeparatum. D.) Idem transverſe ſectum.

LACTUCA ſativa. ibid.

Lactuca. BLAKW. *herb. t. 88.*

Lactuca foliis rotundatis caulinis cordatis, caule corymboſo. LINN. *l. c.*

Semina (a. A. B.) paulo minora quam in præcedenti, ſed turgidiora, deorſum valde anguſtata, ſtriis ſeptem crenulatis exarata, cinereo-ſpadicea aut albicantia. Pappus molliſſimus, fugax. Stipes longitudine ſeminis.

LACTUCA viroſa. ibid.

Lactuca ſylveſtris lato folio, nervo viroſo. BAUH. *hiſt. 2. p. 1002.*

Lactuca foliis horizontalibus carina aculeatis dentatis. LINN. *l. c.*

Semina (a. A. B.) per ſingula puncta L. *ſativæ* ſimillima, niſi quod margines atque ſtriæ, prope verticem ſeminis, minutiſſimis aculeolis exaſperatæ ſint.

LACTUCA ſaligna. ibid.

Lactuca foliis imis ſemipinnatis, ſuperioribus amplexicaulibus hamatis, nervis ſpinoſis. HALL. *hiſt. n. 13. flor. jen. t. 4.*

Lactuca foliis haſtato linearibus ſeſſilibus carina aculeatis. LINN. *l. c.*

Icon. JACQ. *auſtr. t. 250.*

Semina (a. A. B.) obovata, rhombeo-compreſſa, ſ. in medio utrinque obtuſiſſime angulata, transverſim rugoſula, non ſtriata, cinnamomea aut e luteo ſpadicea. Pappus molliſſimus, longus. Stipes ſemine brevior.

LACTUCA floridana. ibid.

Sonchus floridanus, pedunculis ſquamoſis, foliis lyrato-haſtatis. LINN. *ſyſt. veg. 712.*

Semina (a. A. B.) ovato-oblonga, compreſſa, ſtriata, glabra, fumoſa aut fuſca, in collum ſ. breviſſimum ſtipitem deſinentia. Stipes craſſus, terminatus calyculo minutiſſimo, quinquedentato, ſubreflexo; intra quem Pappus molliſſimus, niveus, fugax. Hæc, a Lactuca perinde atque a Soncho, quin ab omnibus Ligulatis, *pappo compoſito* differt, & in vivo ſpecimine curatius examinari meretur.

DCCCCXIII. CHONDRILLA. TOURN. *t.* 268. LINN. *gen.* 910.

Calyx ſimplex, cylindraceus, ſubdecaphyllus, ſquamis paucis brevibus calyculatus. Thal. excavato-punctatus, glaber. Pappus capillaris, ſtipitatus, fluxilis.

CHON-

Chondrilla juncea. Tab. 158. fig. 6.

Chondrilla foliis radicalibus runcinatis, caulinis linearibus integris. Linn. *syst. veg. 713.*

Icon. Jacq. *austr. t. 427.*

Rec. angustum, excavato-punctatum, glabrum.

Sem. oblonga, sursum crassiora, obsolete angulata, striis tuberculato-scabratis exasperata, rufescentia.

Pappus capillaris, sericeo-albus, fugax, stipitatus. Stipes setaceus, semine sesquilongior.

Int. duplex: exterius subcrustaceum, durum.

Emb. semini conformis, albus. *Cotyl.* oblongæ. *Rad.* conica.

*

a.) Calyx clausus. b. B.) Idem dehiscens, cum receptac. denudato. c. C.) Semen integrum. D.) Idem dissectum. E.) Embryo denudatus.

Chondrilla (*Lactuca in Icon.*) turalis. ibid.

Sonchus lævior vulgaris. Clus. *hist. 2. p. 146.* Oed. *flor. dan. t. 509.*

Prenanthes flosculis prunis, foliis runcinatis. Linn. *syst. veg. 714.*

Semina (a. A. B.) obovata, compressa, striis septem crenulatis scabrata, atra. Pappus niveus, mollissimus, fugax. Stipes capillaris, vix dimidio semine longior. Semina quidem Lactucæ, sed calyx & reliqua sunt Chondrillæ.

DCCCCXIV. LEONTODON. Linn. *gen.* 912.

Dens leonis. Tourn. *t.* 266. Taraxacum. Juss. *p.* 169.

Calyx oblongus, polyphyllus, foliolis interioribus erectis æqualibus; exterioribus reflexis aut patulis inæqualibus: utrisque per maturitatem deflexis. Thal. excavato-punctatus. Pappus capillaris, stipitatus.

Leontodon Taraxacum. Tab. 158. fig. 7.

Dens leonis. Cam. *epit. 286.* Blakw. *herb. t. 501.* Oed. *flor. dan. t. 574.*

Leontodon calyce squamis inferne reflexis, foliis runcinatis denticulatis lævibus. Linn. *syst. veg. 715.*

Rec. excavato-punctatum, glabrum, primo planum, demum pulvinatum.

Sem. oblonga, deorsum angustiora, compressiuscula, striis in singulo latere 5. l. 6. longitudinalibus, inferne simpliciter tuberculatis, superne autem muricatis & quasi imbricato squamosis exasperata: cinereo-fusca.

Pappus capillaris, deciduus, stipitatus. Stipes setaceus, rigidiusculus, basi angulatus, semine triplo longior.

 Int.

INT. duplex: exterius ſubcruſtaceum, durum.

EMB. albicans. *Cotyl.* ellipticæ. *Rad.* attenuata, non diſcreta.

*

a.) Calyx maturus deflexus, cum receptac. pulvinato. A.) Recept. pars inſigniter aucta. b. B. C.) Semen integrum & diſſectum. d. E.) Embryo denudatus.

Semina in aliis limæ rudioris adinſtar aſpera, in aliis vero leniter tuberculata, & iterum in aliis penitus glabra ac ſimpliciter tantum ſtriata deprehenduntur. Conf. GMEL. *ſibir.* 2. *p.* 15.

DCCCCXV. CREPIS. LINN. *gen.* 914. Hieracioides. VAILL.

Calyx ſimplex, polyphyllus, per maturitatem toruloſus, ventricoſus; baſi auctus ſquamis pluribus patulis. Thal. alveolatus aut ſcrobiculatus. Sem. oblonga, fuſiformia, aut rarius columnaria. Pappus piloſus, in plerisque ſtipitatus, in paucioribus ſeſſilis. Diſcrimen præcipuum, ab Hieracio, conſiſtit in calycis maturi forma ventricoſa atque toruloſa; a Picride autem pappo non plumoſo diſtat.

CREPIS alpina. Tab. 158. fig. 8.

Leontodon calyce toto erecto; inferiore ſquamis ſiccis, foliis amplexicaulibus. GMEL. *ſibir.* 2. *t.* 5.

Crepis involucris ſcarioſis longitudine calycis, floribus ſolitariis. LINN. *ſyſt. veg.* 719.

REC. concavum, profunde alveolatum, alveolorum marginibus ciliatis.

SEM. prælonga, ſtriis numeroſis ſcabris exaſperata, pallide ſpadicea, e clavata baſi ſenſim in ſtipitem attenuata.

Pappus capillaris, albus, ſemine multo brevior, ſtipitatus. Stipes ſubulato-ſetaceus, ſcaber, longitudine ſeminis.

INT. duplex: exterius cruſtaceum, durum.

EMB. ſubulatus, albus. *Cotyl.* acuminatæ. *Rad.* conica, non diſcreta.

*

a. b.) Calyx maturus integer & diſſectus. B.) Receptac. pars inſigniter aucta. c. C.) Semen integrum. D.) Pappi radius capillaris denticulatus. E.) Semen diſſectum. F.) Embryo denudatus.

Eadem fabrica gaudent quoque ſemina Cr. *veſicariæ, rubræ, foetidæ,* &c.

CREPIS biennis. ibid.

Hieracium erucæ folio hirſutum. BAUH. *hiſt.* 2. *p.* 1025. bene.

Crepis foliis runcinato pinnatifidis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. LINN. *ſyſt. veg.* 719.

Calyx (a) calyculatus, squamis inferioribus glabris, patulis; superioribus erectis, dorso rotundatis (C.) atque hispidis. Thal. alveolatus (B.), alveolorum marginibus ciliatis. Semina (d. D.) oblonga, teretiuscula, striata, glabra, lutea aut ferruginea, sursum graciliora, nec tamen in verum stipitem attenuata. Pappus sessilis, capillaris, niveus, deciduus. Embryo (e) subulatus, albus.

Crepis *virens*. LINN.

Calyx maturus, Arnoseridis simillimus, ventricosus, torulosus, vix calyculatus. Thal. obsolete scrobiculatus. Semina æquabiliter columnaria, profunde sulcata, rufescentia. Pappus capillaris, sessilis, semine sesquilongior, deciduus. Hæc solo calyce ab Hieracio differt.

D. Pappo plumoso.

a. *Thalamo nudo.*

α. Stipite subnullo.

DCCCCXVI. VIREA. ADANS. *p.* 112. Taraxaconoides. VAILL. Leontodon. JUSS. *p.* 170.

Calyx polyphyllus, nunc subimbricatus, nunc vero simplex, æqualis & basi squamis paucis brevibus calyculatus. Thal. scrobiculatus, villosiusculus. Sem. teretia, obtusa aut sursum graciliora. Pappus plumosus, sessilis, aut substipitatus: radiis paleaceis & setaceis mixtis.

VIREA hastilis. Tab. 159. fig. 3.

Leontodon scapo calyceque lævi, foliis lanceolatis dentatis integerrimis glabris. LINN. *syst. veg.* 715.

Icon. JACQ. *austr. t.* 164.

REC. modice convexum, scrobiculatum, a scrobiculorum marginibus ciliatis villosiusculum.

SEM. fusiformia, striis longitudinalibus asperis scabrata, rufescentia, in stipitem obsoletum desinentia.

Pappus plumosus, substipitatus, inæqualis: radiis longioribus inferne planis, barbatis; brevioribus autem setaceis, imberbibus & simpliciter denticulatis.

INT. duplex: exterius subcrustaceum, durum.

EMB. seminis testà quarta parte brevior, subulatus, albus.

*

a.) Calyx maturus. b.) Idem per maturitatem subreflexus. B.) Receptac. pars insigniter aucta. c. C.) Semen integrum. D.) Idem longitudinaliter apertum. e.) Embryo magnitudine naturali.

Semina Vir. *hispidæ*, præcedentibus simillima, sed paulo minora & minus aspera sunt. Huc etiam spectat Hierac. *taraxaci*. secundum ALLION. *hist. pedem. p. 211.* Sed Leontod. *aureum*, quod etiam Cel. JUSSIEU huc refert, tanto confidentius ad Hieracia depellimus, quod ejus pappum, ipsis hieraciis simpliciorem, in exemplis helveticis coram videamus, & talem quoque pronunciet JACQ. in *flor. vindob. p. 269.*

DCCCCXVII. PICRIS. JUSS. *p.* 170. LINN. *gen.* 907.

Calyx simplex, polyphyllus, æqualis, basi squamis brevibus calyculatus. Thal. excavato punctatus. Pappus plumosus, subsessilis: radiis omnibus filiformibus.

PICRIS pyrenaica. Tab. 159. fig. 2.

Helminthotheca hispidosa pyrenaica, blattariæ folio. VAILL. *act. gall. 1721. p. m. 732.*

Hieracium pyrenaicum. LINN. *syst. veg. 718.*

REC. planum, obsolete scrobiculatum, glabrum.

SEM. teretiuscula, utrinque attenuata, striis quatuor longitudinalibus depressis in totidem quasi valvulas divisa, insuperque rugis transversalibus crassis muricata, rubro-ferruginea: marginalia curvata; centralia recta.

Pappus plumosus, subsessilis, semine longior, caducus: radiis omnibus filiformibus, æquabiliter barbatis.

INT. duplex: *exterius* crassum, suberoso-coriaceum; *interius* membranaceum, tenuissimum.

EMB. semini conformis, albicans aut sublividus.

*

a.) Calyx maturus, torosus. b.) Idem demum patentissimus, cum receptac. scrobiculato. C.) Foliolum calycinum separatum. d. D.) Semina marginalia. e. E.) Semina centralia. F) Pappus separatus. G. H. I.) Seminum sectio transversalis atque longitudinalis. K. L.) Embryo separatus.

Picris *hieracioides*. LINN.

Receptac. planum, foveolis subpentagonis neutiquam profundis exsculptum & intra eas papillula minuta insignitum. Semina uniformia, oblonga, teretiuscula, utrinque attenuata, striis longitudinalibus atque transversalibus inferne minutim cancellata atque scabrata, nullis suturis lateralibus instructa, helvola aut cinnamomea. Pappus sessilis, plumosus, semine duplo longior: radiis filiformibus, æquabiliter barbatis.

A Virea, radiis pappi uniformibus, & ab Helmintia, pappo non manifeste stipitato differt.

DCCCCXVIII. SCORZONERA. Tourn. *t.* 269. Linn. *gen.* 906.

Calyx oblongus, polyphyllus, imbricatus ſquamis acuminatis, inæqualibus, margine membranaceis. Thal. nudus, papilloſus. Sem. longa, ſurſum attenuata. Pappus plumoſus ſeſſilis: radiis paleaceis & ſetaceis mixtis.

Scorzonera laciniata. Tab. 159. fig. 1.

Tragopogon laciniatis foliis. Col. *phytob. t.* 32.

Scorzonera foliis linearibus dentatis acutis, caule erecto, calycis ſquamis patulo mucronatis. Linn. *ſyſt. veg.* 711.

Icon. Jacq. *auſtr. t.* 356.

Rec. leviter convexum, tuberculis minutis papilloſum.

Sem. longa, e pedunculo ovato ſtriato intus cavo atque funiculum umbilicalem filiformem continente, elongata in columnam rectam, tetragono-compreſſam, ſtriatam, pedunculo ſuo anguſtiorem ſed duplo longiorem, atque ipſo nucleo foetam.

Pappus plumoſus, ſeſſilis: radiis paleaceis inæqualibus; crinibus longis, ſericeo albis.

Int. duplex: *exterius* coriaceum, ſemine longius & baſi in ampullam inflatum; *interius* membranaceum, tenuiſſimum, embryonem inveſtiens.

Emb. ſubulatus, longitudine columnæ ſeminis, luteſcens.

*

a.) Calyx maturus patens, cum receptaculo. b. B.) Semen integrum. C.) Ejusdem diſſecti pedunculus ampullaceus, cum funiculo umbilicali in ejus medio. D.) Columna ſeminis aperta, embryonem fovens. e. E.) Embr. denudatus.

Uti in Scorzonera, ſeminis pedunculus, ita in Tragopogone, pappi ſtipes, cavus deprehenditur: utrum vero hæc ſingularis fabrica novis generibus conſtituendis ſufficiat, penes alios judicium eſto.

Scorzonera hiſpanica. ibid.

Scorzonera & Viperaria. Blakw. *herb. t.* 406.

Scorzonera caule ramoſo, foliis amplexicaulibus integris ſerrulatis. Linn. *l. c.*

Semina (a. B. C.) longa, teretiuſcula, ſuperne paulo anguſtiora: exteriora leviter incurva & in dorſo planiuſcula (C.); interiora autem recta & obſolete angulata: utraque longitudinaliter ſtriata, inferne (C.) glabra, ſuperne vero (B.) tuberculis lunatis transverſalibus exaſperata, albicantia aut pallide ſtraminea. Pappus plumoſus, ſeſſilis: radiis paleaceis inæqualibus. Embryo (d. e.) longitudine ſeminis, ſubulatus, e viridi liveſcens.

β. Stipite

β. Stipite manifesto.

DCCCCXIX. HELMINTIA. Juss. *p.* 170. Helminthotheca. Vaill.

Calyx simplici serie polyphyllus, nunc latioribus foliis involucratus, nunc vero brevioribus squamis basi calyculatus. Thal. nudus, tuberculatus, aut scrobiculatus. Semina transversim striata. Pappus plumosus stipitatus, stipite & radiis filiformibus.

Helmintia echioides. Tab. 159. fig. 2.

Hieracium capitulis cardui benedicti. Bauh. *hist.* 2. *p.* 1029.

Picris perianthiis exterioribus pentaphyllis, interiore aristato majoribus. Linn. *syst. veg.* 711.

Rec. planum, tuberculis s. papillis minimis conspersum, nudum.

Sem. obovata, brevia, rugis obsoletis subundulatis transversalibus exarata, ex aurantio-rufescentia.

Pappus plumosus, sericeo albicans, radiis filiformibus æqualibus longitudine stipitis. Stipes setaceus, semine duplo longior.

Int. duplex: utrumque membranaceum.

Emb. ovato oblongus, pallide viridis.

*

a.) Calyx cum involucro. b.) Idem reflexus & thalamus denudatus. c. C.) Semen integrum. D. E.) Ejusdem sectio transversalis atque longitudinalis. F.) Embryo denudatus.

Helmintia *sprengeriana.*

Hieracium sprengerianum. Linn.

Thalamus ante plenam maturitatem alveolatus. Semina transversim sulcata & limæ adinstar dentata s. scabrata. Pappus stipitatus plumosus. Allion. *hist. ped.* 221.

DCCCCXX. TRAGOPOGON. Tourn. *t.* 270. Linn. *gen.* 905. Urospermum. Juss. *p.* 171.

Calyx longe pyramidatus, simplex, subdecemfidus, æqualis. Thal. nudus. excavato punctatus. Semina prælonga. Pappus stipitatus plumosus.

Tragopogon pratense. Tab. 159. fig. 4.

Tragopogon. Fuchs. *hist. lat.* 827. *germ. ic.* 471. Cam. *epit.* 312.

Tragopogon calycibus corollæ radium æquantibus, foliis integris strictis. Linn. *syst. veg.* 709.

Rec.

REC. nudum, primo planum, demum convexiusculum, punctatum.

SEM. prælonga, fusiformi-clavata, striata, glabra aut punctis acutis scabrata, albicantia, in stipitem desinentia.

Pappus plumosus, albus, caducus: radiis paleaceis inæqualibus, longitudine stipitis. Stipes subulato-setaceus, solidus, semini subæqualis.

INT. duplex: *exterius* subcrustaceum; *interius* membranaceum, sericeo album.

EMB. subulatus, albicans.

*

a.) Calyx maturus reflexus cum receptaculo. b. B.) Semen integrum. c.) Ejus sectio longitudinalis. d.) Embryo denudatus.

TRAGOPOGON picroides. ibid.

Chondrillæ creticæ nomine missa, semine crispo. BAUH. *hist.* 2. *p.* 1022.

Tragopogon calycibus monophyllis corolla brevioribus aculeatis, foliis runcinatis denticulatis. LINN. *syst. veg.* 710.

Semina subdifformia: radii (a. A.) incurva; disci (b.) rectiuscula: utraque basi compressa, embryonifera (C.), plana, nunc triplici serie squamularum horizontaliter patentium (A) utrinque muricata, nunc solummodo ad marginem superiorem crenulata. Stipes semine multo crassior, curvatus, inferne inflatus, cavus (c. C.), superne filiformi attenuatus, undique punctis acutis scabratus, unacum semine rubro-ferrugineus. Pappus sericeo albus, plumosus, caducus. Embryo (c. C. d. D.) oblongus, plano-compressus, apice truncatus, lividus.

TRAGOPOGON Dalechampii. ibid.

Hedypnois monspessulana. BAUH. *hist.* 2. *p.* 1036.

Hieracium sulphureum, incisis foliis, montanum. BARR. *rar.* 1043. *ic.* 209.

Tragopogon calycibus monophyllis corolla brevioribus inermibus, foliis runcinatis. LINN. *l. c.*

Semina (a. A.) in ratione ad stipitem suum brevia, oblonga, compressa, triplici aut quadruplici serie tuberculorum acuminatorum muricata, albicantia. Stipes (A. C.) semine crassior & triplo longior, subulatus, obsolete striatus atque rugosus, compressus, intus cavus (C.), flexilis, nec crustaceus ut in præcedenti. Pappus (B.) plumosus, caducus, ruffus aut e rubro purpurascens. Embryo (D.) obovatus, compressus, albus.

Posteriores duas species, proprio *Urospermi* nomine generico a Tragopogone separavit Scopoli.

b. *Thalamo paleaceo.*

DCCCCXXI. SERIOLA. Linn. *gen.* 917.

Calyx ſimplex, polyphyllus, ſubæqualis. Thal. paleaceus. Sem. uniformia. Pappus ſtipitatus plumoſus: radiis baſi paleaceis.

Seriola æthnenſis. Tab. 159. fig. 5.

Achyrophorus hirſutus, bellidis obtuſo folio. Vaill. *act. gall.* 1721.

Seriola hiſpida, foliis obovatis ſubdentatis. Linn. *ſyſt. veg.* 721.

Icon. Jacq. *obſ. IV. t.* 79.

Rec. convexum, undique tectum paleis membranaceis, lineari-lanceolatis, calyci ſubæqualibus, deciduis.

Sem. parva, fuſiformia, ſtriata, punctis acutis ſcabrata, rubro-ferruginea.
Pappus plumoſus, perſiſtens, ſtipitatus: radiis ſubdenis, paleaceo-ſetaceis, albis. Stipes capillaris, longitudine ſeminis.

Int. duplex: exterius cruſtaceum, fragile.

Emb. ſubulatus, albus.

*

a.) Calyx maturus. b.) Receptac. paleis tectum. c.) Palea ſeparata. d. D.) Semen integrum. E.) Pappi radius ſeparatus. F.) Semen longitudinaliter apertum. G.) Embryo denudatus.

DCCCCXXII. ACHYROPHORUS.

Calyx oblongus, polyphyllus, imbricatus. Thal. paleaceus. Sem. uniformia. Pappus ſtipitatus plumoſus, radiis filiformibus.

Achyrophorus radicatus. Tab. 159. fig. 6.

Hieracium III. Dod. *pempt.* 639. Oed. *flor. dan. t.* 150.

Hypochæris foliis runcinatis obtuſis ſcabris, caule ramoſo nudo lævi, pedunculis ſquamoſis. Linn. *ſyſt. veg.* 721.

Rec. modice convexum, tectum paleis membranaceis, lineari-acuminatis, calyci ſubæqualibus, deciduis.

Sem. fuſiformia, ſtriata, ſcabra, ſaturate ferruginea.
Pappus ſtipitatus, plumoſus: radiis numeroſis filiformibus ſtipite longioribus. Stipes ſetaceus, ſemine longior.

Int. duplex: exterius ſubcruſtaceum.

Emb. ſubulatus, albicans.

*

a.) Calyx clauſus. b.) Idem per maturitatem reflexus, cum receptac. paleaceo. C.) Receptac. denudatum. d. D.) Semen integrum. E.) Idem longitudinaliter apertum. F.) Embryo denudatus.

II. SEMI-

II. SEMINIBUS DIFFORMIBUS. (*)

a. *Pappo marginalium nullo.*

DCCCCXXIII. ROTHIA. Schreb.

Calyx ſimplici ſerie polyphyllus, æqualis, lanatus. Thal. in ambitu paleaceus, in medio villoſus. Sem. marginalia calva; centralia pappoſa.

Rothia andryaloides. Tab. 174. fig. 9.

Voigtia. Roth. *Diar. botan. tigur. 1790. n. X. p. 17.*

A Cl. Schrebero.

Rec. planiuſculum, in medio villoſum, verſus peripheriam multiplici ſerie palearum tectum. *Paleæ* lineari-acuminatæ, marginibus in vaginam floſculos amplexantem convolutæ, extus lanatæ, verſus peripheriam gradatim longiores, & demum foliolis calycinis ſimiles.

Sem. *marginalia* (quousque paleis locus eſt) calva, minutula, ovata, deorſum inſigniter acuminata, ſtriata, ferruginea, ſingula ſingulis thalami paleis involuta.

centralia perinde minutula, teretiuſcula l. cylindrica, ſtriata, ferruginea, non involuta, pappoſa.

Pappus ſetaceus, ſeſſilis, albus: radiis numeroſis, ſemine quintuplo longioribus, perſiſtentibus, baſi ſubbarbatis, apice vero ſimpliciter denticulatis.

Int. utrisque ſimplex, membranaceum.

Emb. ſemini conformis, albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diſſectus cum receptac. B.) Receptac. magnitudine inſigniter auctum. c. c. c. C.) Paleæ diverſæ longitudinis, floſculos baſi involventes. d. D.) Floſculus & ſemen radii calvum. e. E.) Floſculus & ſemen diſci pappoſum. F.) Pappi radius inſigniter auctus.

b. *Pappo omni ſeſſili.*

DCCCCXXIV. TOLPIS. Adans. *p.* 112. Drepania. Juss. *p.* 169.

Calyx duplici ſerie polyphyllus, ſubæqualis, baſi circumvallatus ſquamis ſetaceis ſparſis per maturitatem falcato-incurvis. Thal. alveolatus. Pappus difformis: *diſci* marginatus, cum ſetis duabus l. quatuor longiſſimis; *radii* polyphyllus æqualis.

Tolpis

(*) Difformitas oritur vel ex ſemine ipſo, vel ex pappo ſolo, vel ex utrisque ſimul.

Tolpis barbata. Tab. 160. fig. 1.

Hieracium calyce barbato. Col. *ecphr. 2. p. 28. t. 27. f. 1.*

Hieracium, medio nigro, boeticum majus. Herm. *parad. t. 185.*

Crepis involucris calyce longioribus: squamis setaceis sparsis. Linn. *syst. veg. 719.*

Rec. planum, alveolatum, alveolorum marginibus denticulatis.

Sem. uniformia, parva, ovata, striata, ferruginea, pappo sessili coronata. *Pappus* difformis: *radii*, subpaleaceus, brevissimus, persistens, foliolis numerosis acuminatis albis, basi in annulum, semen coronantem, connatis; *disci*, margo crenulatus brevissimus, e quo setae duae l. quatuor, oppositae, capillares, vix denticulatae & semine duplo longiores.

Int. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

Emb. semini conformis, albus.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem dissectus cum pedunculo suo cavo, atque receptac. alveolato. B.) Alveoli insigniter aucti. c. C.) Semina radii. d. D.) Semina disci. E.) Embryo denudatus.

Proprii generis esse plantam, jam pridem monuit Hall. *hort. goett. 421.*

DCCCCXXV. HYOSERIS. Linn. *gen.* 916.

Calyx simplici serie polyphyllus, squamis brevissimis calyculatus. Thal. excavato punctatus. Pappus difformis: *disci* compositus ex radiis inaequalibus; *radii* polyphyllus aequalis.

Hyoseris cretica. Tab. 160. fig. 2. ex fide *Martini* Stuttgard.

Hyoseris fructibus ovatis scabris, caule ramoso. Linn. *syst. veg. 721.*

Rec. planum, glabrum, excavato-punctatum.

Sem. teretiuscula, scabra, ferruginea; interiora longiora rectiuscula; marginalia breviora, incurva, foliolis calycinis semi involuta: utraque papposa. *Pappus* difformis: *radii* polyphyllus, brevis, foliolis paleaceis, denticulatis, basi connatis, subaequalibus, aut tribus saltem breviter aristatis; *disci* compositus ex foliolis pluribus subulatis brevibus, & quinis paleaceis, in aristam longissimam denticulatam desinentibus.

Int. duplex: exterius crustaceum, fragile.

Emb. semine brevior, subulatus, albicans.

*

a.) Calyx maturus subglobosus, torosus: foliolis carinâ dentatis gibbis, intus canaliculatis, semina marginalia (D.) amplexantibus. b. B. D.) Semina radii. c. C. E.) Semina disci. F.) Embryo denudatus.

Hyoſeris *virginica.* LINN.

Semina tetragona, coronata margine membranaceo integro & inſuper ſetis tribus l. quatuor longis. LINN. *ſp. pl. 1138.*

Hyoſeris *ſcabra.* LINN.

Semina coronata margine ſcabro, Pappoque ariſtato. LINN. *ſyſt. veg. 720.*

Hyoſeris *lucida.* LINN.

Semina marginalia vix papposa. LINN. *mant. 108.*

Hyoſeris *Hedypnois.* LINN.

Semina diſci coronata calyculo ſetaceo; radii vero margine. LINN. *h. uſp. p. 246.*

Hyoſeris *hirta.* nob.

Leontodon hirtum. LINN.

Semina radii incraſſata albida vix ſcabra calyculo brevi multidentato coronata. Sem. diſci tenuia, fuſca ſcabra, pappo ſeſſili: in centralibus ſubſtipitato; radiis tredecim, baſi lanceolatis, extrorſum plumoſis, & aliis tredecim brevioribus ſimplicibus cum prioribus alternantibus. LEERS. *flor. herborn. 172.* Aut hujus loci, aut proprii generis planta eſt.

DCCCCXXVI. HEDYPNOIS. TOURN. *t.* 271. JUSS. *p.* 169.

Calyx ſimplici ſerie polyphyllus, baſi ſquamis brevibus calyculatus, per maturitatem toroſus, foliolis extus gibbis, intus concavis, ſemina marginalia amplexantibus. Thal. excavato-punctatus. Semina ipſa difformia. Pappus uniformis inæqualis ſeſſilis.

HEDYPNOIS radiata. Tab. 160. fig. 3.

Dens leonis minor, foliis radiatis. PLUK. *phyt. t. 37. f. 2.*

Hyoſeris ſcapis unifloris, foliis glabris runcinatis angulis dentatis: apice laciniatis. LINN. *ſyſt. veg. 720.*

REC. planum, glabrum, excavato-punctatum.

SEM. triplicis formæ: *extima* oblonga, anguſta, compreſſiuſcula, ſuberoſa, calycis foliolis comprehenſa; *media* oblonge-elliptica, ad latera membranaceo compreſſa & quaſi alata, in medio craſſiuſcula atque ſulco longitudinali utrinque inſcripta; *intima* teretiuſcula, glabra, reliquis longiora: omnia luteſcentia aut cinnamomea.

Pappus ſeſſilis, uniformis, multiradiatus: radiis paleaceis atque ſetaceis mixtis, denticulatis, pallide ſtramineis, inæqualibus: quinis nempe reliquis paulo longioribus.

INT. duplex: exterius ſuberoſum aut coriaceum.

EMB. ſemine brevior, oblongus, compreſſiuſculus, albicans.

*

a.) Calyx claufus. b.) Idem per maturitatem patentiffimus, cum receptac. c. H. I.) Semina exteriora. — d. F. G.) media. — e.) centralia. K.) Embryo denudatus.

c. *Pappo feffili & ftipitato.*

DCCCCXXVII. HYPOCHÆRIS. LINN. *gen.* 918.

Calyx imbricatus. Thal. paleaceus. Sem. difformia. Pappus radii feffilis, difci ftipitatus.

HYPOCHÆRIS glabra. Tab. 160. fig. 4.

Hypochæris glabra, calycibus oblongis imbricatis, caule ramofo nudo, foliis dentato finuatis. LINN. *fyft. veg.* 721.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 424.

REC. planum, tectum paleis membranaceis, lineari-acuminatis, calyci æqualibus, deciduis.

SEM. fubdifformia: *radii* teretiufcula, furfum incraffata, apice obtufa; *difci* fufiformia, in ftipitem fetaceum longum definentia: utraque ftriata fcabra, faturate ferruginea.

Pappus plumofus longitudine feminis, in feminibus radii feffilis, copiofior, longior; in feminibus difci ftipitatus, parcior, brevior.

INT. exterius cruftaceum, fragile.

EMB. obovatus, albicans.

*

a.) Calyx maturus. b.) Receptac. denudatum. c. C.) Semina radii. d. D.) Semina difci. E.) Seminis fectio transverfalis. F.) Embr. denudatus.

d. *Pappo omni ftipitato.*

DCCCCXXVIII. GEROPOGON. LINN. *gen.* 904.

Calyx fimplex pyramidatus polyphyllus æqualis. Thal. nudus. Sem. difformia prælonga in ftipitem definentia. Pappus radii fubulatus: difci plumofus.

GEROPOGON glabrum. Tab. 160. fig. 5.

Geropogon foliis glabris. LINN. *fyft. veg.* 709.

Icon. JACQ. *hort. t.* 33.

REC. planum, excavato-punctatum, nudum.

SEM. difformia: *radii* longiora, fubulata, inferius glabra, ftriis quatuor depreffis notata, fuperius in ftipitem fcabriufculum definentia, a receptaculo non fponte fecedentia; *difci* breviora, fufiformia, ftriis decem elevatis fcabris exafperata, in ftipitem fetaceum definentia, fponte decidua.

Pappus

Pappus radii ex ariſtis quinque, filiformi-ſubulatis, glabris, dimidio ſtipite brevioribus; diſci plumoſus, multiradiatus, ſtipitis longitudine.

INT. exterius coriaceum; interius membranaceum, ſericeo album.

EMB. ſubulatus, viridis.

*

a.) Calyx maturus, cum ſitu ſeminum. b. B.) Semen radii. c. C.) Semen diſci. d.) Seminis radii ſectio longitudinalis. e.) Embryo ſeparatus.

Receptaculum nonnulli dicunt ſetaceo-paleaceum, ſed tale ego neque in florente neque in fructeſcente calyce deprehendere potui.

* * * * *

T U B U L O S Æ.

Dividuntur in *capitatas* atque *diſcoideas*. Illis calyces globoſi aut cylindrici grandes; corollulæ prælongæ; & thalamus paleaceus aut alveolatus: His flores minores ſæpius depreſſiuſculi; corollulæ breves; thalamus varius. Utræque degenerant interdum in *radiatas*.

C A P I T A T Æ.

I. C O N G R E G A T Æ.

A. Pappo nullo.

DCCCCXXIX. CARTHAMUS. TOURN. *t.* 258. LINN. *gen.* 931.

Calyx ſubgloboſus, imbricatus ſquamis *exterioribus* herbaceis laxis; *interioribus* coriaceis arcte incumbentibus, ſupra medium coarctatis: omnibus apice in ſpinulam brevem deſinentibus. Floſculi omnes androgyni. Thal. paleaceus. Sem. nucamentacea, calva.

CARTHAMUS tinctorius. Tab. 161. fig. 2.

Cnicus ſativus, ſ. Carthamus. BESL. *Eyſt. æſt. XI. t. 3. f. 1.* bene.

Carthamus foliis ovatis integris ſerrato aculeatis. LINN. *ſyſt. veg.* 730.

REC. planiuſculum, ſetaceo-paleaceum: paleis lineari acuminatis, longitudine fere calycis, tenuiſſimis.

SEM. uniformia, turbinata, coſtis 4. l. 6, inferne obſoleſcentibus notata, glaberrima, nitida, nivea, calva. Umbilicus ſupra baſin ſeminis.

INT. exterius craſſum, oſſeum, ſ. nucamentaceum.

EMB. obovatus, luteus. *Cotyl.* craſſæ, intus rugoſæ. *Rad.* conica, brevis.

a.) Calyx

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diffectus, cum recept. paleacea. c.) Palea feparata. d. D.) Semen integrum. e.) Idem diffectum. f.) Embryo denudatus. g.) Cotyledonis fuperficies interna rugofa.

DCCCCXXX. CALCITRAPA. Vaill. Juss. p. 173.

Calyx ovato conicus, imbricatus fquamis cartilagineis, apice in fpinam validam, ad latera fpinulis dentatam, definentibus. Flofc. difci androgyni; radii feminei. Thal. paleaceus. Semina calva.

Calcitrapa Hippophæftum. Tab. 163. fig. 2.

Hippophæftum. Col. *phytob. t. 24.*

Carduus ftellatus. Dod. *purg. 448. pempt. 733.*

Centaurea calycibus fubduplicato - fpinofis feffilibus, foliis pinnatifidis linearibus dentatis, caule pilofo. Linn. *fyft. veg. 787.*

Rec. fetaceo-paleaceum, paleis dimidio calyce maturo brevioribus.

Sem. parva, obovata, deorfum acuminata, glabra, non lucida, pallide livida, calva, annulo cartilagineo minutulo in vertice notata. Umbilicus fupra bafin feminis.

Int. exterius coriaceum, tenue.

Emb. femini conformis, luteus.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diffectus, cum receptac. paleaceo. c. C.) Semen feparatum. D.) Embryo denudatus.

His fubnecti poffe videntur: *Acofta.* Adans. p. 117. & *Centaur. folftitialis*, cui fecundum Allion. *hift. ped. 163.* femina radii calva, difci autem fetis coronata.

B. Pappo fetaceo aut paleaceo.

a. *Radiis fubæqualibus, bafi in annulum connatis.*

DCCCCXXXI. ONOPORDUM. Vaill. Linn. gen. 927.

Calyx ventricofus, imbricatus fquamis oblongis in fpinam fimplicem definentibus. Flofc. omnes androgyni. Thal. alveolatus. Sem. coronata pappo pilofo, bafi in annulum connato, deciduo.

Onopordum illyricum. Tab. 161. fig. 1.

Acanthium illyricum. Barr. *ic. 501.*

Onopordum calycibus fquarrofis: fquamis inferioribus uncinatis, foliis lanceolatis pinnatifidis. Linn. *fyft. veg. 728.*

Icon. Jacq. *hort. t. 148.*

Rec.

REC. planum, alveolatum, & intra ſingulum alveolum inſuper *Palea* ſtipatum minutula, baſi ſeminis adhærenti & cum eo decidua.

SEM. obovata, rhombeo compreſſa, lineis aliquot longitudinalibus elevatis ſtriata & inter eas rugis obſoletis transverſalibus exarata, cineraſcentia.

Pappus ſemine duplo longior, caducus, radiis filiformibus, creberrime denticulatis, ſubæqualibus, baſi inter ſe in annulum conferruminatis.

INT. exterius craſſum, durum, cruſtaceum, quaſi nucamentaceum.

EMB. ſemini conformis, albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diſſectus, cum receptac. B.) Alveoli inſigniter aucti. c. C.) Semen integrum, cum ſua palea (α) ad baſin. D.) Pappus ſeparatus. E.) Semen apertum, cum palea (α.) reclinata. f.) Ejusdem ſectio transverſalis. g.) Embryo denudatus.

Semina O. *Acanthii* per ſingula puncta prioribus ſimillima, ſaltem paululum minora atque rufeſcentia. Palea cum ſemine decidua, in hoc genere ſingularis eſt.

DCCCCXXXII. CARDUUS. TOURN. *t.* 253. LINN. *gen.* 925.

Calyx imbricatus ſquamis ſimplicibus, non appendiculatis, acuminatis, ſpina terminatis. Floſc. omnes androgyni. Thal. ſetaceo - paleaceus. Sem. coronata pappo capillari, baſi in annulum connato, deciduo.

CARDUUS leucographus. Tab. 162. fig. 1.

Carduus foliis decurrentibus dentatis ſpinoſis, pedunculis nudis longiſſimis unifloris, calycibus ſpinoſis inclinatis. LINN. *ſyſt. veg.* 724.

Icon. JACQ. *hort.* 3. *t.* 23.

REC. ſetaceo paleaceum, paleis linearibus, ſericeo albicantibus, longitudine tubi calycis.

SEM. ovata, lenticulari compreſſa, ſtriata, glabra, nitida, pallida, glutinoſa dum recentia, margine cartilagineo integerrimo & intra illum brevi tuberculo cylindrico terminata.

Pappus ſemine triplo longior, caducus, radiis capillaribus denticulatis, æqualibus, baſi in annulum conferruminatis.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. obovatus, e viridi luteſcens.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diſſectus cum receptac. c. C.) Semen integrum. D.) Pappus baſi in annulum connatus. e.) Embryo denudatus.

CARDUUS personatus. ibid.

Carduus inermis, foliis imis pinnatis; superioribus ovato-lanceolatis serratis, squamis calycis reflexis. HALL. *hist. n. 162. t. 3. Enum. t. 19.*

Arctium personata. LINN. *syst. veg.* 723.

Icon. JACQ. *austr. t. 348.*

Calyx maturus (a) hemisphæricus, imbricatus squamis linearibus recurvis pungentibus. Receptac. (b.) leviter convexum, paleis rigidis tectum. Semina (c. C. D.) oblonge elliptica, lenticulari compressa (D.), spadicea, margine annulari (C. F.) & intra illum papilla cylindrica terminata. Pappus (E.) semine paulo longior, capillaris, basi annularis, caducus. Embr. (F. g.) luteus.

DCCCCXXXIII. SILYBUM. VAILL.

Calyx ventricosus, imbricatus squamis arcte appressis, apice appendiculatis: appendicibus refracto-patulis dentatis rostratis: intimis cochleariformibus. Flosc. omnes androgyni. Thal. paleaceus. Sem. coronata pappo lineari-paleaceo, basi in annulum connato, deciduo.

SILYBUM marianum. Tab. 162. fig. 2.

Carduus mariæ. BLAKW. *herb. t. 79.*

Carduus foliis amplexicaulibus hastato-pinnatifidis spinosis, calycibus aphyllis: spinis canaliculatis duplicato spinosis. LINN. *syst. veg.* 726.

REC. paleaceum, paleis setaceis, dimidio calyce longioribus.

SEM. oblique ovata, glabra, pallide straminea & fusco colore suffusa, annulo terminali cartilagineo albo, ac intra illum, tuberculo pentacolli notata.

Pappus semine duplo longior, caducus: radiis lineari paleaceis, planis, rigidis, creberrime denticulatis, s. ciliatis & quasi subplumosis, basi in annulum conferruminatis.

INT. exterius coriaceum, aut subcrustaceum, durum.

EMB. ovatus, albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Receptac. paleaceum. c. C.) Semen integrum. D.) Pappus separatus. e.) Semen apertum, cum embryone.

SILYBUM cernuum. ibid.

Carduus foliis ex cordato-lanceolatis margine serratis & spinosis, squamis calycum laceris spinosis, capitulis nutantibus. GMEL. *sib. 2. p. 47. t. 19.*

Cnicus foliis cordatis, petiolis crispis spinosis amplexicaulibus, floribus cernuis, calycibus scariosis. LINN. *syst. veg.* 727.

Calyx maturus (a.) hemisphæricus, imbricatus squamis scariosis: exterioribus ex angusta basi in appendicem subcordatam dentatam atque spina innocua termi-

terminatam desinentibus; *intimis* vero linearibus longissimis, appendice reflexa cochleariformi terminatis. Recept. (b.) setaceo-paleaceum. Semina (c. C. E. f.) obovata, lenticulari-compressa, striata, spadicea, annulo cartilagineo & papilla pentacolli terminata. Pappus (D.) semine longior deciduus: radiis setaceis, rigidis, ciliatis, basi in annulum connatis. Embryo (g.) lividus aut albicans.

b. *Radiis inæqualibus, multiplici serie imbricatis.*

DCCCCXXXIV. LAPPA. TOURN. *t.* 256. JUSS. *p.* 173. Arctium. LINN. *gen.* 923.

Calyx sphæricus, imbricatus squamis linearibus, in spinam apice hamatam desinentibus. Flosc. omnes androgyni. Thal. paleaceus. Sem. coronata pappo brevi inæquali rigido persistente.

LAPPA major. Tab. 162. fig. 3.

Bardana s. Lappa major. DOD. *pempt.* 38. BLAKW. *herb. t.* 117.

Arctium foliis cordatis inermibus petiolatis. LINN. *syst. veg.* 723.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 642.

REC. paleaceum, paleis setaceis, longitudine calycis.

SEM. oblonga, sursum latiora, rhombeo-compressa, fusca, testaceo maculata. *Pappus* dimidio semine brevior, pallide stramineus, persistens: radiis numerosis, paleaceis, denticulatis, rigidis, duplici l. triplici serie vertici seminis adnatis.

INT. exterius coriaceum, durum, crassum.

EMB. semini conformis, albicans.

a.) Calyx integer. b.) Recept. setaceum. c. C. F.) Semen integrum & dissectum. D. E.) Pappus separatus. g.) Embryo denudatus.

DCCCCXXXV. SERRATULA. LINN. *gen.* 924.

Calyx ventricosus aut cylindricus, imbricatus squamis inermibus, acuminatis aut appendice scariosa auctis. Flosc. omnes androgyni. Thal. paleaceus. Sem. coronata pappo inæquali rigido denticulato aut ciliato, persistente.

SERRATULA cyanoides. Tab. 162. fig. 4.

Carduus caule simplici, foliis pinnatifidis, varius dentatis infra candidis, squamis calycum lanceolatis adscendentibus. GMEL. *sib.* 2. *p.* 42. *t.* 15. 16.

Carduus foliis decurrentibus pinnatifidis linearibus integerrimis inermibus petiolatis, subtus tomentosis. LINN. *syst. veg.* 725.

REC.

Rec. paleaceum, paleis brevibus, rigidis, basi inter se cohærentibus.

Sem. inverse pyramidata, tetragona, tuberculato-rugosa, e ferrugineo fusca.
Pappus sericeo albus, persistens aut sero caducus: radiis inæqualibus, planis, rigidis, dentato ciliatis, multiplici serie circa papillam cylindricam positis.

Int. exterius coriaceum, durum, crassum.

Emb. semini conformis, lutescens.

*

a.) Calyx maturus. b.) Recept. paleaceum. c.) Paleæ separatæ. d. e. E.) Semen integrum. F.) Pappus cum suo umbone centrali. g.) Semen dissectum cum embryone.

Serratula *tinctoria.* Linn.

Pappus copiosus, ex aureo & fusco splendens, radiis setaceis rigidiusculis vix aut minutissime denticulatis.

Serratula *multiflora.* Linn.

Pappus sericeo albicans, radiis multorum ordinum lineari-paleaceis ciliatis inæqualibus.

Serratula *centauroides.* Linn.

Pappus stramineo-albicans splendens, radiis numerosissimis inæqualibus lineari-paleaceis, creberrime denticulato-ciliatis.

Huc quoque porro spectant ob pappum & flosculos omnes androgynos: Cnicus *centauroides*, Centaurea *Rhaponticum*, & variæ aliæ inter Carduos, Cnicos & Centaureas Linn. sparsæ.

DCCCCXXXVI. ONOBROMA. Carthamoides. Vaill. Carduncellus. Adans. *p.* 116.

Calyx ventricosus, imbricatus squamis *exterioribus* majoribus herbaceis acuminatis denticulato-spinosis; *interioribus* coriaceis inermibus, apice appendiculato-scariosis. Flosc. omnes androgyni. Thal. paleaceus. Sem. coronata pappo setaceo rigido inæquali.

Onobroma cæruleum. Tab. 160. fig. 7.

Cnicus alter, cæruleo flore. Clus. *hist.* 2. *p.* 152.

Carduus cnici facie, foliis dissectioribus. Moris. *hist.* 3. *S.* 7. *t.* 33. *f.* 18.

Carthamus foliis lanceolatis spinoso dentatis, caule subunifloro. Linn. *syst. veg.* 731.

Rec. paleaceum, paleis capillaribus, flexilibus, dimidio calyce brevioribus.

Sem. ovato-turbinata, subrufa.
Pappus pallide stramineus: radiis numerosissimis, lineari-acuminatis, paleaceis l. setaceis, rigidis, inæqualibus.

INT. exterius cruſtaceum ſ. nucamentaceum.

EMB. ſemini conformis.

*

a.) Calyx integer. b.) Recept. paleaceum. c.) Ovarium immaturum cum floſculo atque pappo adhucdum imperfecto.

Semen maturum hactenus obtinere non potui. Cluſius illud dicit ſemine Carth. *tinctorii* minus & ſubrufum: hinc figura Moriſoni l. c. videtur eſſe erronea. Pappo manifeſto & copioſo, a Carthamo abunde differt.

DCCCCXXXVII. ATRACTYLIS. VAILL.

Calyx ventricoſus, imbricatus ſquamis *exterioribus* foliaceis, reticulato-nervoſis, pinnatifido-ſpinoſis; *interioribus* cartilagineis, ſuperne dilatato-appendiculatis, ciliatis, in ſpinam pungentem deſinentibus. Floſc. diſci androgyni; radii neutri aut feminei. Sem. ſubdifformia. Pappus inæqualis, paleaceus, rigidus.

ATRACTYLIS Fuſus agreſtis. Tab. 161. fig. 2.

Atractylis. CAM. *epit. 561.* BLAKW. *herb. t. 468.*

Carthamus caule piloſo, ſuperne lanato, foliis inferioribus pinnatifidis: ſummis amplexicaulibus dentatis. LINN. *ſyſt. veg. 730.*

REC. paleaceum, paleis ſetaceis, dimidio calyce longioribus.

SEM. inverſe pyramidata, ſubdifformia: *marginalia* obeſiora, hinc convexa, gibba, inde angulata; *centralia* tenuiora, rhombeo-tetragona: utraque apice truncata atque margine prominulo crenulato terminata, obſolete ſulcata, inferne glabra, ſuperne furfuraceo-ſcabra, ſordide ſpadicea.

Pappus ſeminum *radii* nullus? *diſci* plurimus, pallide ſtramineus, per ætatem caducus: radiis lineari-paleaceis, ciliatis, rigidis, inæqualibus: intimis breviſſimis, ſubulatis, conice convergentibus.

INT. exterius cruſtaceum, durum, craſſum, ſ. nucamentaceum.

EMB. obovatus, albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Recept. paleaceum. c.) Ovarium immaturum. d. D.) Semina marginalia. e. E.) Sem. centralia. f. F.) Pappus ſeparatus. g.) Semen diſſectum. h.) Embr. ſolutus.

In A. *leucophæa*, ſ. Carth. *cretico* LINN. ſemina marginalia pappo carere affirmat HALL. *h. goett. 363.* & idem quoque de noſtra ſpecie aſſerit TREW. *l. c.* Mihi nondum contigit ſemina matura in ſitu ſuo naturali vidiſſe; quantum vero ex amplitudine & ſcabritie areæ verticalis in ſeminibus marginalibus *Fuſi agreſtis* conjicere licet: utique nec hæc pappo ſuo carere videntur. *Atractylis* Linnæana eſt genus chaoticum, ſponte in plantas genere diverſiſſimas dilabens.

DCCCCXXXVIII. CYA-

DCCCCXXXVIII. CYANUS. Tourn. t. 254. Juss. p. 174. Centaurea. Linn. gen. 984.

Calyx imbricatus squamis apice laceris, ciliatis, aut spinosis. Flosc. disci androgyni; radii neutri plerumque grandiores & a reliquis forma discrepantes. Thal. paleaceus. Sem. uniformia. Pappus setaceus aut paleaceus, inaequalis, persistens: centro umbonato, vario.

Cyanus niger. Tab. 161. fig. 4.

Jacea foliis radicalibus semipinnatis, caulinis ovato-lanceolatis, caulibus angulatis. Hall. *hist. n. 184.*

Centaurea calycibus ciliatis: squamula ovata: ciliis capillaribus erectis, foliis lyrato angulatis, floribus flosculosis. Linn. *syst. veg. 785.*

Rec. paleaceum, paleis setaceis, longitudine dimidii calycis.

Sem. ovata, lenticulari compressa, minutis setulis adspersa, nitida, pallida. *Pappus* dimidio semine brevior, albus, persistens: radiis acuminatis, paleaceis, denticulatis, inaequalibus; umbone centrali cylindrico, solido, brevi.

Int. exterius coriaceum, tenue.

Emb. semini conformis, albus.

*

a.) Calyx integer. b.) Squama extima; c.) media; d.) intima. e.) Recept. paleaceum. f. F.) Semen integrum. G.) Pappus separatus cum suo umbone. H.) Embryo in semine dissecto denudatus.

Differt a reliquis, flosculis omnibus androgynis & uniformibus.

Cyanus eriophorus. ibid.

Centaurea calycibus duplicato-spinosis lanatis, foliis semidecurrentibus integris sinuatisque, caule prolifero. Linn. *l. c.*

Calyx subglobosus (a), squamis intimis (b.) simpliciter acuminatis; reliquis spina semunciali flava, patula, utrinque aculeata armatis, atque lana arachnoidea obvolutis. Paleae receptac. (b.) setaceae, longitudine fere calycis. Semina (c.) grandiuscula, ovata, lenticularia, glaberrima, lucida, pallide castanea, ad umbilicum profunde emarginata. Pappus (E.) setaceus, rigidus, denticulatus, fuscus, longitudine seminis, inaequalis. Umbo compositus ex radiolis brevibus penicilliformibus (F.), erectis & parabolice (E) conniventibus. Embryo (d.) albicans.

Cyanus *moschatus.*

Semina oblonga, duarum circiter linearum, turgide lenticularia, nigricantia, albis villis adspersa; umbilicus quoque albo margine cinctus. Pappus linearı-

lineari-paleaceus, denticulatus, albus, dimidio ſemine brevior. Umbo centralis cylindricus, ſolidus, breviſſimus.

Cyanus *ſibiricus.*

Semina oblonga, rhombeo-compreſſa, glabra, pallida aut ruſeſcentia. Pappus dimidio ſemine brevior, ſetaceo-paleaceus, fuſcus. Umbo centralis cylindricus, tubuloſus, brevis, baſi margine cartilagineo cinctus.

Cyanus *napifolius.*

Semina ſesquilinearia, ovata, turgidula, e viridi livida, lineolis interruptis albicantibus variegata, glaberrima, nitida. Pappus albus aut rufeſcens, dimidii ſeminis longitudine. Umbo centralis tubuloſus.

Cyanus *pullatus.*

Semina parva, albicantia, lenticularibus turgidiora. Pappus dimidio ſemine paulo longior, lineari-paleaceus, denticulatus. Umbo ex radiolis ſubulatis, breviſſimis, conice convergentibus.

Cyanus *raguſinus.*

Semina ovato-oblonga, lenticularia, glabra, albicantia. Pappus longitudine ſeminis, pallide flaveſcens, lineari-paleaceus. Umbo ex radiolis ſubulatis breviſſimis, conice convergentibus.

Cyanus *melitenſis.*

Semina vix lineam longa, ovata, turgidula, glabra, pallide vireſcentia, lineolis albis longitudinalibus variegata, ad umbilicum profunde emarginata & quaſi in roſtellum aduncum baſi deſinentia. Pappus albus, longitudine fere ſeminis. Umbo ex radiolis breviſſimis, parabolice convergentibus.

Umbo centralis pappi in pluribus ſpeciebus ſcrutandus, antequam genus in plures cohortes carpologice diſtribui poſſit. Etiam umbilicus ſeminis aliquam meretur attentionem.

C. Pappo plumoſo.

DCCCCXXXIX. CIRSIUM. Tourn. *t.* 255.

Calyx ventricoſus aut cylindricus, imbricatus ſquamis acuminatis, innocuis aut pungentibus, nunquam appendiculatis. Floſc. omnes androgyni. Thal. paleaceus. Sem. coronata pappo plumoſo: radiis filiformibus, ſubæqualibus, baſi in annulum conferruminatis.

Cirsium ſyriacum. Tab. 163. fig. 2.

Carduus lacteus ſyriacus. Cam. *hort.* 35. *t.* 10.

Carduus foliis amplexicaulibus angulato-ſpinoſis, floribus ſolitariis ſubſeſſilibus obvallatis foliolis ſubquinis. Linn. *ſyſt. veg.* 726.

Rec.

Rec. paleaceum, paleis capillaribus, flexuosis, longitudine fere calycis.

Sem. obovata, lenticulari compressa, pallide testacea, linea media longitudinali pallidiore.

Pappus plumosus, semine duplo longior, caducus: radiis filiformibus æqualibus, basi in annulum connatis.

Int. exterius nucamentaceum ac fere lapideum, crassum.

Emb. semini conformis, lutescens.

*

a.) Calyx integer. b.) Receptac. paleaceum. c. C.) Palea separata. d.) Semen integrum. E.) Pappus separatus. f.) Semen dissectum. g.) Embryo solutus.

Vastum genus, a calycis varia forma in plures phalanges ordinandum. Quando rarius Cirsio additur, tunc mutatur in *Cirsellium*, quod vide infra.

DCCCCXL. CARLINA. Tourn. *t.* 285. Linn. *gen.* 929.

Calyx ventricosus, imbricatus squamis *exterioribus* laxis, pinnato-spinosis; *intimis* inermibus cartilagineis nitidis coloratis radiantibus. Flosc. omnes androgyni. Thal. paleaceus, paleis apice multifidis. Sem. coronata pappo plumoso: radiis ramosis, basi in annulum connatis.

Carlina vulgaris. Tab. 163. fig. 1.

Atractylis mitior. Fuchs. *hist. lat. 121. germ. ic. 66.*

Heracantha. Besl. *Eyst. æst. XI. t. 8. f. 3.*

Carlina caule multifloro corymboso, floribus terminalibus, calycis radio albo. Linn. *syst. veg. 729.*

Rec. concavum, paleaceum: paleis inferne membranaceis carinatis integris in alveolos cum vicinis conferruminatis, superne setaceo multifidis, longitudine calycis.

Sem. parva, oblonga, deorsum angustiora, subcompressa aut obsolete angulata, cinerascentia, villis sericeo albis conspersa, iisdemque supra verticem productis, quasi annulo paleaceo albo coronata.

Pappus semine duplo longior, plumosus: radiis filiformibus, binis vel ternis sæpe longius inter se cohærentibus & quasi ramosis, omnibus basi in annulum connatum.

Int. utrumque membranaceum, tenue.

Emb. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Receptac. paleaceum. c.) Palea separata. d. D.) Semen integrum. E.) Pappus separatus. F.) Semen dissectum. G.) Embr. denudatus.

D. Pappo

D. Pappo ſpinoſo.

DCCCCXLI. CNICUS. Tourn. *t.* 257. M. M. Vaill.

Calyx ventricoſus, imbricatus ſquamis apice duplicato-ſpinoſis, circumvallatus foliis ovato oblongis, dentato ſpinoſis. Floſc. omnes androgyni (*Adans.*). Thal. paleaceus. Sem. coronata pappo duplici: exteriore calyculato, interiore ſpinoſo.

Cnicus benedictus. Tab. 162. fig. 5.

Carduus benedictus. Cam. *epit.* 566. Besl. *Eyſt. æſt. XI. t. 8. f.* 2. Blakw. *herb. t.* 476.

Centaurea calycibus duplicato-ſpinoſis lanatis involucris, foliis ſemidecurrentibus denticulato-ſpinoſis. Linn. *ſyſt. veg.* 787.

Rec. paleaceum, paleis ſetaceis, longitudine fere calycis.

Sem. grandiuſcula, ovato-turbinata, ſ. pyriformi oblonga, curvula, profunde ſtriata, ſpadicea; umbilico ſupra baſin ampliſſimo, papillula obturato.

Pappus duplex: *exterior*, cupula hemiſphærica, ſcarioſa, monophylla, brevis, per oram denticulata, denticulis ſubduodenis, inflexis; *interior* ſpinoſus, radiis acicularibus, pungentibus, alternis brevioribus, omnibus baſi inter ſe connatis.

Int. exterius cruſtaceum, durum, craſſum, ad umbilicum late perforatum.

Emb. ſemini conformis, luteus.

*

a.) Calyx diſſectus, cum involucro folioſo, atque receptac. paleaceo. b. D.) Semen integrum. C.) Pappi interioris radii ſpinoſi, longitudine alternantes. e.) Semen diſſectum. f.) Embryo ſolutus.

II. SEGREGATÆ.

DCCCCXLII. ECHINOPS. Tourn. *t.* 262. Linn. *gen.* 999.

Calyx *communis* nullus, præter ſquamas ſetaceas in pedunculum floris reflexas; *proprius* oblongus, uniflorus, imbricatus ſquamis ſcarioſis, ariſtato-acuminatis, baſi in pedunculum teretem, ſetis numeroſiſſimis ſtipatum, conferruminatis. Rec. *commune* ſphæricum, nudum; *proprium* anguſtiſſimum perinde nudum. Floſc. omnes androgyni. Semen pappo nullo, aut calyculato.

Echinops ſphærocephalus. Tab. 160. fig. 6.

Carduus ſphærocephalus. Besl. *Eyſt. æſt. XI. t. 7. f.* 1.

Echinops capitulis globoſis, foliis ſinuatis pubeſcentibus. Linn. *ſyſt. veg.* 797.

Rec. *commune* ſphæricum, papilloſum, nudum; *proprium* nullum, præter fundum calycis.

Sem. oblongum, deorſum acuminatum, ſetulis albicantibus appreſſis conſperſum, cetera ſpadiceo-fuſcum.

Pappus nullus, præter cupulam membranaceam, crenulatam, forſan a lapſu corollulæ reſiduam, & a ſeminis villoſitate obtectam.

Int. utrumque membranaceum, tenuiſſimum.

Emb. ſemini conformis, lividus.

*

a. a.) Recept. commune. a.) Calyx proprius, baſi multiſetoſus. b.) Idem absque ſetis. c.) Idem longitudinaliter diſſectus. d.) Semen ſeparatum. E.) Seminis cupula denudata. f.) Nucleus propria membrana veſtitus. g.) Embryo denudatus. H.) Cotyledonis facies interna, cum Plumula bicorni minutiſſima.

DCCCCXLIII. GUNDELIA. Tourn. *t.* 486. Linn. *gen.* 1000.

Calyx nullus. Recept. *univerſale* cylindricum, lobatum, inter lobos paleaceum; *partialia* inverſe pyramidata, ſubſeptemflora, vertice aculeolata. Floſc. marginales in ſingulo lobulo maſculi, ſteriles; centralis, unus aut geminus, androgynus, fertilis. Semina lobulis immerſa, coronata pappo ſubſtipitato, cotyloide, ciliato.

Gundelia Tournefortii. Tab. 163. fig. 3.

Silibum dioſcoridis, ſ. Hacub-alkardeg ſerapionis. Rauw. *it. 74. t. 74.*

Gundelia orientalis, acanthi aculeati folio, capite glabro. Tourn. *it. p. m. 108. t. 108.*

Gundelia. Mill. *ic. t. 287.* Linn. *ſyſt. veg. 797.*

Rec. *univerſale* cylindricum, undique in lobulos carnoſos diviſum, & ad horum interſtitia paleis membranaceis extrorſum lateſcentibus ac in ſpinas pungentes deſinentibus, ſtipatum. Rec. *partialia* carnoſa inverſe pyramidata, rhombeo-compreſſa, apice ſcrobiculata atque aculeata, tri — ſeptemflora.

Sem. intra ſingulum lobulum ſingulum (raro geminum), totum intra carnem abſconditum, oblonge ellipticum, lenticulari-compreſſum, glabrum, pallidum, in ſtipitem breviſſimum ſenſim attenuatum.

Pappus cupularis, membranaceus, monophyllus, per oram ſetaceo-ciliatus.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Emb. ſemini conformis, albus.

*

a.) Flos capitatus integer. b.) Idem longitudinaliter diſſectus, cum paleis lobulos receptaculi diſcriminantibus. c.) Receptac. partiale, cum ſuis floſculis atque palea propria. d.) Idem, excuſſis floſculis, ſuperne aculeatum. e.) Idem transverſe ſectum, cum cavitate, in qua ſemen hæret. f.) Semen integrum. G.) Pappus cupularis. H.) Semen longitudinaliter diſſectum, cum embryone.

DISCOI-

* * * * *

DISCOIDEÆ.

I. CONGREGATÆ.

A. Pappo nullo.

a. *Thalamo nudo.*

α. Flofculis omnibus fertilibus, fexu diftinctis.

DCCCCXLIV. ARTEMISIA. Tourn. *t.* 260. Linn. *gen.* 945.

Calyx fubovatus, imbricatus fquamis oblongis appreffis. Flofc. difformes: *difci* infundibuliformes quinquedentati androgyni numerofi; *radii* fubulati edentuli feminei pauciores: utrique fertiles. Thal. nudus. Sem. uniformia calva.

Artemisia vulgaris. Tab. 164. fig. 1.

Artemifia. Blakw. *herb. t.* 431.

Artemifia foliis pinnatifidis planis incifis fubtus tomentofis, racemis fimplicibus recurvatis, floribus radio quinquefloro. Linn. *fyft. veg.* 744.

Rec. conicum, altitudine dimidii calycis, anfractuofe tuberculatum, nudum.

Sem. uniformia, parva, ovata, deorfum anguftiora, fpadicea, calva.

Int. fimpliciffimum, membranaceum.

Emb. femini conformis, albicans.

*

a.) Racemus florum feparatus. A.) Calyx integer. B.) Idem diffectus & receptac. denudatum. C) Flofc. radii femineus. D.) Flofc. difci androgynus: uterque cum fuo femine calvo.

DCCCCXLV. CARPESIUM. Linn. *gen.* 948.

Calyx fubglobofus, imbricatus fquamis *extimis* foliaceis appendiculatis; *mediis* acuminatis apice reflexis; *intimis* membranaceis albis obtufis crenulatis. Flofc. fubuniformes: *difci* infundibuliformes quinquefidi androgyni; *radii* fubcylindrici quinquedentati anguftiores feminei: utrique fertiles. Thal. nudus. Sem. uniformia, calva, in ftipitem absque pappo definentia!

Carpesium cernuum. Tab. 164. fig. 4.

After cernuus. Col. *ecphr. 1. p.* 251. *t.* 252. Barr. *ic.* 1142.

Chryfanthemum conyzoides cernuum, foliis circa florem mollibus. Moris. *hift.* 3. *S.* 6. *t.* 5. *f.* 23.

Carpe-

Carpesium floribus terminalibus. LINN. *syst. veg.* 751.

Icon. JACQ. *austr. t.* 204.

REC. planum, amplum, excavato-punctatum, nudum.

SEM. uniformia, oblonga, teretiuscula aut obsoletissime angulata, multistriata, pallide spadicea, in stipitem brevem apice leviter dilatatum edentulum & omni vestigio pappi destitutum desinentia.

INT. duplex, utrumque membranaceum.

EMB. pallide albicans. *Cotyl.* oblongo-ellipticæ, plano-convexiusculæ. *Rad.* brevis, crassiuscula.

*

a. b.) Calyx integer, a prona & supina parte spectatus. c.) Idem dissectus, cum receptac. plano nudo. d. D.) Flosc. radii femineus. e. E.) Flosc. disci androgynus. f. F.) Semina separata integra. G.) Semen longitudinaliter dissectum, stipitis & embryonis formam ostendens.

Figura seminis Morisoniana l. c. penitus falsa est.

DCCCCXLVI. COTULA. LINN. *gen.* 968.

Calyx hemisphæricus, basi externa monophyllus, supra duplici serie polyphyllus, æqualis. Flosc. difformes: *disci* infundibuliformes, quadrifidi, androgyni; *radii* edentuli, brevissimi, feminei: utrique fertiles. Thal. subconicus nudus. Sem. difformia: feminis grandiora pedicellata, androgynis minora sessilia.

COTULA coronopifolia. Tab. 165. fig. 10.

Chrysanthemum exoticum minus, capite aphyllo, chamæmeli nudi facie. BREYN. *cent. t.* 76.

Cotula foliis lanceolato-linearibus amplexicaulibus dentatis, floribus flosculosis. LINN. *syst. veg.* 774.

Icon. OED. *flor. dan. t.* 341.

REC. conicum, depressum, tuberculatum, nudum, in ambitu pedicellis flosculorum femineorum radiatum.

SEM. difformia: *radii* majora, obovata, apice emarginata ut quasi cordata, basi pedicello filiformi stipata, hinc planiuscula aut sulco depresso exarata, inde obtuso angulo carinata, glabra, compresse triquetra, albicantia, calva; *disci* minora, oblonge elliptica, compressiuscula, margine leviter incrassato albicante cincta, in medio autem rufescentia, sessilia, glabra, calva.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. semine angustior, albicans.

*

a. A. b.) Calycis facies prona atque supina. C.) Receptac. cum pedicellis (*. *.) feminarum radii. d. D. D. F.) Semina radii integra & dissecta. e. E. G.) Semen disci integrum & dissectum. H.) Embryo denudatus.

Marg-

Marginem in vertice ſeminum, quem Cl. JUSSIEU eis tribuit, ego reperire non potui in hac ſpecie. Genus cetera bifrons: accedente enim radio, mutatur in *Lanciſiam*. ADANS. l. *Ce[illegible]m.* JUSS.

β. Floſculis femineis ſolis fertilibus.

DCCCCXLVII. MICROPUS. LINN. *gen.* 996.

Calyx ſimplex pentaphyllus, foliolis galeatis dorſo innocue ſpinoſis lanatis, marginibus compreſſis conniventibus, ſemina involventibus. Floſc. *diſci* infundibuliformes, quinquefidi, androgyni, ſteriles; *radii* apetali, feminei, fertiles. Thal. nudus. Sem. feminis compreſſa, calva.

MICROPUS ſupinus. Tab. 164. fig. 3.

Gnaphalium ſupinum echinato ſemine. PLUK. *phyt. t. 187. f. 6.*

Micropus caule procumbente, foliis geminis. LINN. *ſyſt. veg. 796.*

REC. anguſtiſſimum, puncticulatum, nudum.

SEM. *feminis* obovata, compreſſa, glabra, nigricantia, calva, intra calycis foliola abſcondita.

INT. ſimpliciſſimum, tenuiſſimum, membranaceum.

EMB. ſemini conformis, viridis aut per ætatem fuſcus.

*

a.) Calyx connivens. b.) Idem explicatus cum receptac. C.) Calycis foliolum ſeparatum, excuſſa lana, integrum. D.) Idem apertum cum ſitu ſeminis. e.) Semen ſeparatum. F.) Embr. denudatus.

Paleas receptac. marginales, quas habet Linnæus, ego fruſtra quæſivi; & ſuſpicor illas nihil aliud eſſe, quam foliola minutula, quibus calyx ad baſin obſolete calyculatus eſt.

Micropus *erectus.* LINN.

Calycis foliola 7 — 9. compreſſa, lanata, inermia. Thal. ſubulatus, in tubercula teretiuſcula diſcretus, nudus. Semina obovata, calva, calycinis foliolis incluſa. *Loeffl. it. edit. germ. 225. t. 1. f. 3.*

DCCCCXLVIII. ETHULIA. LINN. *gen.* 934.

Calyx ſubgloboſus, ſubſquarroſus, imbricatus ſquamis oblongis acuminatis apice patulis aut recurvis. Floſc. difformes: *diſci* infundibuliformes, quinquefidi, androgyni, ſteriles, pauciores; *radii* ſubulati, edentuli, feminei, fertiles, numeroſiſſimi. Thal. nudus. Sem. feminis calva.

ETHULIA divaricata. Tab. 164. fig. 2.

Chryſan-

Chryſanthemum parvum ramoſiſſimum, membranaceo caule. PLUK. *phyt. t. 160. f. 5.* bene.

Ethulia foliis linearibus dentatis decurrentibus, oppoſiti foliis unifloris, caule divaricato. BURM. *flor. ind. 176. t. 51. f. 1.* LINN. *ſyſt. veg.* 734.

REC. planum, amplum, excavato-punctatum, nudum.

SEM. *feminis* ſubturbinata, ſtriata, minutula, pallida.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum.

EMB. ſemini conformis, albicans.

*

a. A.) Calyx integer. B.) Idem diſſectus, cum receptac. C.) Calycis ſquama ſeparata. D.) Floſc. diſci androgynus. E.) Floſc. radii femineus. f. F.) Semen ſeparatum. G.) Embr. denudatus.

Ethulias ſeminum margine cotyloide dotatas ad Sparganophorum referimus, quum & inſuper floſculis omnibus fertilibus & uniformibus gaudeant.

DCCCCXLIX. HIPPIA. LINN. *gen.* 1324.

Calyx hemiſphæricus, imbricatus ſquamis oblongis appreſſis margine membranaceis. Floſc. difformes: *diſci* infundibuliformes, quinquefidi, androgyni, ſteriles; *radii* tubuloſi, compreſſi, breviſſimi, 2—3 dentati, feminei, fertiles. Thal. nudus. Sem. feminis calva.

HIPPIA frutescens. Tab. 164. fig. 6.

Tanacetum africanum arboreſcens, foliis lavendulæ multifidæ. COMM. *hort. amſt. 2. p. 201. t. 201.*

Hippia fruticoſa villoſa, foliis pinnatifidis, floribus corymboſis. LINN. *ſyſt. veg.* 795.

REC. planiuſculum, nudum, papillulis depreſſis, puncto medio excavatis, conſperſum.

SEM. *feminis* elliptica, apice in mucronem, ab exareſcente corollula feminea formatum, producta, verſus baſin anguſtata, convexo-concava, ad latera quaſi in alam extenuata, pallida, calva.

INT. exterius ſubcoriaceum, tenue, utrinque in marginem membranaceum productum.

EMB. ſemine multo anguſtior, ovato-oblongus, albus.

*

a.) Pars corymbi florum. b.) Calyx ſeparatus. C.) Receptac. denudatum. d. D.) Seminis latus externum convexum. e. E.) Ejusdem latus internum concavum. F.) Ejusdem ſectio transverſalis. G.) Embryo denudatus.

Corollula feminea cum ſeminis ſ. ovuli integumento externo continua nec ab eo diſcreta eſt, plane ut in Tarchonantho.

b. Tha-

b. *Thalamo paleaceo* aut *villoso.*

α. Flosculis omnibus androgynis.

DCCCCL. SANTOLINA. Tourn. *t.* 260. Linn. *gen.* 942.

Calyx hemisphæricus, imbricatus squamis oblongis appressis inæqualibus. Flosc. omnes infundibuliformes, quinquefidi, androgyni, fertiles. Thal. paleaceus. Sem. oblonga, calva.

Santolina Chamæcyparissus. Tab. 165. fig. 1.

Abrotanum femina. Besl. *Eyst. æst. XIV. t. 7. f. 3.* Blakw. *herb. t. 346.*

Santolina pedunculis unifloris, foliis quadrifariam dentatis. Linn. *syst. veg.* 740.

Rec. convexum, undique tectum paleis oblongis obtusis carinatis apice externe pubescentibus.

Sem. oblonga, deorsum acuminata, supra obtusa, angulata, obsolete striata, pallida, calva, apiculo obtuso terminata.

Int. utrumque membranaceum.

Emb. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx integer. B.) Idem dissectus, cum receptac. C.) Palea recept. separata. d. D. E.) Semen integrum & dissectum. F.) Embryo denudatus.

Caleam *oppositifoliam* & *Amellum* Linn. rectissime ad Santolinam pridem retulit *Brown. hist. jam. 315.* nullum enim in eis pappi vestigium & tota floris conformatio Santolinæ simillima est: quod autem foliis abludant, id characteri generico officere nequit.

DCCCCLI. GNAPHALIUM. Tourn. *t.* 261.

Calyx hemisphæricus, imbricatus squamis oblongis appressis tomentosis. Flosc. omnes uniformes androgyni: corollulis quinquefidis, inferne compressis dilatatis atque basi in duos processus calcaratos nectariferos latera ovarii amplectantes desinentibus! Thal. paleaceus. Sem. calva.

Gnaphalium legitimum. Tab. 165. fig. 2.

Gnaphalium. Cam. *epit. 605.*

Chrysanthemum perenne gnaphaloides maritimum. Moris. *hist. 3. S. 6. t. 4. f. 47.*

Filago maritima. Mill. *ic. t. 135.*

Athanasia pedunculis bifloris, foliis lanceolatis crenatis obtusis tomentosis. Linn. *syst. veg. 741.*

Rec. convexum, s. ovato-globosum, parvum, undique tectum paleis oblongis, concavis, apice externe tomentosis.

Sem.

SEM. parva, oblonga, deorſum acuminata, compreſſa, calva.

INT. ſimplex, membranaceum, tenue.

EMB. ſemini conformis, albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem diſſectus, cum receptac. palcaceo. c.) Palea ſeparata. d. D.) Floſculus ovario inſiſtens. E.) Corollula ſeparata. F.) Semen magnitudine auctum. G.) Idem diſſectum. H.) Embr. denudatus.

Genus a ſummo TOURNEFORTIO rite conſtitutum, quicquid etiam oggarriat *Vaillant* in *Act. paris 1719. p. m. 373.* non tantum ab Athanaſia & Filagine, ſed & ab omnibus reliquis Diſcoideis, inſolentiſſima corollularum ſuarum forma, abunde differt, ut ſervari mereatur.

DCCCCLII. TARCHONANTHUS. LINN. *gen.* 940.

Calyx monophyllus, ſubſeptemfidus, extus tomentoſus, intus glaber nigro coloratus. Floſc. omnes androgyni, fertiles; corollulis lanatis, cum ſeminis integumento externo continuis. Thal. villoſus. Sem. lanata, absque pappo vero.

TARCHONANTHUS camphoratus. Tab. 166. fig. 12.

Elichryſo affinis africana arboreſcens, floribus purpureo violaceis, foliis ſalviæ, odoris roris marini. PLUK. *phyt. t. 174. f. 1.*

Tarchonanthus foliis oblongis planis, calyce monophyllo quinquefido. LINN. *ſyſt. veg. 740.*

REC. planiuſculum, villoſum, villis calyce brevioribus.

SEM. parva, ovata, lanata, coronata corollula perſiſtente, extus lanata & cum integumento ſeminis externo continua. Pappus, præter lanam copioſam, ſemini & corollulæ communem, nullus.

INT. duplex: utrumque membranaceum, tenuiſſimum.

EMB. infra fundum corollulæ propriæ, ovatus, albicans.

*

a.) Calyx floridus. b.) Idem maturus, patentiuſculus. c.) Receptac. villoſum. d. D.) Semen corollila coronatum & copioſa lana obvolutum. E.) Corollula longitudinaliter aperta, cum genitalibus, & embryone infra corollæ fundum poſito.

Non audiendus eſt *Bergius*, quando *flor. cap. p. 236.* ovarium dicit ſuperum, nec *Linnæus l. c.* quando ſeminibus pappum tribuit plumoſum.

β. Flofculis radii femineis.

DCCCCLIII. ABSINTHIUM. Tourn. *t.* 260.

Calyx fubglobofus, imbricatus fquamis obtufis appreffis. Flofc. difformes: *difci* infundibuliformes, quinquefidi androgyni; *radii* fubulati, edentuli feminei: utrique fertiles. Thal. villofus. Sem. calva.

Absinthium vulgare. Tab. 164. fig. 7.

Abfinthium. Cam. *epit.* 452. Blakw. *herb. t.* 17.

Artemifia foliis compofitis multifidis, floribus fubglobofis pendulis: receptaculo villofo. Linn. *fyft. veg.* 744.

Rec. planiufculum, tectum villis fericeo albicantibus, calyce dimidio brevioribus.

Sem. uniformia, parva, ovata, oblonga, pallida, calva.

Int. fimplex, membranaceum.

Emb. femini conformis, albicans.

*

a.) Racemulus florum feparatus. A.) Calyx floridus. B.) Idem, excuffis flofculis, & denudato receptac. D.) Flofc. difci. C.) Flofc. radii: uterque cum fuo femine.

Huc porro fpectant ex Linnæanis Artemifiis: *arborefcens*, *glacialis*, *rupeftris*, *tanacetifolia*, & aliæ.

DCCCCIV. EVAX. Filago. Linn.

Calyx fubglobofus, imbricatus fquamis oblongis appreffis acuminatis fenfim in thalami paleas degenerantibus. Flofc. difformes: *difci* feptem aut deni, infundibuliformes, quadridentati, androgyni, fteriles; *radii* numerofi, filiformes, breviffimi, edentuli, fertiles. Thal. fubulatus, paleaceus. Sem. feminis calva.

Evax umbellata. Tab. 165. fig. 3.

Gnaphalium umbellatum minimum. Bauh. *hift.* 3. p. 162.

Filago floribus acaulibus feffilibus, foliis floralibus majoribus. Linn. *fyft. veg.* 795.

Rec. fubulatum aut cylindricum, calyce altius, apice nudum, paucifque flofculis androgynis ftipatum, cetera undique paleis ovato acuminatis, tomentofis, calycinis fquamis fimilibus, contectum.

Sem. *feminis* parva, obovata, compreffa, glabra, pallida, calva.

Int. fimpliciffimum, membranaceum.

Emb. femini conformis, albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. B.) Receptac. paleis & flofculis androgynis ftipatum. C.) Palea feparata. d. D. E.) Semen integrum & diffectum. F.) Embr. denudatus.

A Filagine abunde differt: receptaculo fubulato; flofculis androgynis paucisfimis; & feminibus omnibus pappo deftitutis.

DCCCCLV. IVA. LINN. *gen.* 1059.

Calyx tri - l. pentaphyllus, foliolis ovatis, globofe conniventibus. Flofc. difformes: *difci* campanulato - infundibuliformes, quinquefidi, androgyni, fteriles: Antheris quinis difcretis; *radii* prioribus fimiles fed anguftiores, aut tubulofi edentuli, feminei, quini aut pauciores, fertiles. Thal. paleaceus. Sem. feminis calva.

IVA frutefcens. Tab. 164. fig. 8.

Agerato affinis peruviana frutefcens. PLUK. *phyt. t. 27. f. 1.*

Iva foliis lanceolatis, caule fruticofo. LINN. *fyft. veg. 853.*

Ex herbario Bankfiano.

REC. planiufculum, paleis linearibus, diffitis, calyci fere æqualibus, ftipatum.

SEM. *feminis* obovata, deorfum acuminata, hinc convexiufcula, inde angulata, f. fubtriquetra, ftramineo-pallida, glabra, calva.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. femini conformis, albus.

*

a.) Racemi pars fuperior cum floribus. A.) Calyx flofculis ftipatus. B.) Idem explicatus cum receptac. paleaceo. E.) Palea feparata. c. C.) Flofc. radii cum fuo femine. d. D.) Flofc. difci fterilis. F.) Semen transverfe fectum. G.) Embr. denudatus.

Iva *annua.* LINN.

Icon. SCHMIDEL. *Analys. t. 16.* eximia.

Calyx globofus, pentaphyllus, rarius 3. l. 4phyllus. Thalami paleæ lineares, flofculis androgynis longiores. Corollulæ femineæ crenulatæ, non diftincte & regulariter in dentes fectæ. Semina feminis obcordata, angulata. *Schmid. l. c. p. 59.*

CLIBADIUM. LINN. *gen.* 1329.

Calyx imbricatus fquamis ovatis acutis. Flofc. infundibuliformes quinquefidi: *difci* plures, androgyni, ovario effœto pedicellati, fteriles; Antheris difcretis; *radii* tres l. quatuor, feminei, feffiles, fertiles. Thal. . . . . Semina feminis cordata, compreffa, baccata, calva.

Clibadium *ſurinamenſe.* LINN. *ſyſt. veg.* 853.

Hujus loci eſſe videtur, etſi receptaculi fabrica hactenus ſit ignota.

B. Pappo marginato aut cotyloide.

a. *Thalamo nudo.*

DCCCCLVI. SPARGANOPHORUS. VAILL.

Calyx ſubgloboſus, imbricatus ſquamis inæqualibus, apice recurvato-patulis. Floſc. omnes androgyni, uniformes, fertiles. Thal. nudus. Sem. coronata cupula ſubcartilaginea, integerrima, nitida.

SPARGANOPHORUS Vaillantii. Tab. 165. fig. 4.

Sparganophoros virgæ aureæ folio, floribus e foliorum alis absque pedunculis. VAIL. *act. gall. 1719. p. m. 368.*

Ethulia floribus ſeſſilibus lateralibus. LINN. *ſyſt. veg. 734.*

REC. planum, elevato-punctatum, nudum.

SEM. parva, uniformia, ovata, deorſum anguſtiora, rhombeo-compreſſa, angulis lateralibus atque dorſali, coſta alba notatis, interſtitiis autem atque plano ventrali pallide teſtaceis.

Pappus cotyloides, dimidio ſemine paulo longior, ſubcartilagineus, niveus, nitidus, tetragonus, integerrimus aut obſolete quadridentatus.

INT. exterius coriaceum.

EMB. obovatus, ſublividus.

*

a.) Flores 3—5 in axillis foliorum ſeſſiles. A.) Calyx ſeparatus integer. B.) Receptac. denudatum. c. C.) Seminis pars dorſalis. d. D.) Ejusdem latus ventrale. E.) Semen transverſe ſectum. F.) Embr. denudatus.

Cum Ethulia ſupra deſcripta nihil commune habet præter ſolam calycis formam externam.

DCCCCLVII. TANACETUM. TOURN. *t.* 261. LINN. *gen.* 944.

Calyx hemiſphæricus, imbricatus ſquamis appreſſis. Floſc. nunc omnes androgyni & uniformes, nunc androgyni quinquefidi in diſco, & feminei trifidi in radio: utrique tamen fertiles. Thal. nudus. Sem. uniformia, coronata margine integro aut dimidiato.

TANACETUM vulgare. Tab. 165. fig. 7.

Tanacetum. DOD. *pempt. 36.* BLAKW. *herb. t. 464.* OED. *flor. dan. t. 871.*

Tanacetum foliis bipinnatis inciſis ſerratis. LINN. *ſyſt. veg. 742.*

REC.

Rec. convexum l. subconicum, nudum, elevato - punctatum.

Sem. parva, uniformia, inverse pyramidata, pentagona, subcinerea, angulis costa pallida notatis.

Pappus marginatus, angustus, membranaceus, pentagonus, obsolete quinquedentatus, pallide albicans.

Int. exterius coriaceum, duriusculum.

Emb. albicans.

*

a.) Pars corymbi. B.) Receptac. denudatum. c, C.) Semen integrum. D.) Idem dissectum. E.) Embryo denudatus.

Tanacetum chrysanthemoides. ibid.

Bellis major spinosa, petalis carens. Moris. *hist. 3. S. 6. t. 9. f. 16.*

Cotula grandis. Linn. *sp. pl. 1257.* Jacq. *obs. IV. t. 81.*

Chrysanthemum flosculosum, flosculis omnibus uniformibus hermaphroditis. Linn. *syst. veg. 773.*

Calyx hemisphaericus (a.), imbricatus squamis margine scariosis. Flosc. omnes androgyni, quinquefidi. Thal. (b.) planus, nudus, excavato - punctatus. Ovaria (C. D.) oblonga, compressa, coronata margine membranaceo, dimidiato, s. latere interiore (C.) exsecto l. deficiente, exteriore autem (D.) erecto, concavo, denticulato, pallide albicante. Semina matura non vidi.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Pyrethrum* aut *Chrysanthemum.*

b. *Thalamo paleaceo.*

DCCCCLVIII. LONAS. Adans. *p.* 118.

Calyx subglobosus, imbricatus squamis appressis, sensim in paleas receptaculi degenerantibus. Flosc. omnes androgyni, fertiles. Thal. subulatus paleaceus. Sem. uniformia, coronata margine dimidiato aut oblique truncato.

Lonas inodora. Tab. 165. fig. 5.

Elichrysum inodorum glabrum, coronopi folio, annuum. Herm. *lugdb. 228. ic. 227.*

Achillea inodora. Linn. *sp. pl. 1265.* Seligm. *av. V. t. 15.*

Athanasia annua, corymbis simplicibus coarctatis, foliis pinnatifidis dentatis. Linn. *syst. veg. 741.*

Rec. subulatum, longitudine dimidii floris, undique tectum paleis oblongis, obtusis, apice luteo-coloratis.

Sem. parva, uniformia, ex acuminata basi sursum latescentia, compressa, cinerascentia, albo marginata, hinc planiuscula, inde costa media alba cum ocello fusco, obtuse angulata.

Pappus marginatus, membranaceus, oblique truncatus, f. fubdimidiatus, dentato-lacerus.

Int. exterius fubcoriaceum, tenue.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem longitudinaliter diffectus cum receptac. paleaceo. c.) Palea feparata. d. D.) Seminis pars dorfalis. E.) Ejusdem latus ventrale cum fua cofta macula ocellari oblonga infcripta. F.) Seminis fectio transverfalis. G.) Embr. denudatus.

Seminis macula ocellari congruit cum quibusdam Achilleæ fpeciebus; fed ab his, perinde atque ab Athanafiis, pappo & receptaculi forma, abunde difcrepat.

DCCCCLIX. ANACYCLUS. Linn. *gen.* 969.

Calyx hemifphæricus, imbricatus fquamis mucronatis, fenfim longioribus & in paleas receptaculi degenerantibus. Flofc. uniformes: *difci* androgyni; *radii* feminei: utrique fertiles. Thal. conicus paleaceus. Sem. difformia: exteriora majora; interiora anguftiora: utraque coronata margine crenulato.

Anacyclus valentinus. Tab. 165. fig. 11.

Chryfanthemum valentinum. Clus. *hift. 1. p. 332.*

Buphthalmo tenuifolio fimile. Bauh. *hift. 3. p. 125.*

Anacyclus foliis decompofitis linearibus: laciniis divifis teretiufculis acutis, floribus flofculofis. Linn. *fyft. veg. 775.*

Rec. conicum, altitudine dimidii floris, intus cavum, extus undique paleis tectum.

Sem. difformia: *radii* majora, triplici quadruplicive ordine difcum cingentia, obovata, compreffiufcula, utrinque in marginem membranaceum, ceu alam, attenuata, albicantia; *difci* minora, oblonga, triquetra, fpadicea, marginibus albis.

Pappus marginatus, brevis, crenulatus aut denticulatus, dimidiatus, in latere ventrali deficiens.

Int. utrumque membranaceum.

Emb. feminibus conformis, albus.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem diffectus, cum receptac. cavitate interna. c.) Squama calycina extima; d.) media; e.) intima, a thalami paleis non diverfa. f. F. H.) Semen radii integrum & diffectum. g. G. I.) Semen difci. K.) Embryo radii. L.) Embr. difci.

Genus bifrons, accedente radio affimilatur *Buphthalmo* aut *Anthemidi.*

C. Pappo

C. Pappo phyllode aut paleaceo.

a. *Thalamo nudo.*

DCCCCLX. AGERATUM. LINN. *gen.* 936.

Calyx ovato-cylindricus, duplici l. triplici ſerie polyphyllus, ſubæqualis, per maturitatem patentiſſimus. Floſc. uniformes, omnes androgyni, quadrifidi, fertiles. Thal. nudus. Sem. pappo pentaphyllo.

AGERATUM conyzoides. Tab. 165. fig. 8.

Eupatorium humile africanum, ſenecionis facie, folio lamii. HERM. *parad.* 161. *t.* 161.

Ageratum foliis ovatis, caule piloſo. LINN. *ſyſt. veg.* 737.

REC. ovato-globoſum, ſcrobiculatum, nudum.

SEM. parva, columnaria, angulata, glabra, nigricantia, baſi elongata in umbilicum tumidulum, album.

Pappus longitudine ſeminis, albus, pentaphyllus: foliolis membranaceis, ciliato-dentatis, in ariſtam longam ſetaceam ſcabram deſinentibus.

INT. exterius ſubcruſtaceum, aut coriaceum durum.

EMB. albus.

*

a. A.) Calyx maturus cum receptac. b. B. C.) Semen integrum & diſſectum. D.) Embr. denudatus.

b. *Thalamo paleaceo.*

α. Seminibus omnibus pappoſis.

DCCCCLXI. ATHANASIA. LINN. *gen.* 943.

Calyx ovatus imbricatus ſquamis appreſſis duris. Floſc. uniformes, omnes androgyni, fertiles. Thal. paleaceus. Sem. uniformia, pappo tri — l. polyphyllo, brevi.

ATHANASIA crithmifolia. Tab. 165. fig. 9.

Coma aurea africana fruticans, foliis crithmi marini. COMM. *hort.* 2. *t.* 50. bene.

Santolina. MILL. *ic. t.* 327. *f.* 2.

Athanaſia corymbis ſimplicibus, foliis ſemitrifidis linearibus. LINN. *ſyſt. veg.* 741.

REC. planum, paleaceum, paleis calyce brevioribus.

SEM. parva, columnaria, angulata, ſtriata, ferruginea.

Pappus ſemine brevior polyphyllus, foliolis linearibus, membranaceo-paleaceis, albis.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. ſemini conformis, albus.

*

a.) Calyx integer. B.) Idem diſſectus cum receptac. paleaceo. C.) Palea ſeparata. d. D.) Semen integrum. E) Idem diſſectum.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Eclopem.*

β. Seminibus radii calvis.

DCCCCLXII. XERANTHEMUM. TOURN. *t.* 284. LINN. *gen.* 947.

Calyx imbricatus ſquamis ſcarioſis inæqualibus: intimis elongatis coloratis nitidis radiantibus. Floſc. infundibuliformes, quinquefidi: *diſci* androgyni numeroſi fertiles; *radii* feminei pauciores ſteriles. Thal. paleaceus. Sem. *androgynis* pappo pentaphyllo; *feminis* calva effœta.

XERANTHEMUM annuum. Tab. 165. fig. 6.

Xeranthemum herbaceum, foliis lanceolatis patentibus. LINN. *ſyſt. veg.* 749.

Icon. MILL. *ic.* *t.* 297. JACQ. *auſtr. t.* 388.

REC. planum, paleaceum, paleis lineari-acuminatis, rigidis, calycis ventre paulo longioribus.

SEM. *feminis* nulla, ſ. effœta, ex ovario lineari-oblongo, ſtriato, glabro, compreſſo calvo, perſiſtente & perſiſtente quoque corollula coronato.
androgynis oblonga, deorſum acuminata, rhombeo-aut lenticulari-compreſſa, villis albicantibus appreſſis conſperſa, e cinereo fuſca, pappoſa.
Pappus ſcarioſus, albus, pentaphyllus: foliolis lanceolatis aut triangulis, ſetaceo acuminatis, vix dimidio ſemine longioribus.

INT. utrumque membranaceum, tenuiſſimum.

EMB. ſemini conformis, luteus.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diſſectus cum receptaculo. c.) Palea recept. ſeparata. d.) Ovarium femineum, corollula ſua perſiſtente coronatum. e.) Semen floſc. androgyni, pappo pentaphyllo atque corollula emarcida, demum caduca, coronatum. f.) Idem absque corollula. F.) Ejusdem pars ſuperior reſecta, cum corollulæ, quandoque perſiſtentis, rudimento. g.) Idem longitudinaliter apertum. h.) Embryo denudatus.

Figuræ f. g. h. ad ſemina plantæ hortenſis concinnatæ ſunt; in ſpontaneis omnia duplo vel triplo minora deprehenduntur. Videant alii, num feminarum ovaria quandoque fœcundentur, cum ipſis ſemina calva tribuat *Linnæus l. c.*; in meis certe ſpeciminibus omnia erant caſſa.

Character generis Linnæanus in hanc ſolam quadrat ſpeciem, a reliquis vero omnibus recedit longiſſime; quare iſtas partim Argyrocomæ & partim Elichryſo inſerendas cenſemus.

D. Pappo capillari aut ſetaceo.

a. *Thalamo nudo.*

α. Floſculis omnibus androgynis.

DCCCCLXIII. CACALIA. TOURN. *t.* 258. LINN. *gen.* 933.

Calyx ſimplex cylindraceus baſi ſquamis paucis breviſſimis calyculatus. Floſc. omnes androgyni, quinquefidi. Thal. papilloſus, nudus. Sem. coronata pappo capillari.

CACALIA Kleinia. Tab. 166. fig. 1.

Cacalianthemum folio nerii glauco. DILL. *elth. t.* 54. *f.* 2.

Cacalia caule fruticoſo compoſito, foliis lanceolatis planis, petiolorum cicatricibus obſoletis. LINN. *ſyſt. veg.* 733.

REC. anguſtum, papillis obſoletis conſperſum, nudum, glabrum.

SEM. oblonga, teretiuſcula, glabra, ruſeſcentia.

Pappus calyce longior, ſericeo-albus, radiis capillaribus, minutiſſime denticulatis.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. B.) Receptac. denudatum. c.) Semen integrum.

CACALIA haſtata. ibid.

Senecio foliis ex dentato trilobis acuminatis ſerratis. GMEL. *ſib.* 2. *t.* 66.

Cacalia caule herbaceo, foliis trilobis acuminatis ſerratis, floribus nutantibus. LINN. *l. c.*

Calyx cylindraceus (a.), ſimplici aut ſubduplici ſerie polyphyllus, baſi ſquamulis acuminatis calyculatus. Thal. planiuſculus (b. B.) nudus, areolatus: areolis pentagonis, papillulam depreſſam includentibus. Semina (c. C. D.) teretiuſcula, ſtriata, pallide ſpadicea. Pappus (E.) capillaris, mollis, albus, minutiſſime denticulatus, ſemine paulo longior.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Cinerariam.*

DCCCCLXIV. SENECIO. TOURN. *t.* 260. LINN. *gen.* 953.

Calyx cylindraceus aut conicus, ſimplici aut duplici foliorum æqualium ſerie polyphyllus, baſi calyculatus ſquamulis ſubimbricatis, apice plerumque exarido-fuſcis ſ. ſphacelatis. Floſc. omnes androgyni. Thal. ſcrobiculatus, mammillatus. Sem. pappo capillari.

SENECIO vulgaris. Tab. 166. fig. 3.

Erigeron minus. DOD. *pempt.* 641. BLAKW. *herb. t.* 132. OED. *flor. dan. t.* 513.

Senecio corollis nudis, foliis pinnato ſinuatis amplexicaulibus, floribus ſparſis. LINN. *ſyſt. veg.* 756.

REC. nudum, ante maturitatem concavum ſcrobiculatum, poſtea pulvinatum mammillatum.

SEM. parva, oblonga, utrinque attenuata, ſtriata, ſetulis appreſſis conſperſa, ſpadiceo-fuſca.

Pappus capillaris, albus, ſimpliciſſimus, ſemine duplo longior.

INT. utrumque membranaceum.

EMB. albus.

*

a.) Calyx integer. b. D.) Receptac. immaturum. c. C.) Idem maturum. e. E.) Semen integrum. F.) Idem diſſectum. G.) Embryo denudatus.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Jacobæam.*

DCCCCLXV. EUPATORIUM. TOURN. *t.* 259. LINN. *gen.* 935.

Calyx oblongus, imbricatus ſquamis inæqualibus, plerumque pauciflorus. Floſc. omnes androgyni: ſtylis profunde bifidis, ſæpe corollulâ longioribus. Thal. nudus, ſcrobiculatus. Pappus capillaris. Folia in plerisque oppoſita.

EUPATORIUM purpureum. Tab. 166. fig. 4.

Eupatorium canadenſe elatius, longioribus foliis rugoſis integris & caulibus ferrugineis. MORIS. *hiſt.* 3. *S.* 7. *t.* 13. *f.* 4.

Eupatorium foliis quaternis ſcabris lanceolato-ovatis inæqualiter ſerratis petiolatis rugoſis. LINN. *ſyſt. veg.* 736.

REC. anguſtum, convexum, ſcrobiculatum, nudum, glabrum.

SEM. parva, tetragono-columnaria, baſi valde acuminata, ſtriata: ſtriis atque angulis puncticulato-ſcabris, albicantibus; interſtitiis glabris, lividis.

Pappus capillaris, minutiſſime denticulatus.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. teretiuſculus, albus.

*

a.) Calyx integer. b. B.) Receptac. denudatum. c. C. D.) Semen integrum & diſſectum. E.) Radius pappi ſeparatus & inſigniter auctus.

EUPATORIUM Ageratoides. ibid.

Eupatorium ſcrophulariæ foliis glabris, flore albo. MORIS. *hiſt.* 3. *S.* 7. *t.* 18. *f.* 11. SELIGM. *av. V. t.* 9.

Eupatorium foliis ovatis ferratis petiolatis, caule glabro. LINN. *l. c.*

Calyx (a) imbricatus fquamis lineari-acuminatis. Thalamus (B. B.) convexus, fcrobiculatus, glaber. Semina (c. C.) oblonga, tetragona, ftriata, glabra, pallida, bafi infigniter attenuata. Pappus & reliqua ut in præcedenti.

Eupatorio pappum plumofum perperum tribuit *Linnæus l. c.* in numerofis enim, quas examinavi fpeciebus, non alium vidi nifi capillarem, eumque fimpliciter faltem denticulatum, aut breviffime ciliatum, ut in E. *cannabino.*

DCCCCLXVI. SUPRAGO. Serratula. LINN.

Calyx polyphyllus, imbricatus, æquabilis aut fquarrofus. Flofc. omnes androgyni. Thal. planus, nudus, excavato punctatus. Pappus fetaceus, rigidus, dentato-ciliatus.

SUPRAGO glauca. Tab. 166. fig. 5.

Serratula marilandica, foliis glaucis, cirfii inftar denticulatis. DILL. *elth. t.* 262. *f.* 341.

Serratula foliis ovato oblongis acuminatis ferratis, floribus corymbofis, calycibus fubrotundis. LINN. *fyft. veg.* 732.

REC. planum, nudum, obfolete fcrobiculatum, glabrum.

SEM. oblonga, tetragono-columnaria, ftriata, glabra, rufefcenti-fpadicea.

Pappus fetaceus, rigidiufculus, fubfragilis, fordide albicans, dentato-ciliatus: radiis extimis breviffimis, reliquis femine longioribus.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. femini conformis.

*

a.) Calyx maturus integer. b. B.) Receptac. fcrobiculatum. c. C.) Semen integrum. D. δ.) Pappi radii interiores. E. ε.) Ejusdem radii extimi.

SUPRAGO (*Liatris in Icon.*) fpicata. Tab. 167. fig. 1.

Jacea anguftifolia, tuberofa radice. PLUK. *phyt. t.* 424. *f.* 6.

Cirfium tuberofum, lactucæ capitulis fpicatis. DILL. *elth. t.* 72. *f.* 83.

Serratula foliis linearibus bafi ciliatis, floribus feffilibus lateralibus fpicatis, caule fimplici. LINN. *fyft. veg.* 723.

Calyx (a) fubcylindricus, imbricatus fquamis oblongis, obtufis, appreffis, ficuti tota planta glutinofis. Thal. anguftus (c. C.), fcrobiculatus, glaber. Flofculi (b.) rubri, ftylis profunde bifidis, ftigmatibus filiformibus longiffimis. Semina (d. D. E.) oblonga, deorfum acuminata, trigono-aut rhombeo-compreffa, ftriata, glabra, e plumbeo-fpadicea. Pappus longitudine feminis, albicans: radiis numerofis, æqualibus, fetaceis, dentato-ciliatis.

Huc præterea ſpectare videntur: Serr. *prælta*, *ſquarroſa* & *novæboracenſis*. LINN. quæ tota ſua facie externa, ſuoque receptaculo calvo, longiſſime ab Acanaceis recedunt, ac propter folia ſuperiora oppoſita (in S. *prælta*,), & propter ſtigmata filiformia (in S. *ſpicata*), proxime ab Eupatorio diſtant.

DCCCCLXVII. CHRYSOCOMA. LINN. *gen.* 939.

Calyx hemiſphæricus aut ovatus, mediocris magnitudinis, imbricatus ſquamis oblongis, extus convexis. Floſc. omnes androgyni. Thal. ſcrobiculatus, a ſcrobiculorum marginibus denticulatis ſcaber. Pappus piloſus, creberrime denticulatus, aſper.

CHRYSOCOMA Linoſyris. Tab. 166. fig. 11.

Oſyris auſtriaca. CLUS. *hiſt.* 1. *p.* 325.

Chryſocome dioſcoridis & plinii. COL. *ecphr.* 1. *p.* 81. *t.* 82.

Chryſocoma herbacea, foliis linearibus glabris, calycibus laxis. LINN. *ſyſt. veg.* 740.

REC. ſcrobiculatum aut alveolatum, alveolorum marginibus ante plenam maturitatem dentato - ciliatis; poſtea obſolete quinquedentatis, papillulam minutulam includentibus.

SEM. oblonga, ſurſum lateſcentia, compreſſiuſcula, villoſa, pallida.

Pappus ſetaceus, ſemine duplo longior, ſordide albicans aut ruffus, creberrime denticulatus, aſper.

INT. ſimplex membranaceum.

EMB. albicans.

a.) Calyx integer. B.) Alveoli thalami immaturi. C.) Thalamus maturus. d. D. E. F.) Semen integrum & diſſectum, cum ſtructura pappi.

CHRYSOCOMA villoſa. ibid.

Aſter incanus, calycibus laxis oblongis &c. GMEL. *ſib.* 2. *p.* 192. *t.* 82. *f.* 2. 3.

Chryſocoma herbacea, foliis lanceolatis villoſis, calycibus arctis. LINN. *l. c.*

Calyx inverſe conicus (a.), ſquamis oblongis obtuſis incanis. Thal. anguſtiſſimus, convexus, alveolatus (B.), alveolorum marginibus ciliatis. Semina parva, inverſe pyramidata, villoſa, ſericeo - alba. Pappus piloſus, ruffus, minutiſſime denticulatus.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Aſterem.*

DCCCCLXVIII. ELICHRYSUM. Tourn. t. 259.
Gnaphalium. Linn. *gen.* 946.

Calyx imbricatus ſquamis inæqualibus obtuſis ſcarioſis ſæpiſſime coloratis. Floſc. uniformes, omnes androgyni quinquefidi fertiles. Thal. nudus puncticulatus glaber. Pappus capillaris ſubedentulus parcus.

Elichrysum orientale. Tab. 166. fig. 7.

Elichryſum africanum fruteſcens, anguſtis & longis foliis incanis. Comm. *hort. amſt.* 2. *t.* 55.

Gnaphalium ſubherbaceum, foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus, corymbo compoſito, pedunculis elongatis. Linn. *ſyſt. veg.* 747.

Rec. planum, nudum, excavato-punctatum, glabrum.

Sem. parva, ovato-oblonga, teretiuſcula, glabra, pallide ſpadicea. *Pappus* capillaris, albus, ſemine triplo longior, remotiſſime denticulatus, parcus.

Int. ſimpliciſſimum, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx maturus. b.) Receptac. denudatum. c. C.) Semen integrum. D.) Radius pappi ſeparatus & inſigniter auctus. E) Embr. denudatus.

Huc non tantum Gnaphalii, ſed & Xeranthemi atque Filaginis ſpecies Linneanas referimus omnes, quibus non ſunt floſculi ſexu diſtincti, nec pappus plumoſus aut penicillatus, nec denique thalamus villoſus aut paleaceus.

β. Floſculis ſexu diſcrepantibus.

DCCCCLXIX. FILAGO. Vaill. Linn. *gen.* 995.

Omnia Elichryſi præter ſolos floſculos, quorum, in Filagine, interiores androgyni, exteriores autem feminei & plerumque ſoli fertiles ſunt.

Filago germanica. Tab. 166. fig. 8.

Gnaphalium. Fuchs. *hiſt. lat.* 222. *germ. ic.* 125. — *vulgare.* Cam. *epit.* 606.

Filago panicula dichotoma, floribus rotundatis axillaribus hirſutis, foliis acutis. Linn. *ſyſt. veg.* 795.

Rec. anguſtum, planum, excavato punctatum, nudum, glabrum.

Sem. *feminis* parva, obovata, compreſſiuſcula, ſetulis adſperſa, pallida. *Pappus* capillaris: radiis octodecim, ſemine triplo longioribus, ſubedentulis.

Int. ſimpliciſſimum, membranaceum.

Emb. albus.

a.) Floſc.

a.) Flores glomerati, axillares & terminales. b. B.) Calyx ſeparatus integer. C.) Receptac. denudatum. d. D. E. F.) Semen integrum & diſſectum. G.) Embryo denudatus.

Vaſtum genus, a corollularum uniformitate & difformitate, a floſculorum fertilitate aut ſterilitate, a calycibus ſtrictis aut radiantibus, & denique a floribus ſolitariis aut conglomeratis, in plures phalanges diſtribuendum.

DCCCCLXX. BACCHARIS. LINN. *gen.* 949.

Calyx cylindricus, imbricatus, per maturitatem patentiſſimus. Floſc. difformes: *diſci* infundibuliformes, androgyni, quinquefidi, pauciores, ſteriles; *radii* ſubulati, ſubedentuli, feminei, numeroſi, fertiles. Thal. ſcrobiculatus. Pappus capillaris.

BACCHARIS ivæfolia. Tab. 166. fig. 9.

Eupatorium africanum, agerato affinis peruviano, floribus albis. PLUK. *phyt. t. 328. f. 2.*

Conyza fruteſcens, foliis anguſtioribus nervoſis. FEUV. *peruv. 750. t. 37.*

Baccharis foliis lanceolatis longitudinaliter dentato ſerratis. LINN. *ſyſt. veg.* 751.

REC. obtuſe conicum, in vertice alveolatum, alveolis margine denticulatis; ad latera autem ſimpliciter & obſolete ſcrobiculatum.

SEM. *feminis* parva, ovato-oblonga, compreſſiuſcula, obſolete marginata, pallida. *Pappus* capillaris, parcus, ſemine duplo longior, ſubedentulus.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. albicans.

a. A.) Calyx maturus patentiſſimus. B.) Receptac. inſigniter auctum. c. C. D.) Semen integrum & diſſectum. E) Embryo denudatus.

Genus vix ac ne vix quidem a Conyza diſtinctum.

DCCCCLXXI. CONYZA. TOURN. *t.* 259. LINN. *gen.* 950.

Calyx ovato-cylindricus, imbricatus ſquamis acuminatis. Floſc. difformes: *diſci* infundibuliformes, quinquefidi, androgyni; *radii* filiformes, tridentati, feminei: utrique fertiles? Thal. tuberculatus. Pappus capillaris.

CONYZA ſquarroſa. Tab. 166. fig. 6.

Conyza major. CAM. *epit. 612.* OED. *flor. dan. t. 622.*

Baccharis monſpelienſium. BLAKW. *herb. t. 102.*

Conyza foliis lanceolatis acutis, caule herbaceo corymboſo, calycibus ſquarroſis. LINN. *ſyſt. veg.* 752.

REC.

Rec. planum, aut modice convexum, tuberculis contiguis, f. punctis elevatis grandioribus fcabratum.

Sem. oblonga, angulata, fulcata, glabra, fpadicea.

Pappus capillaris, femine triplo longior, minutiffime denticulatus.

Int. fimplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx integer. b. B.) Receptac. denudatum. c. C.) Semen feparatum. D.) Idem, cum radio pappi, infigniter auctum.

DCCCCLXXII. PETASITES. Tourn. *t.* 258.

Calyx fimplex, polyphyllus, æqualis. Flofc. nunc omnes uniformes androgyni, nunc difformes: *difci* infundibuliformes quinquefidi androgyni; *radii* filiformes edentuli feminei: utrique fertiles. Thal. nudus, elevato-punctatus. Pappus capillaris.

Petasites albus. Tab. 166. fig. 2.

Petafites flore albo. Cam. *epit.* 593. Oed. *flor. dan. t.* 524.

Tuffilago thyrfo faftigiato, flofculis femineis nudis paucis. Linn. *fyft. veg.* 755.

Rec. planum, punctis grandioribus diffitis elevatis confperfum, nudum.

Sem. uniformia, teretiufcula, deorfum acuminata, ftriata, glabra, rufefcenti-fpadicea.

Pappus capillaris, minutiffime denticulatus, femine triplo — & in femininis quintuplo longior.

Int. fimplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx integer. b. B.) Thal. denudatus. c. C.) Flofc. difci. d. D.) Fofc. radii. E. F.) Semen integrum & diffectum. G.) Embryo denudatus.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Tuffilaginem.*

b. *Thalamo villofo aut paleaceo.*

DCCCCLXXIII. ANAXETON.

Calyx imbricatus fcariofus. Flofc. omnes androgyni, aut feminei androgynis mixti. Thal. villofus, aut verfus peripheriam faltem paleaceus. Pappus capillaris.

Anaxeton fœtidum. Tab. 166. fig. 10.

Gnaphalium africanum latifolium foetidum, capitulo argenteo. COMM. *hort. amst. 2. p. 111. t. 56.*

Gnaphalium herbaceum foliis amplexicaulibus integerrimis acutis subtus tomentosis, caule ramoso. LINN. *syst. veg. 748.*

REC. planum, amplum, excavato punctatum, versus peripheriam paleis linearibus raris dissitis consperfum.

SEM. parva, teretiuscula, punctis elevatis scabrata, ferruginea.
Pappus capillaris, simplicissimus, semine triplo longior.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem dissectus cum paleis receptac. marginalibus. c. C.) Semen integrum. D.) Embr. denudatus.

Hæc non est genuina Anaxeti species, sed e Filagine per culturam enata; proposuimus tamen eam exempli loco, quum sequentes veras species hactenus inspicere non licuerit.

Anaxeton *arboreum.*

Gnaphalium arboreum. BERG. *cap. 259.*

Calyx subturbinatus, parvulus, quinqueflorus. Flosc. omnes androgyni. Receptaculum lanatum. Pappus pilosus rarus. *Berg. l. c.*

Anaxeton *crispum.*

Gnaphalium crispum. BERG. *cap. 253.*

Flosculi androgyni & feminei mixti. Thal. intimis calycis squamis paleaceus, cetera nudus. Pappus paucissimus, setaceus, crispus, longitudine fere corollæ. *Berg. l. c.*

Anaxeton *nudifolium.*

Gnaphalium nudifolium. BERG. *cap. 247.*

Flosculi omnes androgyni. Thal. paleaceus: paleis lanceolatis, subemarginatis, scariosis, ovario paulo longioribus. *Berg. l. c.* Sed Linnæus Gnaphalio *nudifolio* expresse receptac. nudum tribuit. Vid. *syst. veg. 747.*

Genus problematicum, ab aliis curatius definiendum. Anaxeton est Gnaphalii synonymon. DIOSC. *in Nothis p. m. 459.*

DCCCCLXXIV. PTERONIA. LINN. *gen.* 937.

Calyx oblongus, imbricatus squamis inæqualibus. Flosc. uniformes, omnes androgyni. Thal. alveolatus, alveolorum marginibus paleaceis multifidis. Sem. uniformia. Pappus setaceus, late ciliatus, f. subplumosus.

PTERO-

PTERONIA camphorata. Tab. 167. fig. 2.

Conyza aromatica frutescens mauritanica, camphoratæ foliis ad margines pilosis, flore magno aureo. PLUK. *phyt. t.* 345. *f.* 56. *n.* 2.

Pteronia foliis sparsis basi ciliatis. LINN. *syst. veg.* 737.

REC. planum, alveolatum, alveolis paleaceis, profundis, apice lacero-setaceis, rigidiusculis.

SEM. ovato-oblonga, lenticulari-compressa, glabra, subcastanea aut ferruginea. *Pappus* semine duplo longior, citrinus, caducus: radiis filiformi-setaceis, utrinque longiuscule ciliatis, s. subplumosis, basi in annulum connatis.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Thalamus paleaceus. C. D.) Alveolus integer & longitudinaliter apertus. e. E. F.) Semen integrum & dissectum.

PTERONIA oppositifolia. ibid.

Cyanus centauroides frutescens, lavendulæ folio. BREYN. *prodr. t.* 17. *f.* 3.

Pteronia foliis oppositis, ramis dichotomis divaricatis. LINN. *syst. veg.* 737.

Ex herbario Banksiano.

Flos (g.) e grandioribus hujus ordinis atque generis. Calyx cylindricus, imbricatus squamis cartilagineis, lævibus, apice subpubescentibus, margine membranaceo-attenuatis. Thal. (h. H.) alveolatus: alveolorum marginibus brevissimis, lacero-setaceis, mammillam depressam includentibus. Semina oblonga (i. I. K.), rhombeo-compressa (L.), hirsuta, sericeo alba. Pappus (I.) setaceus, rigidus, sublutescens: radiis numerosissimis, subplumosis, semine duplo longioribus, ejusque vertici (K.) arcte adnatis, nec in annulum coeuntibus.

Multum utique affinitatis habet Pteronia cum *Capitatis*, ut eis quoque annumerata fuerit a Cel. JUSSIEU; sed propter folia opposita aut fere acerosa, & receptac. non in omnibus manifeste paleaceum, suum quoque inter *Discoideas* locum tueri posse videtur.

DCCCCLXXV. CALEA. LINN. *gen.* 941.

Calyx imbricatus foliolis oblongis, sensim in paleas receptaculi degenerantibus. Flosc. omnes androgyni, quinquefidi, fertiles. Thal. paleaceus. Pappus pilosus.

CALEA lobata. Tab. 174. fig. 5.

A Cl. THUNBERGIO.

REC.

REC. ſubconvexum, paleaceum: paleis forma & conſiſtentia foliolis calycinis ſimilibus, interioribus gradatim longioribus.

SEM. parva, oblonga, glabra, ſpadicea.
Pappus piloſus, ſubedentulus, albus, paleis receptaculi brevior floſculo autem æqualis, caducus.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Flores longe pedunculati. b.) Calyx diſſectus cum receptaculo. c. C.) Floſculus infundibuliformis, corollulà profunde quinquefida. D.) Semen inſigniter auctum.

Hæc atque C. *jamaicenſis* characteri generico Linnæano ſolæ reſpondent; reliquæ ſpecies ad diverſa trahendæ ſunt genera, niſi notas ex ipſis fructificationis partibus manantes, foliis & externæ plantarum faciei, poſtponere malueris.

E. Pappo plumoſo aut penicillato.

DCCCCLXXVI. SERGILUS.

Calyx ſubturbinatus, imbricatus ſquamis appreſſis, inæqualibus, ſubſcarioſis. Floſc. omnes androgyni, quinquefidi, fertiles. Thal. nudus. Pappus capillaris, apice penicillatus.

SERGILUS ſcoparius. Tab. 174. fig. 6.

Chryſocoma arborea ramoſiſſima, ramis teretibus quadrato-ſubmarginatis, foliolis paucioribus minimis linearibus. BROWN. *hiſt. jam.* 316. *t.* 34. *f.* 4.

Calea caule ſuffruticoſo, ramis ſuboppoſitis angulatis. LINN. *ſyſt. veg.* 740.

A Cl. THUNBERGIO.

REC. anguſtum, tuberculatum, nudum.

SEM. uniformia, minutula, ovata, glabra, pallida.
Pappus calyce longior, multiradiatus: radiis capillaribus albis, apice penicillato-plumoſis.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum.

EMB. ſemini conformis, albicans.

*

a. A.) Calyx integer. B.) Receptac. denudatum. c. C.) Floſculus integer cum ſuo ſemine. D.) Semen ſeparatum & inſigniter auctum.

A Calea, receptaculo atque pappo, a Chryſocome autem ſolo pappo differt; hinc utique poſteriori magis affinis eſt. Folia quandoque oppoſita eſſe videntur; ſunt autem generatim minutiſſima atque remotiſſima.

DCCCCLXXVII. ANTENNARIA.

Calyx ſubrotundus, imbricatus ſquamis ſcarioſis obtuſis inæqualibus. Floſc. androgyni atque feminei mixti. Thal. ſcrobiculatus, a ſcrobiculorum marginibus denticulatis ſcaber. Pappus capillaris apice penicillatus.

ANTENNARIA dioica. Tab. 167. fig. 3.

Piloſella minor. DOD. *pempt. 68.*

Gnaphalium ſarmentis procumbentibus, caule ſimpliciſſimo, corymbo ſimplici, floribus dioicis. LINN. *ſyſt. veg. 748.*

REC. planiuſculum, ſcrobiculatum, a ſcrobiculorum marginibus ciliatis hirſutum aut ſcabratum.

SEM. parva, teretiuſcula, ſetis minimis adſperſa, pallida.
Pappus niveus, radiis plurimis, baſi ſetaceis, apice penicillato-plumoſis.

INT. ſimpliciſſimum, tenue.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx integer. b. B.) Receptac. denudatum. c. C.) Semen cum pappo.

Antennaria *Leontopodium.* ibid.

Filago Leontopodium. LINN.

Semina (D.) teretiuſcula, ſetulis adſperſa. Pappus niveus, radiis numeroſis, penicillato-plumoſis.

Antennaria *alpina.* ibid.

Gnaphalium alpinum. LINN.

Semina (E.) præcedentibus ſimilia. Pappus niveus, radiis baſi ſetaceis, apice explanatis in laminam clavatam ſolidam! pinnatifido-ſtriatam.

Huc porro ſpectant: Gnaphal. *ſeriphioides*, *mucronatum*, *muricatum* &c. quibus Cl. BERGIUS pappum tribuit piloſum, radiis tamen apice incraſſatis & penicilliformi-plumoſis.

DCCCCLXXVIII. ARGYROCOME.

Calyx imbricatus ſquamis ſcarioſis nitidis: intimis longioribus radiantibus coloratis. Floſc. androgyni & feminei mixti. Thal. nudus glaber. Pappus penicillatus aut totus plumoſus.

ARGYROCOME retorta. Tab. 167. fig. 3.

Xeranthemoides procumbens, polii folio. DILL. *elth. t. 322. f. 415.*

Xeranthemum caulibus fruteſcentibus provolutis, foliis tomentoſis recurvatis. LINN. *ſyſt. veg. 750.*

Rec. planum, amplum, excavato-punctatum, glabrum.

Sem. oblonga, teretiuscula, glabra, pallida.

Pappus niveus, semine triplo longior: radiis numerosis, basi setaceis denticulatis, apice penicillato-plumosis.

Int. simplicissimum, membranaceum.

Emb. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx integer, a parte supina spectatus. b.) Thalamus denudatus. C.) Semen magnitudine auctum, cum suo pappo penicillato.

Hujus praeterea loci sunt omnia Linnaei *Xeranthema*, quibus ipse pappum plumosum tribuit; nec non ejus *Gnaphalia*, simili calyce, receptaculo atque pappo dotata.

DCCCCLXXIX. CRITONIA. Brown.

Calyx oblongus, imbricatus squamis inaequalibus. Flosc. omnes androgyni, quinquefidi; tubo antherali integerrimo; stylo profunde bifido. Thal. nudus. Pappus plumosus.

Critonia Kuhnia. Tab. 174. fig. 7.

Eupatorium foliis alternis, calycibus multifloris, pappo plumoso. Arduin. *spec.* 2. *p.* 40. *t.* 20.

Kuhnia eupatorioides. Linn. *dec.* 21. *t.* 11. *syst. veg.* 217.

A Cl. Thunbergio.

Rec. nudum, scrobiculatum, scabriusculum.

Sem. oblonga, teretia, striata, glabra, e stramineo-rufescentia.

Pappus semine paulo longior, eleganter plumosus, albus aut per aetatem ruffus.

Int. duplex: utrumque membranaceum, tenue.

Emb. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Recept. denudatum. c.) Flosculus separatus. D.) Corollula integra. E.) Eadem dissecta, cum tubo antherali longitudinaliter aperto. F.) Stylus profunde bifidus. g. G.) Semen cum pappo.

Antherae nequaquam discretae sunt, uti voluit Linnaeus, sed in tubum integerrimum adeo pertinaciter connatae, ut nec post macerationem per 24 horas sponte a se invicem discesserint. Hinc *Kuhniae* character linnaeanus plane fictitius, atque genus, quod ob pappum manifeste plumosum cum Eupatorio sociari nequit, ad *Critoniam* Brown. jam. 490. amandandum est.

STÆHELINA. Linn. gen. 938.

Calyx oblongus, imbricatus. Flosc. omnes androgyni, antheris basi caudatis. Thal. brevissime paleaceus. Pappus ramosus.

Si genus hoc servandum, nec potius cum Serratula sit miscendum, quod posterius equidem omnia suadent, & vel ipsa Serrat. *arborea.* Schreb. *dec.* 1. *p.* 1. *t.* 1. flagitare videtur: non hujus erit loci, sed ad Capitatas debebit transferri. Cetera, pappi ramosi appellatio valde æquivoca est: versus enim pappus ramosus in tota hac vastissima familia non reperitur; & ipse pappus Carlinæ revera non est ramosus, sed ex radiis simplicissimis atque basi saltem inæqualiter conglutinatis, compositus.

F. Pappo aristato aut subspinoso.

DCCCCLXXX. BIDENS. Tourn. *t.* 262. Linn. *gen.* 932.

Calyx duplici serie polyphyllus inæqualis. Flosc. omnes androgyni. Thal. calyce brevior paleaceus. Pappus aristis duabus l. tribus, scabris.

Bidens tripartita. Tab. 167. fig. 7.

Acmella germanica. Blakw. *herb.* *t.* 519.

Bidens foliis trifidis, calycibus subfoliosis, seminibus erectis. Linn. *syst. veg.* 732.

Rec. convexum, calyce multo brevius, undique tectum paleis oblongis, obtusis, concavis, calycinis foliolis similibus & æqualibus.

Sem. cuneiformi-oblonga, triquetra, compressiuscula, glabra, livida, ad utrumque marginem aculeato ciliata.

Pappus aristatus, bi-l. triradiatus: radiis erectis, dimidio semine brevioribus, retrorsum aculeolatis.

Int. duplex: exterius coriaceum, tenue.

Emb. lividus.

*

a. b.) Calyx subfoliosus & nudus. c.) Paleæ per maturitatem divergentes. d. D. e.) Semen integrum. F.) Idem dissectum. g. H.) Embryo denudatus.

Bidens frondosa. ibid.

Icon. sem. Berkh. *diss.* *t.* 5. *f.* 5.

Semina grandiuscula (a. b.), ovato-oblonga, compressa, punctis callosis distinctis conspersa, ad margines crenulata, cinnamomea. Pappus ex aristis duabus validis, retrorsum aculeolatis. Embryo (c. d.) sublividus.

Bidens pilosa. ibid.

Bidens latifolia hirsutior, semine angustiore radiato. Dill. *elth.* *t.* 43. *f.* 51. Semina

Semina linearia (a. b. c.), compressa (D.), striata, glabra, sublucida, nigra. Pappus ex aristis 2 — 5 setaceis, scabris, semine quadruplo brevioribus. Embryo (e.) linearis, lividus.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Coreopsidem*.

DCCCCLXXXI. SPILANTHUS. LINN. *gen.* 1287.

Calyx duplici serie polyphyllus æqualis. Flosc. omnes androgyni, quinquefidi. Thal. paleaceus, teretiusculus, calyce multoties longior. Pappus aristis duabus setaceis glabris.

SPILANTHUS oleracea. Tab. 167. fig. 6.

Bidens foliis oppositis ovatis serratis, caule procumbente, floribus solitariis. BERG. *act. holm.* 1768. *p. m.* 259. *t.* 7.

Spilanthus foliis subcordatis serrulatis petiolatis. LINN. *syst. veg.* 731.

Icon. JACQ. *hort. t.* 135.

REC. cylindricum, longissimum, undique tectum paleis herbaceo-membranaceis, apice coloratis, semina subamplexantibus.

SEM. parva, ovato-oblonga, compressa, setulis albis adspersa, fusca, marginibus albicantibus ciliatis.

Pappus setaceo-aristatus: radiis duobus, dimidio semine brevioribus, subinæqualibus, flexilibus, glabris.

INT. simplicissimum, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx cum receptaculo. b. B.) Palea separata. c. C. D.) Semen integrum & dissectum. E. F.) Embryo denudatus.

Genus bifrons, accedente radio mutatur in *Verbesinam*.

II. SEGREGATÆ.

DCCCCLXXXII. SPHÆRANTHUS. VAILL. LINN. *gen.* 998.

Calyx *universalis* nullus, nisi extimas receptaculi squamas velis; *partialis* tetra- l. pentaphyllus, æqualis, subdecemflorus. Flosc. androgyni, infundibuliformes, monostyli, gemini aut terni, in centro; feminei subulati, edentuli, stigmate bifido, quini aut plures, in ambitu singuli calycis partialis. Recept. *commune* globosum, paleaceum, intus cavum; *partiale* angustissimum, nudum. Semina feminis calva.

SPHÆRANTHUS indicus. Tab. 164. fig. 5.

Adaca-manjen. RHEED. *mal.* 10. *t.* 43.

Sphæ-

Sphæranthus purpurea alata ferrata. Burm. *zeyl. t. 94. f. 3.*

Sphæranthus foliis decurrentibus lanceolatis ferratis, pedunculis crifpatis. Linn. *fyft. veg. 797.*

Rec. *commune* globofum, intus cavum, extus paleaceum: paleis ad fingulos calyces partiales fingulis, ovatis, acuminatis, villofis; *partiale* anguftiffimum punctatum, glabrum, nudum.

Sem. *feminis* parvula, ovata, fetulis albicantibus adfperfa, e fufco fpadicea, pappo deftituta.

Int. fimpliciffimum, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Capitulum globofum integrum. b.) Idem diffectum, cum receptac. communi intus cavo. c. C.) Calyx partialis feparatus claufus, cum palea (α.) ad bafin calycis externam acceſſoria. D. α.) Idem explicatus, cum flofculis in fitu naturali. e. E.) Flofc. androgynus. f. F.) Flofc. femineus. g. G.) Semen feparatum. H. I.) Embryo denudatus.

Paleas ad fingulos flofculos partiales quindecim, & corollulas femineas quinquedentatas, quas Sphærantho tribuit *Adans. p. 114.* non in noftro invenies; ut forfan ille de S. *africano* loquatur, de quo Cel. Jussieu dubitat, num hujus generis fit.

DCCCCLXXXIII. ELEPHANTOPUS. Vaill. Linn. *gen.* 997.

Calyx *univerfalis* nullus, aut triphyllus, multiflorus, foliolis concavis latis acutis, *partiales* fubcylindrici, pauciflori, imbricati fquamis exterioribus fubulatis inæqualibus, interioribus quaternis lineari-oblongis æqualibus. Flofc. omnes androgyni, profunde quinquefidi, laciniis oblongis æqualibus. Recept. utrumque nudum. Pappus paleaceo-ariftatus.

Elephantopus fcaber.

Anafchovadi. Rheed. *mal. 10. t. 7.*

Bidens frutefcens, foliis oblongis utrinque acuminatis venofis & lanuginofis. Breyn. *ic. 32. t. 24.*

Elephantopus conyzæ folio. Dill. *elth. t. 106. f. 126.*

Elephantopus foliis oblongis fcabris. Linn. *fyft. veg. 796.*

Rec. *commune* nudum; *partiale* planum, nudum, excavato-punctatum.

Sem. oblonga, deorfum acuminata, compreffa, fetulis minimis adfperfa, ferrugineo-fufca.

Pappus femine paulo longior, quinqueradiatus: radiis bafi paleaceis, apice in ariftam fetaceam longam fcabram definentibus.

Int. fimplex membranaceum.

Emb. albicans.

a.) Calyx

a.) Calyx exterior integer. b.) Idem truncatus & calyces partiales denudati. c. C.) Calyx partialis feparatus integer. D.) Idem longitudinaliter apertus cum receptac. partiali nudo. e. E.) Semen integrum.

Elephantopus ſpicatus. ibid.

Elephantopus ſpicatus. Aubl. *guian.* 808.

Elephantopus foliis ovato lanceolatis ſerratis ſcabris, faſciculis florum ſeſſilibus lateralibus, caule ramoſo. Schwarz. *prodr.* 115. *n.* 3.

Elephantopus foliis lanceolatis ſubſcabris, capitulis axillaribus ſeſſilibus ſpicatis, ſeminum ariſtis apice replicatis. Lamark. *Encycl.* 2. *p.* 349.

Conyza minor inodora helenii folio. Sloan. *hiſt. jam.* 1. *p.* 256. *t.* 150. *f.* 3. 4.

A Cl. Schrebero.

Flores faſciculati (a. a.), involucro deſtituti, in foliorum axillis ſeſſiles, & in ſupremis ramis ſpicatim digeſti. Calyces (b. B.) ſubcylindrici, tetraphylli, baſi ſquamis totidem ſubulatis imbricati, quadriflori. Semina (c. C.) oblonga, deorſum attenuata, compreſſa, ſtriata, ſetulis appreſſis minutiſſimis fulvis conſperſa, ochraceo fuſca. Pappus ſetaceo-ariſtatus, edentulus, quinque-l. ſeptem radiatus: radiis duobus lateralibus longiſſimis, infra apicem, duplici curvatura, primo deorſum, tunc iterum ſurſum inflexis; reliquis omnibus rectis, brevioribus, quin nonnunquam breviſſimis; cetera omnibus e ſtramineo albicantibus, baſi leviter ampliatis, edentulis, glabris.

Corollulas inſigni errore ligulatas dixit Linnæus, cum manifeſtiſſime ſint tubuloſæ & æqualiter ac profunde quinquefidæ. Errori forſan anſam dedit, quod extimæ duæ laciniæ quandoque inter ſe quaſi conglutinatæ reperiantur.

TRINACTE. Jungia. Linn. *gen.* 1422.

Calyx *univerſalis* triflorus, polyphyllus; *partiales* polyphylli, æquales, multiflori. Floſc. omnes androgyni, uniformes, tubuloſi, bilabiati: labio *exteriore* longiore revoluto apice dentato; *interiore* bipartito erecto acuto. Rec. . . . paleaceum. Semina coronata pappo plumoſo.

Trinacte *ferruginea.*

Jungia ferruginea. Linn. *ſuppl.* 390.

Capitula florum parva congeſta. Semina angulata. Pappus longus ſeſſilis plumoſus. Linn. *l. c.*

DCCCCLXXXIV. STOEBE. Linn. *gen.* 1001.

Calyx *univerſalis* nullus, vel ſaltem a ſupremis plantæ foliis aut ab extimis receptaculi paleis non diſtinctus; *partialis* pentaphyllus, uniflorus: foliolis

lis paleis receptaculi formâ consistentiâ & longitudine similibus. Flosc. infundibuliformes androgyni quinquefidi. Rec. *commune* paleaceum; *proprium* in fundo calycis. Pappus plumosus, persistens.

STOEBE æthiopica. Tab. 167. fig. 3.

Helichrysoides juniperi creberrimis aduncis foliis, floribus in ramulorum cymis. VAIL. *act. gall. 1719. p. m. 355.*

Stoebe æthiopica foliis recurvato-uncinatis nudis. LINN. *syst. veg. 798.*

REC. *commune* in cymis ramorum, foliis plantæ foliis crebrioribus & subimbricatis limatum, undique tectum paleis subulatis s. lineari acuminatis, consistentiâ & longitudine foliorum calycis proprii; *partiale* nullum, præter fundum calycis proprii.

SEM. in singulo calyculo singulum, parvulum, oblongum, glabrum, pallidum. *Pappus* plumosus, multiradiatus, semine duplo longior, persistens.

INT. simplicissimum, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a. a.) Ramulus floridus. b.) Capitulum a foliis lateralibus repurgatum. c. C.) Calyx proprius, cum duabus receptaculi paleis, ad basin suam. D.) Flosculus separatus, insigniter auctus. E.) Semen cum suo pappo. f. g.) Foliola caulina, subtus concava incana, supra viridia glabra, pungentia.

Calyx partialis, stricte loquendo, nullus est, sed paleæ flosculis proximæ, ejus vice funguntur.

DCCCCLXXXV. SERIPHIUM. LINN. *gen.* 1003.

Calyx *universalis* nullus, aut ab extimis receptaculi paleis non distinctus; *partialis* uniflorus, duplicatus, uterque pentaphyllus: foliolis *exterioribus* brevioribus, tomentosis, obtusis, receptac. paleis similibus, æqualibus; *interioribus* longioribus, scariosis, glabris, setaceo acuminatis, inæqualibus, supra receptac. paleas longe prominulis, ut capitulum evadat echinatum. Flosc. cylindrico-infundibuliformes, androgyni, quinquefidi. Recept. *commune* convexum, paleaceum; *proprium* in fundo calycis. Pappus penicillato-plumosus, caducus.

SERIPHIUM cinereum. Tab. 167. fig. 2.

Frutex cineraceus muscosus, herbæ impiæ capitulis, in spicam sessilibus. PLUK. *phyt. t. 297. f. 1.* mala.

Helichrysoides tamarisci facie, floribus spicatis. VAILL. *act. gall. 1719. p. m. 355.*

Seriphium cinereum, floribus verticillato-spicatis unifloris, foliis patentibus. LINN. *syst. veg. 798.*

REC. *commune* ſubgloboſum, undique tectum paleis ovato-oblongis, concavis, extus tomentoſis; *proprium* nullum, præter fundum calycis.

SEM. ſolitaria, ovato-globoſa, quinqueſulcata, glabra, parva, pallide albicantia. *Pappus* longitudine corollulæ, caducus, radiis ſubduodenis, apice penicilliformi-plumoſis, baſi nudis, ſetaceis, in annulum connatis.

INT. exterius ſubcoriaceum, tenue.

EMB. ſemini conformis, luteſcens.

*

a.) Ramus floridus, e ſpecimine arboreſcente. B.) Recept. commune paleaceum. c. C. d. D.) Calyx proprius cum ſuis ſquamis exterioribus. E.) Idem apertus, ſolas ſquamas interiores ſcarioſas oſtendens. F.) Floſculus ſeparatus, & inſigniter auctus. g. G.) Semen integrum. H.) Pappus ſeparatus. I.) Embryo denudatus.

Seriphium aut Stœbe, cujus floſculis radius additur, mutatur in *Diſparaginem.*

III. SEPARATÆ.

Flores ſexu, forma & loco diſcreti, in eodem caule.

DCCCCLXXXVI. AMBROSIA. TOURN. *t.* 252. LINN. *gen.* 1057.

Flores ſexu diſtincti, in diverſis calycibus ejusdem caulis. MAS. Cal. monophyllus hemiſphæricus multiflorus. Floſc. infundibuliformes quinquefidi pentandriantheris diſcretis. Recept. nudum. FEM. Cal. monophyllus, uniflorus, extus dentibus quinque in medio ventre muricatus, perſiſtens, ſemen involucrans. Cor. nulla. Semen unicum, calvum.

AMBROSIA trifida. Tab. 164. fig. 10.

Ambroſia virginiana maxima, platani orientalis folio. MORIS. *hiſt.* 3. *S.* 6. *t.* 1. *f.* 4.

Ambroſia foliis trilobis ſerratis. LINN. *ſyſt. veg.* 852.

PER. nullum. Calyx femineus mutatur in ſeminis involucrum coriaceo-nucamentaceum, turbinato-pyramidatum, angulatum, ſpinis adſcendentibus rectis & numero angulorum æqualibus in medio muricatum, undique clauſum.

REC. nullum, præter fundum calycis.

SEM. ſolitarium, obovatum, calvum.

INT. ſimplex, membranaceum, venoſum, ſpadiceo-ruffum, in ſtylum filiformem deſinens.

ALB. nullum.

EMB. ſemini conformis, e viridi liveſcens. *Cotyl.* plano-convexæ. *Plum.* bicornis. *Rad.* conica, infera.

*

a.) Nux integra. b.) Eadem diffecta. c.) Semen folutum. d.) Embr. denudatus. e.) Cotyledon cum plumula.

Receptaculo floris mafculi paleas fetaceas tribuit Cl. SCHMIEDEL. *Analyf. p. 61.* & in *Epift. ad Burm. differtat. de Geraniis.*

DCCCCLXXXVII. XANTHIUM. TOURN. *t.* 252. LINN. *gen.* 1056.

Flores fexu diftincti, in diverfis calycibus ejusdem caulis. MAS. Cal. polyphyllus, imbricatus, multiflorus. Flofc. infundibuliformes, quinquefidi, pentandri: antheris difcretis. Recept. anguftiffimum paleaceum. FEM. Cal. monophyllus, oblongus, biflorus, biroftris, bilocularis, fpinis uncinatis undique muricatus, perfiftens, femina involucrans. Cor. nulla. Sem. folitaria, calva.

XANTHIUM ftrumarium. Tab. 164. fig. 9.

Xanthium. FUCHS. *hift. lat.* 579. *germ. ic.* 329. CAM. *epit.* 926. BLAKW. *herb. t.* 444.

Xanthium caule inermi, foliis cordatis trinervatis. LINN. *fyft. veg.* 852.

PER. nullum. Calyx femineus mutatur in feminis involucrum coriaceo-nucamentaceum, oblongum, intus fepto longitudinali divifum, extus fpinis fubulatis hamatis muricatum, apice in duo cornua, primum recta, deinceps incurvato-uncinata atque latere fuo interno rima longitudinali hiantia definens, non dehifcens.

REC. nullum, præter fundum loculamentorum.

SEM. in fingulo loculo fingula, ovato-oblonga, utrinque attenuata, ftriata, hinc convexa, inde plana, nigro-fufca.

INT. duplex, utrumque membranaceum: exterius in ftylum definens.

ALB. nullum.

EMB. femini conformis, erectus, albicans.

*

a.) Involucrum nucamentaceum integrum, immaturum, cum duobus roftris rectis. b.) Ejus fectio transverfalis. c. d.) Semen a parte dorfali atque ventrali fpectatum. e. f. g.) Embryo cum fuis cotyledonibus atque plumula bicorni.

XANTHIUM orientale. ibid.

Xanthium caule inermi, foliis cuneiformi ovatis fubtrilobis. LINN. *dec.* 33. *t.* 17. *fyft. veg. l. c.*

Fructus (a.) priori fimillimus, fed duplo fere major, ferrugineus nec pallide ftramineus atque circa bafin roftrorum & fpinarum fubtomentofus, nec undique glaber. Semen (b.) longe ellipticum, ftriatum, fufcum. Embryo (c.) albus.

XANTHIUM

Xanthium ſpinoſum. ibid.

Xanthium luſitanicum ſpinoſum. Pluk. *phyt. t. 239. f. 1.* Herm. *parad. t. 246.* Magnol. *hort. 208. c. ic.* Volk. *norimb. t. 149.*

Xanthium ſpinis ternatis, foliis trilobis. Linn. *ſyſt. veg. l. c.*

Fructus (a.) ovato-cylindricus, terminatus roſtro ſimplici ſubulato recto cartilagineo glabro. Aculei diſſiti, horizontales, ſetacei, rigidi, apice uncinulati. Semina (b.) oblonga, ſemiteretia, nigricantia. Embr. (c.) albus, gracilis.

****

RADIATÆ.

I. CONGREGATÆ.

A. Pappo nullo.

a. *Thalamo nudo.*

α. Floſculis omnibus fertilibus.

* *Seminibus uniformibus.*

DCCCCLXXXVIII. BELLIS. Tourn. *t.* 280. Linn. *gen.* 962.

Calyx hemiſphæricus, duplici ſerie polyphyllus, æqualis. Thal. nudus, conicus. Floſc. *diſci* androgyni, infundibuliformes, quinquefidi; *radii* feminei, numeroſi, ligulis anguſtis lanceolatis: utrique fertiles. Sem. compreſſa, calva.

Bellis perennis. Tab. 168. fig. 1.

Bellis. Dod. *pempt. 265.* Blakw. *herb. t. 200. & 530.* Oed. *flor. dan. t. 503.*

Bellis ſcapo nudo. Linn. *ſyſt. veg. 770.*

Rec. argute conicum, tuberculatum ſ. puncticulato ſcabratum, nudum, longitudine foliorum calycis.

Sem. cordato-oblonga ſ. apice emarginata, compreſſa, albicante margine cincta, in medio autem ſpadiceo-cineraſcentia, rariſque villis albicantibus conſperſa, calva.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. ſemini conformis, albicans.

*

a.) Calyx a parte interna ſpectatus, cum receptaculo. b. B.) Semen integrum. C.) Idem diſſectum. D.) Embryo denudatus.

DCCCCLXXXIX. MATRICARIA. Tourn. t. 231. Linn. gen. 967.

Calyx hemisphæricus, imbricatus squamis herbaceis acutis paucorum ordinum. Thal. conicus, nudus. Flosc. omnes fertiles: feminarum ligulæ oblongæ, sæpe deflexæ. Sem. calva.

Matricaria suaveolens. Tab. 168. fig. 2.

Matricaria leucanthemos annua suaveolens, chamæmeli folio, ovariis albicantibus. Vaill. *act. gall. 1720. p. m. 556.*

Matricaria receptaculis conicis, radiis deflexis, squamis calycinis margine æqualibus. Linn. *syst. veg. 774.*

Rec. ovato-conicum, acuminatum, altum, elevato punctatum, nudum.

Sem. parva, inverse pyramidata, sulcata, glabra, albicantia, calva.

Int. exterius coriaceum, crassiusculum.

Emb. teretiusculus, albicans.

*

a.) Calyx cum receptaculo feminibus tecto. b. B.) Receptac. denudatum. c. C.) Semen integrum. D.) Ejus sectio transversalis. E.) Embr. denudatus.

Receptac. in aliis multo brevius & simpliciter convexum est. Si diadema feminibus Matricariæ accedit, mutatur in *Pyrethrum.*

DCCCCXC. CHRYSANTHEMUM. Tourn. t. 280. Linn. gen. 966.

Calyx hemisphæricus, imbricatus squamis plurium ordinum coriaceis margine scariosis. Recept. conxexum, nudum. Flosc. omnes fertiles: feminarum ligulis ovato oblongis, patentibus, sæpius apice truncatis. Sem. calva.

Chrysanthemum coronarium. Tab. 168. fig. 3.

Chrysanthemum creticum. Clus. *hist. 1. p. 335.* Besl. *Eyst. æst. V. t. 6. f. 2. 3.* Zanon. *hist. t. 51.*

Chrysanthemum foliis pinnatis incisis extrorsum latioribus. Linn. *syst. veg. 773.*

Rec. subparabolicum, calycis limbo altius, striis decussatis tessulatum, nudum, glabrum.

Sem. inverse pyramidata, compressiuscula, sulcato-angulata, glabra, e stramineo albicantia, calva.

Int. exterius crustaceum, durum, crassum.

Emb. clavatus, albus.

*

a.) Calyx cum receptac. denudato. b. B.) Semen integrum. C.) Idem transversim, & D.) longitudinaliter dissectum. e. E.) Embryo denudatus.

In plantis cultis hujus speciei, radium semper sterilem deprehendo.

Chryſanthemum *Leucanthemum.* LINN.

Semina ex ovatis inverſe pyramidata ſ. turbinata, donec recentia, ferruginea atque ſulcis decem elevatis lacteis pulchre variegata; poſtea vero nigricantia, cum iisdem ſulcis pallide ſpadiceis. Vertex calvus.

Omnes Chryſanthemi ſpecies, quarum ſemina manifeſto margine coronata ſunt, ad *Pyrethrum* amandamus.

UNXIA. LINN. *gen.* 1420.

Calyx ſubrotundus pentaphyllus. Floſc. *diſci* androgyni quinque, infundibuliformes; *radii* feminei, quinque, ligulati: utrique fertiles. Recept. nudum. Sem. calva.

Unxia *camphorata.* LINN. *ſuppl.* 368.

Flores ſolitarii, e dichotomia, ſubpedunculati, magnitudine piſi. Semina ovata, dura, calva. *Linn. l. c.*

Si floſculi androgyni ſteriles ſunt, uti ex *Juſſ.* ſuſpicari licet, genus hoc proxime a Milleria collocandum erit.

** *Seminibus difformibus.*

DCCCCXCI. CALENDULA. LINN. *gen.* 990. Caltha. TOURN. *t.* 284.

Calyx ſimplex, polyphyllus, æqualis. Recept. planum, nudum. Floſc. centrales ſteriles, maſculi; *diſci* androgyni, infundibuliformes; *radii* feminei, ligulati: horum utrique fertiles. Semina difformia, calva.

CALENDULA arvenſis. Tab. 168. fig. 4.

Caltha minima. BAUH. *hiſt.* 3. *p.* 103.

Calendula ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis: extimis erectis protenſis. LINN. *ſyſt. veg.* 791.

REC. planum, elevato-punctatum, nudum.

SEM. difformia: *diſci* ſemicirculari-incurva, nequaquam cymbiformia aut marginata, ſed teretiuſcula, & a parte ventrali in aciem compreſſa, in dorſo autem convexa atque brevibus aculeolis innocuis muricata.

Radii longiora, ſurrecta, ſigmoideo curvata, ſurſum attenuata & in roſtrum apice lamelloſum bilobum elongata, extus aculeolata, intus glabra & prope baſin proceſſu lamelloſo aucta.

INT. exterius coriaceum, e ſtramineo pallidum.

EMB. teretiuſculus, ad normam ſeminum curvatus, ſaturate luteus.

a.) Calyx

a.) Calyx integer. b.) Thal. denudatus. c.) Semina in ſitu naturali. d. D.) Semen diſci. e. E.) Semen radii. D. E.) Embryo utriusque ſeminis.

CALENDULA officinalis. ibid.

Calendula. DOD. *coron. p. m. 60.* BLAKW. *herb. t. 106.*

Calendula ſeminibus cymbiformibus muricatis incurvatis omnibus. LINN. *l. c.*

Semina *diſci* (f. g.) cymbiformia, parte concava ſepto longitudinali diſcreta, parte convexa ſulco medio elevato muricato notata. Semina *radii* (h.) teretiuſcula, ſemicirculari-arcuata, extus muricata, intus glabra & prope baſin ſæpe proceſſu erecto lamelloſo inſtructa.

CALENDULA pluvialis. ibid.

Calendula humilis africana, flore intus albo, extus violaceo. HERM. *lugdb.* 105. BREYN. *ic. t. 14. f. 1.* MILL. *ic. t. 75. f. 1.*

Semina *diſci* (i.) rotundato cordata, compreſſo-plana, margine tumido cincta, e ſtramineo albicantia. Sem. *radii* (k. K.) oblonga, inverſe pyramidata, 3. l. 4gona, lateribus atque angulis tuberculato-muricatis.

Calendula *hybrida.* LINN.

Caltha africana, flore intus albo, foris violaceo, ſemine majore oblongo. BREYN. *ic. t. 14. f. 2.* MILL. *ic. t. 75. f. 2.*

Semina *diſci*, proxime præcedentis ſimillima, ſed paulo majora, elliptico-cordata, ad marginem nequaquam tumida. Sem. *radii* inverſe pyramidata, triquetra, lateribus convexiuſculis glabris, angulis autem compreſſis atque ſerrato-dentatis.

LANCISIA. PONTED. *diſſ.* 204. ADANS. 126. Cenia. JUSS. *p.* 183.

Omnia Cotulæ, præter floſculos radii femineos, ligulatos: ligulis integerrimis. Calyx quandoque turbinatus, ſub receptaculo vacuus.

Huc potiſſimum ſpectant: C. *turbinata*, *capenſis*, *ſtricta* & *viſcoſa*. LINN. Videndum tamen, anne in his omnibus ſemina ſint difformia, ſicuti id de Lancisia *turbinata* conſtat, cujus quoque ſeminibus radialibus, pedicellos *Pontedera l. c.* adſcribit. Eſt igitur Lancisia nihil aliud, quam Cotula radio larvata.

β. Fleſ-

β. Flosculis femineis solis fertilibus.

DCCCCXCII. MILLERIA. Linn. *gen.* 985.

Calyx simplex, aut duplicatus: iste monophyllus, inæqualiter trifidus; hic insuper auctus foliolis quinque inæqualibus, prioris interno parieti accumbentibus: uterque persistens, semen involucrans. Rec. nudum. Flosc. *disci* duo vel tres, infundibuliformes, androgyni, steriles; *radii* unicus, ligulatus, femineus, fertilis. Semen calvum.

Milleria quinqueflora. Tab. 168. fig. 5.

Milleria annua erecta, floribus spicatis luteis. Mart. *cent. t.* 47. *f.* 2.

Milleria foliis cordatis, pedunculis dichotomis. Linn. *syst. veg.* 789.

Milleria calycibus duplicatis. Nob.

Per. nullum, sed calycis exterioris segmenta, per maturitatem arcte sibi mutuo juncta, formant conceptaculum ovato turbinatum, gibbum, coriaceum, nigrum, quod semen claudit, & simul interiora calycis foliola, quina, membranacea, tenuissima, oblonga, inæqualia, paleas mentientia, occultat.

Rec. angustissimum, nudum, seu effœtis androgynorum flosculorum ovariis lineari oblongis tectum.

Sem. unicum, subclavatum, striatum, incurvum, fuscum, calvum.

Int. exterius crustaceum, crassum, durum, & fere osseum.

Emb. clavatus, albicans.

*

a.) Pars cymæ florentis & frugiferæ. B.) Calyx exterior trifidus. C.) Ejusdem laciniæ diductæ, ut interioris calycis foliola in conspectum veniant. D.) Calyx interior separatus & explicatus, cum situ seminis & ovariorum sterilium. c. E.) Semen maturum separatum.

Possent quoque ista calycis foliola interiora pro paleis haberi, quum & numero & diversæ magnitudini ovariorum respondeant: quoniam vero extra receptaculum posita sunt, atque in altera specie penitus deficiunt, malui ea ad calycem referre.

Milleria biflora. ibid.

Milleria erecta annua minor, foliis parietariæ, floribus ex foliorum alis. Mart. *cent. t.* 47. *f.* 1.

Milleria foliis ovatis, pedunculis simplicissimis. Linn. *h. Cliff. t.* 25. *syst. veg. l. c.*

Milleria calycibus simplicibus. Nob.

Calyx (f. F. G.) simplex, herbaceus, trivalvis: Valvula unica maxima, subcordata, crenulata, cavitate ovali (G.) in medio exsculpta; valvulæ duæ reliquæ multo minores, lanceolato-ovatæ: subæquales, cavitatem valvulæ majoris

majoris antice claudentes. Rec. nudum, nec ullum palearum veſtigium. Semen (h. H.) unicum, oblongum, deorſum acuminatum, ſubtriquetrum, e caſtaneo rufeſcens, glabrum, calvum. Integum. coriaceum.

DCCCCXCIII. OSTEOSPERMUM. Linn. *gen.* 992.

Calyx ſimplex aut duplici ſerie polyphyllus, ſubæqualis. Thal. nudus. Floſc. *diſci* androgyni, ſteriles; *radii* feminei, ligulis longis anguſtis, fertiles. Sem. baccata aut nucamentacea, calva.

Osteospermum moniliferum. Tab. 168. fig. 6.

Chryſanthemoides africanum, populi albæ foliis. Dill. *elth. t. 68. f. 79.*

Oſteoſpermum foliis obovatis ſerratis petiolatis ſubdecurrentibus. Linn. *ſyſt. veg.* 791.

Rec. planum, in medio elevato punctatum, in ambitu ſcrobiculis parvis pro ſeminibus feminarum exſculptum, nudum, glabrum.

Sem. *feminis* ovato-globoſa, baccata, atro-purpurea, glabra, calva.

Int. triplex: *extimum* carnoſum, tenue; *medium* cruſtaceum, craſſum, durum; *intimum* membranaceum, pallide rufeſcens.

Emb. obovato roſtellatus, albus.

*

a. b.) Calyx maturus ab utraque parte ſpectatus. c.) Recept. denudatum. d.) Semen baccatum integrum. e.) Ejus portio carnoſa ad medium reſecta. f.) Idem transverſe diſſectum. g. H.) Embryo denudatus.

Integumentum carnoſum in plerisque ſpeciebus deficit, atque ſemen ſimpliciter nucamentaceum eſt.

b. *Thalamo villoſo* aut *paleaceo.*

α. Floſculis omnibus fertilibus.

DCCCCXCIV. SIGESBECKIA. Linn. *gen.* 973.

Calyx ſimplici ſerie polyphyllus, æqualis, circumvallatus, foliolis quinque ſibi duplo longioribus, patentibus, extrorſum lateſcentibus, villoſis: villis capitellatis glutinoſis. Thal. paleaceus. Floſc. *diſci* androgyni, plures; *radii* tres l. quinque, feminei, ligulati, in uno tantum calycis latere poſiti: utrique fertiles. Sem. oblonga, calva.

Sigesbeckia orientalis. Tab. 168. fig. 11.

Cichorio affinis lapſanæ ſinicæ, menthaſtri foliis, calyce fimbriato hiſpido. Pluk. *phyt. t. 380. f. 2.*

Sigisbeckia petiolis ſeſſilibus, calycibus exterioribus majoribus linearibus patentibus. Linn. *h. Cliff. t. 23. ſyſt. veg.* 779.

Rec.

Rec. angustum, planum, paleaceum: paleis longitudine & similitudine foliorum calycis.

Sem. inverse pyramidata, tetragona, tuberculato-scabra, glutinosa, fusca, calva.

Int. exterius coriaceum, tenue.

Emb. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx floridus integer. B.) Idem absque involucro. C.) Idem dissectus, cum paleis receptaculi. d. D. E.) Semina tuberculata & glabra. F.) Embryo denudatus.

Semina, quae e China habui, omnia erant glabra atque plumbeo-livida: quale sub *litt.* E. repraesentatur.

DCCCCXCV. PHAETHUSA.

Calyx subcylindricus, polyphyllus, imbricatus squamis inaequalibus, apice recurvis. Thal. paleaceus. Flosc. *androgyni* plures in disco: *femineus* unus aut alter, ligulà ovato-oblonga bidentata, in radio: utrique fertiles. Semina hispida absque pappo.

Phaëthusa americana. Tab. 169. fig. 3.

Chrysanthemum americanum caule alato, foliis amplioribus binatis, floribus pallide lutescentibus parvis. Pluk. *phyt. t. 342. f. 46. n. 3.*

Verbesina foliis ovatis petiolatis decurrentibus, oppositis, flosculis radiorum solitariis. Gron. *virg. 1. p. 179.*

Sigesbeckia petiolis decurrentibus, calycibus nudis. Linn. *syst. veg. 779.*

Rec. angustum, paleaceum: paleis lineari-oblongis, obtusis, concavis, apice viridibus, a squamis calycinis vix vel parum distinctis.

Sem. parva, oblonga, deorsum angustiora, compressa, undique setulis rigidis, supra verticem seminis prominentibus, hispidata; ipso autem vertice calvo.

Int. simplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a. a.) Pars corymbi florum. A.) Calyx separatus integer. B.) Idem dissectus, cum paleis receptaculi. c.) Flos. radii. d.) Flosc. disci. e. E.) Semen integrum. F.) Idem dissectum.

Caulis giganteus, 18 pedalis, a decurrentibus foliorum petiolis anguste quadrialatus. Folia grandia, opposita, ovato-acuminata, triplinervia, obsolete serrata, subpubescentia. Corymbus terminalis, brachiatus, amplissimus. Corollulae androgynae extus hirsutae: antheris prominulis atris. Feminae plerumque solitariae, vix unquam ternae: ligula sulphurea, ovata, utrinque attenuata, apice brevissime bidentata. Pappus nullus, sed hirsuties

ties ſeminis, paulo ſupra ejus verticem producta, mentitur marginem paleaceo-lacerum.

A Sigesbeckia perinde ac a Milleria, toto ſuo habitu externo, floſculis utriusque generis atque ſeminibus, abunde differt, ut cum neutra earum ſociari poſſit.

DCCCCXCVI. ACHILLEA. Linn. *gen.* 971. Millefolium. Tourn. *t.* 283.

Calyx ovatus, imbricatus ſquamis anguſtis appreſſis. Thal. planus paleaceus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, ligulis ovatis transverſim latioribus quam longis & apice repando tridentatis: utrique fertiles. Sem. elliptica, calva.

Achillea Millefolium. Tab. 168. fig. 9.

Millefolium. Blakw. *herb. t. 18.* Oed. *flor. dan. t. 737.*

Achillea foliis bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis, caulibus ſuperne ſulcatis. Linn. *ſyſt. veg.* 778.

Rec. anguſtum, planum, paleaceum: paleis lineari oblongis, calyce paulo brevioribus.

Sem. parva, oblonge elliptica, compreſſiuſcula, in medio ſpadicea aut cineraſcentia, ad peripheriam margine tumidulo pallido aut albo cincta, calva.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. albus.

*

a. A.) Calyx integer. B.) Recept. paleaceum. C.) Floſc. radii. D.) Floſc. diſci. e. E.) Semen integrum. F.) Idem diſſectum.

DCCCCXCVII. CHAMÆMELUM. Tourn. *t.* 281. Hall. 1. *p.* 43.

Calyx hemiſphæricus, imbricatus ſquamis duplici l. triplici ſerie, ſcarioſis. Thal. conicus, paleaceus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, ligulis triplo longioribus quam latis: utrique fertiles. Sem. calva.

Chamæmelum arvenſe. Tab. 168. fig. 10.

Chamæmelum foliis glabris duplicato pinnatis, nervo foliaceo, pinnulis lanceolatis, ſeminibus lævibus. Hall. *hiſt. n. 103.*

Anthemis receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus coronato-marginatis. Linn. *ſyſt. veg.* 776.

Rec. ſubulatum, calyce duplo altius, tectum paleis lanceolatis, ſetaceo-acuminatis.

Sem.

SEM. inverſe pyramidata, tetragona, ſulcata, pallide ſtraminea, vertice, in recentibus, toruloſo, calvo; in vetuſtis ſimpliciter truncato, absque ullo marginis veſtigio.

INT. exterius coriaceum, craſſiuſculum.

EMB. teretiuſculus, albus.

*

a.) Calyx integer. b.) Recept. denudatum. c. C.) Palea ſeparata. d. D.) Semen integrum, vertice toruloſo. E.) Idem diſſectum. F.) Embr. denudatus.

Chamæmelum plenario diadematis ſeminum defectu ab Anthemide differt: hinc & ſecundum HALL. *l. c.* Anth. *nobilis* & *Cota.* LINN. huc ſpectant.

β. Floſculis androgynis ſolis fertilibus.

DCCCCXCVIII. GORTERIA. LINN. *gen.* 982.

Calyx monophyllus, e ventricoſa baſi ſurſum conicus, extus imbricatus ſquamis ſpinoſis: ſuperioribus gradatim longioribus, & demum acicularibus. Thal. in medio ſetaceo-ſcabratus, in ambitu ſcrobiculatus. Floſc. *centri* maſculi; *diſci* androgyni, & ex his quinque l. pauciores ſoli fertiles; *radii* feminei aut neutri, ligulati, ſteriles. Semina lanata, pappo vero deſtituta.

GORTERIA perſonata. Tab. 171. fig. 4.

Carduus æthiopicus perpuſillus, piloſellæ foliis incanis hiſpidis, perſonatæ capitulis. PLUK. *phyt. t. 273. f. 6.*

Gorteria foliis lanceolatis integris ſinuatisque, caule erecto, floribus pedunculatis. LINN. *ſyſt. veg.* 783.

REC. planum, in medio ſetulis rigidis brevibus ſcabratum, in ambitu autem foveolis quinque l. paucioribus pro ſeminibus exſculptum.

SEM. obovata, baſi roſtellata, obſolete trigona, pallida, lanâ criſpâ ſericeo-albâ in ſuperiore præſertim ſua parte late obtecta, pappo autem vero penitus deſtituta.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum.

EMB. ſemini conformis, luteſcens.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem longitudinaliter diſſectus, cum ſpinarum origine. C.) Recept. ſeparatum. d. D.) Ovaria abortiva, aut ab unico plerumque matureſcente ſemine ſuffocata. e. E) Semen maturum integrum. f.) Idem transverſe diſſectum, cum rima cotyledonum.

Calyx maturus, ob aperturæ ſuæ anguſtiam, ſemina non dimittit, ſed unacum iis decidit. Hinc fit, ut, dum unicum ſaltem eorum perficitur, illud ſua radicula non modo calycis fundum perforet, ſed & ita cum eo conferruminetur, ut novella planta, inconſueto prorſus nec niſi in Neurada recurrente exemplo, maternum calycem ſupra ſuam radicem gerat perennem.

Linnæus

Linnæus in hoc genere calycem monophyllum unice reſpexiſſe videtur; hinc plures ei immiſcuit plantas, ad alia genera manifeſtiſſime pertinentes.

SCLEROCARPUS. Jacq. Juss. *p.* 186.

Calyx ſubhexaphyllus, foliolis duobus l. tribus *exterioribus* majoribus, caulinis ſimilibus; *interioribus* tribus parvis, ſquamiformibus, floſculis ligulatis appoſitis. Thal. paleaceus: paleis perſiſtentibus, indureſcentibus, acuminatis, hinc rotundatis ventricoſis, inde conduplicato - canaliculatis, ſemina involventibus. Floſc. *diſci* ſuboctoni, androgyni, fertiles; *radii* pauciſſimi, unus l. quatuor, neutri, ligulis ſubintegris, breviſſimis. Semina calva. (Ex Juss.)

Sclerocarpus *africanus*. Jacq. *nov. act. helv.* 1. *p.* 34. *t.* 2. Linn. *ſyſt. veg.* 783.

Semina dimidiato obovata, deorſum inſigniter anguſtata, nigra, nitida, calva. *Jacq. l. c.*

Huic Sectioni ſe ſe intrudunt nonnullæ *Rudbeckiæ* & *Helianthi* ſpecies, ſeminum diademate deſtitutæ.

γ. Floſculis femineis ſolis fertilibus.

DCCCCXCIX. ERIOCEPHALUS. Linn. *gen.* 994.

Calyx pentaphyllus ſimplex, aut decaphyllus, foliolis æqualibus, duplici ſerie poſitis. Thal. lanatus. Floſc. *diſci* plures, androgyni, ſteriles; *radii* feminei, circiter quini, ligulis obovatis trifidis, fertiles. Sem. villoſa, pappo deſtituta.

Eriocephalus racemoſus. Tab. 168. fig. 7.

Eriocephalus foliis linearibus indiviſis, floribus racemoſis. Linn. *ſyſt. veg.* 795.

Ex herbario Bankſiano.

Rec. planum, lanatum: lana copioſa, ſericea, e ſtramineo albicante, floſculis longiore.

Sem. *feminis* oblonga, deorſum anguſtata, compreſſe triquetra, piloſa aut parce lanata, cetera vero omni pappo deſtituta.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. ſemini conformis.

a.) Pars racemi floridi. b.) Recept. lanatum. c.) Floſc. diſci. d.) Floſc. radii: uterque purpureus. E. F.) Semen integrum & diſſectum.

Calycis exterioris nullum in hac ſpecie adeſt veſtigium.

M. POLYMNIA

M. POLYMNIA. Linn. *gen.* 987.

Calyx simplex pentaphyllus patens: foliolis oblongis, acuminatis, flore paulo longioribus, extus scabris, intus a basi ad medium lævigatis albicantibus. Thal. paleaceus: paleis difformibus. Flosc. *disci* androgyni, plurimi, steriles; *radii* feminei, quini aut deni, ligulis ovatis tridentatis, fertiles. Sem. obovata, gibba, calva.

Polymnia canadensis. Tab. 174. fig. 2.

Polymnia foliis alternis hastato - sinuatis. Linn. *amoen. acad. 3. p. 15. t. 1. f. 5. syst. veg. 790.*

A Cl. Thunbergio.

Rec. planum aut modice concavum, paleaceum: paleis membranaceis, tenuissimis, difformibus: *extimis* (quæ calyx interior Linn.) denis, ovatis, acuminatis, concavis, sessilibus, dorso feminarum accumbentibus; *interioribus* minoribus, lanceolatis, subcarinatis, in pedunculum attenuatis, basi ovariorum sterilium adnatis.

Sem. *feminis* obovata, turgidissime lenticularia, ad latera in angustissimum marginem attenuata, & in ventre linea longitudinali elevata notata, dura, e testaceo - fusca, apiculo capitellato in vertice terminata, cetera autem perfecte calva.

Int. exterius nucamentaceum, durum, fragile.

Emb. semini conformis, obesus, albicans.

*

a.) Calyx maturus, cum flosculis disci persistentibus. b.) Recept. paleaceum. c.) Palea radii. d.) Palea disci. e.) Flosc. androgynus cum sua palea. f. g. h. H.) Semen maturum integrum, a dorso, latere & ventre spectatum. I.) Testa seminis transversim secta.

Cum extimæ receptaculi paleæ, nihil quidquam a reliquis, præter solam majorem suam latitudinem differant, eas tanto minus calyci annumerandas censemus, cum vel ipse Linnæus, simillimas Chrysogoni & Parthenii squamas, non calycis, sed receptaculi partibus annumeraverit.

MI. PARTHENIUM. Linn. *gen.* 1058.

Calyx hemisphæricus, simplex, pentaphyllus, æqualis. Thal. paleaceus: paleis difformibus. Flosc. *disci* plurimi, androgyni, antheris discretis, steriles. *Radii* feminei, quini, ligulis obcordatis, fertiles. Sem. obovata, calva.

Parthenium integrifolium. Tab. 168. fig. 8.

Partheniastrum helenii folio. Dill. *elth. t. 225. f. 292.*

Parthenium foliis ovatis crenatis. Linn. *syst. veg. 852.*

Rec.

Rec. conicum, breve, anguſtiſſimum, ut fere-ſubulatum, tectum paleis difformibus. Paleæ *radii* quinque, foliolis calycinis ſimillimæ & cum iis alternantes, ſubrotundæ, concavæ, intus ſtipatæ floſculo unico femineo, & duobus androgynis, ad latera feminæ poſitis atque paleâ, ſingulus ſuâ, lineari-acuminatâ, antice tectis. P. *diſci* plurimæ, oblongæ, ſurſum lateſcentes, carinatæ, apice emarginatæ atque extus furfuraceo-villoſæ.

Sem. *feminis* obovata, deorſum inſigniter acuminata, compreſſe triquetra, glabra, nigra, calva.

Int. exterius coriaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Ejus foliola reclinata atque paleæ radii denudatæ. c.) Thalami ſectio verticalis. d. D.) Palea radii cum tribus ſuis floſculis in ſitu naturali. g.) Eadem, excuſſis floſculis. E.) Floſc. androgynus. F.) Floſc. femineus. h.) Palea diſci. i. I.) Semen integrum. K.) Idem diſſectum.

Paleæ iſtæ grandes, ob formam conſiſtentiam atque ſitum ſuum, ad calycem pertinere mihi viſæ ſunt; quoniam vero Vaillantius, Linnæus atque Juſſiæus eas pro paleas habent, a majorum ſententia recedere nolui.

Hanc Sectionem ingrediuntur etiam *Silphii* quædam ſpecies, feminis corona deſtitutæ.

B. Pappo marginato aut cotyloide.

a. *Thalamo nudo.*

MII. PYRETHRUM. Hall. *hiſt.* I. *p.* 40.

Calyx hemiſphæricus, imbricatus ſquamis duris appreſſis margine ſcarioſis. Thal. nudus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, ligulis oblongis tridentatis: utrique fertiles. Sem. margine prominulo coronata, uniformia, aut rarius difformia.

Pyrethrum corymbiferum. Tab. 169. fig. 1.

Tanacetum inodorum. I. II. Clus. *hiſt.* 1. *p.* 338.

Chryſanthemum foliis pinnatis inciſo ſerratis, caule multifloro. Linn. *ſyſt. veg.* 772.

Icon. Jacq. *auſtr. t.* 379.

Rec. convexiuſculum, minute tuberculatum ſ. elevato-punctatum, nudum.

Sem. uniformia, oblonga, deorſum anguſtiora, 4—5gona, glabra, rufeſcentia, angulis pallidioribus ſubcoſtatis.

Pappus marginatus, tertia ſeminis parte brevior, ora repanda aut obſoletiſſime quinquedentata.

Int.

INT. exterius coriaceum.

EMB. teretiusculus, albus.

a.) Calyx integer. b.) Recept. denudatum. c. C.) Semen integrum. D. E.) Idem longitudinaliter & transversim dissectum. F.) Embryo denudatus.

PYRETHRUM frutescens. ibid.

Leucanthemum canariense, sapore pyrethri. WALTH. *hort. t. 24.* bene.

Chrysanthemum fruticosum, foliis carnosis linearibus pinnatis dentatis apice trifidis. LINN. *l. c.*

Receptaculum depresse conicum, tuberculatum, nudum. Semina difformia: *disci* (g. G.) minora, inverse-pyramidata, tetragona, glabra, pallida, coronata, margine membranaceo lato crenulato. Sem. *radii* (h. H.) majora, cordata, compresse triangula, ad latera fere in alam extenuata, pallide straminea, coronata margine brevissimo denticulato. Solo palearum defectu a Buphthalmo recedit.

Huc porro quoque spectant: Chrys. *inodorum, alpinum, atratum β, serotinum, arcticum, Myconis, bipinnatum;* nec non Matric. *asteroides;* & Achill. *pubescens.* LINN.

Est itaque Pyrethrum nihil aliud, quam *Tanacetum* radio larvatum.

b. *Thalamo alveolato nudo.*

MIII. FAVONIUM.

Involucrum floris duplex: *exterius* tetra-l. pentaphyllum maximum; *interius* polyphyllum brevius: utrumque herbaceo-foliosum, foliis ovatis aut ellipticis, venosis, glabris, apice in spinulam brevem desinentibus. Calyx communis monophyllus, cum receptaculo penitus connatus, per ambitum multidentatus: dentibus subulatis, inæqualibus, horizontali patentibus. Thal. nudus, profunde alveolatus. Flosc. *disci* androgyni, quinquefidi, fertiles; *radii* neutri, ligulis oblongis, tridentatis. Sem. coronata pappo monophyllo multidentato.

FAVONIUM spinosum. Tab. 174. fig. 1.

Choristea glabra. SOLAND. *mss.*

Polymnia spinosa, foliis oppositis ovato-cordatis sessilibus, aculeis supra axillaribus, caule fruticoso erecto. LINN. *syst. veg.* 790.

A Cl. THUNBERGIO.

REC. a calyce non discretum, convexiusculum, amplum, nudum, profunde alveolatum: alveolorum marginibus nequaquam scariosis sed herbaceo-mollibus, integerrimis, glabris, nigro-fuscis.

SEM.

SEM. inverse pyramidata, rhombeo-compressa, glabra, livida aut plumbea.

Pappus monophyllus, membranaceus, albicans, subcampanulatus, margine duodecim -- l. multifido, dentibus setaceis, inæqualibus, denticulato-scabris.

INT. duplex: coriaceum & membranaceum; utrumque tenue.

EMB. albicans.

a.) Involucrum utrumque, cum calyce & receptaculo solis seminibus tecto. b.) Receptac. excussis seminibus, denudatum. c.) Flosc. radii neuter. d.) Flosc. disci androgynus. e. E.) Semina separata. F.) Pappus explanatus & insigniter auctus.

Cum Wedelia convenit pappo, sed differt calyce, receptaculo & sterilitate radii; cum Polymnia autem ne umbram quidem affinitatis habet: hinc omnino proprii generis planta est.

c. *Thalamo paleaceo.*

α. Flosculis omnibus fertilibus.

MIV. LEYSERA. LINN. *gen.* 965.

Calyx imbricatus squamis numerosissimis, cartilagineis, nitidis: inferioribus simplicibus acuminatis, appressis; supremis in appendiculam lanceolatam, scariosam, patulam, apice dilatatis. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis lanceolatis tridentatis: utrique fertiles. Sem. coronata tubulo scarioso, subedentulo.

LEYSERA paleacea. Tab. 173. fig. 9.

Leysera ericoides, foliis triquetris obtusis, floribus sessilibus. BERG. *cap.* 294.

Leysera foliis triquetris apice callosis recurvatis. LINN. *syst. veg.* 771.

A Cl. THUNBERGIO.

REC. planiusculum, angustum, paleaceum: paleis longitudine flosculorum, linearibus, angustissimis, deciduis.

SEM. uniformia, oblonga, deorsum attenuata, obsolete angulata, aut teretiuscula, glabra, spadicea.

Pappus monophyllus, tubulosus, scariosus, niveus, tertia seminis parte paulo brevior: apertura tubi, in seminibus radii, integerrima; in reliquis obsolete & obtuse quadridentata.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Flos integer. b.) Calyx diffectus, cum receptac. paleaceo. C.) Paleæ feparatæ. d. D) Flofc. radii ligulatus. E.) Ejus femen cum tubo pappi edentulo. f. F.) Flofc. difci tubulofus. G.) Ejus femen, cum pappi tubulo quadridentato.

Leyferas, receptaculo nudo & pappo compofito dotatas, ad antiquum *Afteropteri* genus Vaillantianum referimus.

MV. ANTHEMIS. LINN. *gen.* 970.

Calyx hemifphæricus, imbricatus fquamis lineari-oblongis, fubæqualibus, margine fubmembranaceis. Thal. paleaceus. Flofc. *difci* androgyni; *radii* feminei, ligulis oblongis, apice interdum emarginato tridentatis: utrique fertiles. Semina uniformia aut fubdifformia, coronata margine edentulo. Folia omnibus diffecta.

ANTHEMIS Cota. Tab. 169. fig. 4.

Chamæmelum annuum ramofum, cotulæ foetidæ floribus amplioribus. MORIS. *hift.* 3. *S.* 6. *t.* 8. *f.* 11. TILL. *pif. t.* 19. *f.* 2. bene.

Anthemis florum paleis rigidis pungentibus. LINN. *fyft. veg.* 776.

REC. leviffime convexum, paleaceum: paleis membranaceis, planis, oblongis, furfum latefcentibus, apice in ariftam longam pungentem definentibus.

SEM. uniformia, inverfe pyramidata, tetragona, glabra, pallida.

Pappus marginatus, membranaceus, erectus, brevis, edentulus.

INT. exterius fubcoriaceum, tenue.

EMB. albus.

*

a.) Calyx integer. b.) Recept. paleaceum. c. C.) Palea feparata. d.) Flofc. radii. e.) Flofc. difci. f. F.) Semen integrum. G.) Idem diffectum.

Anthemis *tinctoria.* LINN. BLAKW. *herb. t.* 439.

Semina difformia: *difci* inverfe pyramidata, tetragona, obfolete ftriata, coronata margine membranaceo integro crenulato. Sem. *radii* obovata, incurva, compreffe trigona, ad latera quafi in alas extenuata, coronata margine integro. Media eft inter Anthemidem & Buphthalmum, ut tamen ab hoc, feminum coronâ non incifâ & foliis diffectis, facile diftinguatur.

Anthemis itaque eft *Anacyclus* radio larvatus.

MVI. BUPHTHALMUM. LINN. *gen.* 977.

Calyx imbricatus squamis herbaceis, nunc æqualibus & floris radio brevioribus; nunc vero exterioribus longioribus atque radium superantibus. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulati: utrique fertiles. Sem. difformia, aut subuniformia, coronata margine inciso, aut subphyllode. Folia indivisa.

BUPHTHALMUM salicifolium. Tab. 169. fig. 5.

Conyza major altera. THAL. *harc. 21. t. 2.*

Buphthalmum foliis alternis lanceolatis subserratis villosis, calycibus nudis, caule herbaceo. LINN. *syst. veg. 780.*

Icon. JACQ. *austr. t. 370.*

REC. levissime convexum, paleaceum: paleis longitudine calycis, carinatis, sursum latescentibus, truncatis, denticulatis & ex carina in aristam brevem flexilem desinentibus.

SEM. difformia: *disci* minora, oblonga, angusta, tri-l. tetragona, compressiuscula, recta; *radii* majora, incurva, triquetra, ad latera fere in alam extenuata: utraque apice truncata atque margine dentato coronata.

INT. exterius coriaceum, durum, pallide stramineum.

EMB. semini conformis, livescens.

*

a.) Calyx integer. b.) Recept. paleaceum. c. C.) Palea separata. d. D. F.) Semen radii integrum & dissectum. e. E. G.) Semen disci integrum & dissectum.

Margo seminum disci interdum adeo profunde incisus est, ut ex pluribus foliolis paleaceo-setaceis compositus esse videatur.

BUPHTHALMUM aquaticum. ibid.

Aster odoratus annuus creticus. ZANON. *hist. t. 24.*

Buphthalmum calycibus obtuse foliosis sessilibus axillaribus, foliis alternis oblongis obtusis, caule herbaceo. LINN. *l. c.*

Calyx (a.) basi foliosus. Paleæ (b. B.) obovatæ, membranaceæ, pellucidæ. Semina compressa, spadicea, setis albicantibus hispida, subuniformia: *disci* (c. C.) minora, ovata, deorsum acuminata; *radii* (d. D.) paulo majora, cuneiformi-triangula, ad latera valde compressa & quasi in alam extenuata: utraque coronata *Pappo* polyphyllo: foliolis membranaceis, acuminatis, ciliato dentatis, dimidio semine brevioribus. Integ. simplex, membranaceum. Embryo gramineo-viridis.

Si in omnibus *Asteriscis* T. seminum pappus non sit marginatus, sed phyllodes, poterunt omnino, quin debebunt, a Buphthalmis segregari.

In

In Buphthalmo *helianthoide* L. seminum coronam omnem negat HALL. *h. goett.* 388.

WEDELIA. JACQ. *hist. p.* 217. JUSS. *p.* 189.

Calyx tetraphyllus magnus laxus. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis obcordatis semibilobis: utrique fertiles. Sem. coronata pappo monophyllo campanulato decemdentato.

Wedelia *frutescens.* JACQ. *hist. amer.* 217. *t.* 130.

Polymnia foliis lanceolatis, caule fruticoso. LINN. *syst. veg.* 799.

Receptaculum planiusculum, paleaceum: paleis numero & longitudine flosculorum, concavis, obtusis: interioribus apice coloratis. Semina uniformia, obovata, coronata calyculo campanulato, circiter decemdentato. *Jacq. l. c.*

β. Flosculis androgynis solis fertilibus.

MVII. RUDBECKIA. LINN. *gen.* 980.

Calyx planiusculus, duplici l. triplici serie polyphyllus, per maturitatem reflexus. Rec. conicum, paleaceum. Flosc. *disci* androgyni, fertiles; *radii* feminei, ligulis oblongis pendulis, steriles. Sem. oblonga, margine brevi coronata.

RUDBECKIA laciniata. Tab. 172. fig. 1.

Chrysanthemum americanum perenne, foliis divisis, dilutius virentibus, majus. MORIS. *hist.* 3. *S.* 6. *t.* 6. *f.* 53. 54.

Rudbeckia foliis compositis laciniatis. LINN. *syst. veg.* 782.

REC. conicum, paleaceum: paleis oblongis, carinatis, interdum coloratis, deciduis.

SEM. *androgynis* columnaria aut inverse pyramidata, tetragona, tenuissime striata, e luteo-spadicea, coronata margine brevi, integerrimo, crenulato.

INT. exterius coriaceum, durum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx a parte inferiore spectatus. b.) Idem maturus deflexus, cum recept. paleis tecto. c. C.) Semen integrum. D.) Idem dissectum, cum embryone.

Dantur species, ut R. *hirta*, in quarum seminibus maturis margo obsolescit vel & plane deficit.

γ. Flosc.

γ. Flosculis femineis solis fertilibus.

MVIII. MELAMPODIUM. Linn. gen. 989.

Calyx simplex, pentaphyllus, foliolis ovato-acuminatis patentibus. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, plurimi, steriles; *radii* feminei, subdeni, ligulis ovato-lanceolatis integerrimis, fertiles. Sem. obovata, coronata squama cartilaginea, obcordata, marginibus introrsum convolutis bisulca.

Melampodium americanum. Tab. 169. fig. 8.

Melampodium caule erecto, foliis sublinearibus utrinque unidentatis. Linn. *syst. veg.* 790.

Ex herbario Banksiano.

Rec. planum, paleaceum: paleis oblongis, obtusis, membranaceis; interioribus gradatim longioribus, ut floris discus appareat conicus.

Sem. *feminis* obovata, ab utroque latere compressa, fusca: dorso arcuato striato; ventre ad lineam sigmoideam curvato & in aciem attenuato; lateribus planis, tuberculato-scabris.

Pappus cotyloides, feminis vertici oblique insistens, pallide stramineus, formatus ex lamina per maturitatem subcartilaginea, monophylla, obcordata, ab inflexis marginibus intus bisulca, s. mediâ rimâ longitudinali in duo labra turgidula divisa, l. hysteromorpha.

Int. exterius coriaceum, durum.

Emb. obovatus, albicans.

*

a.) Flos integer, cum suo pedunculo filiformi scabro. b.) Calyx a parte inferiore spectatus. c.) Idem cum receptac. paleis tecto. d. D.) Flosc. disci steriles. e. E.) Flosc. feminei. f. F.) Semen maturum integrum. G.) Idem longitudinaliter dissectum, cum pappi margine ventrali inflexo, atque embryone in situ naturali.

MIX. CHRYSOGONUM. Linn. gen. 988.

Calyx simplex pentaphyllus, foliolis oblongis, acuminatis, radio subaequalibus, extus scabris intus nudis, patentibus. Thal. paleaceus: paleis difformibus; radialibus quinis majoribus. Flosc. *disci* androgyni, plurimi, steriles; *radii* feminei, quini, ligulis ovatis tridentatis, fertiles. Sem. obovata, coronata squamula turbinata, intus dehiscente, extus integerrima denticulata.

Chrysogonum virginianum. Tab. 174. fig. 8.

Chrysanthemum virginicum villosum, disco luteo, quinis petalis crenato. Plukn. *phyt.* t. 83. f. 4. t. 242. f. 3. utraque mala.

Chr-

Chryfogonum petiolis folio longioribus. LINN. *fyft. veg.* 790.

A Cl. SCHREBERO.

REC. planum, paleaceum, paleis difformibus: *difci* fimplicibus, lineari-oblongis, obtufis, concavis, extus pubefcentibus, ad fingulos flofculos fingulis; *radii* compofitis, ad fingulum flofculum quaternis, in thecam femini propriam coadunatis: *exteriore* maxima, obovata, hinc convexa, inde concava, dorfo feminis accumbente; tribus *interioribus* anguftis, lineari-oblongis, aperturam exterioris ita claudentibus, ut duæ, latera feminis obtegant, tertia autem medio ventri incumbat, atque ante fe, fterilis flofculi ovarium, fibi affixum, gerat.

SEM. *feminis* obovata, extus convexa, intus concava, atque fulcis duobus longitudinalibus obfoletis notata, pallide fpadicea.

Pappus membranaceus, monophyllus, turbinatus, dimidio femine brevior, introrfum dehifcens f. deliquefcens, dentibus fex l. paucioribus in fupremo margine incifus.

INT. fimpliciffimum, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx cum flofculis difci & tribus radii paleis in fitu naturali. b.) Idem cum receptac. folis paleis tecto. c. d. D.) Flofc. difci cum fua palea. e. f.) Flofc. radii, cum fua palea, ab utroque latere fpectatus. G.) Thecæ feminis paleaceæ latus exterius. H. I.) Ejusdem pars interior; & quidem α.) Palea major dorfalis; ββ.) duæ interiores laterales; γ.) palea ventralis media cum ovario fterili (δ.), bafi ejus adnato. K.) Semen a dorfo — & L.) Idem a ventre fpectatum.

C. Pappo phyllode aut paleaceo.

a. *Thalamo nudo.*

MX. TAGETES. TOURN. *t.* 278. LINN. *gen.* 964.

Calyx monophyllus, tubulofus, angulatus aut torofus, dentatus: dentibus numero angulorum refpondentibus. Thal. nudus glaber. Flofc. *difci* androgyni plures; *radii* feminei, pauci, liguli̇s late ovatis: utrique fertiles. Sem. oblonga. Pappus pentaphyllus rigidus inæqualis.

TAGETES major. Tab. 172. fig. 4.

Caryophyllus indicus. CAM. *epit.* 406. BESL. *Eyft. æft. XIV. t.* 2. *f.* 3.

Tagetes caule fimplici erecto, pedunculis nudis unifloris. LINN. *fyft. veg.* 770.

REC. planum aut fubconvexum, excavato-punctatum, nudum, glabrum.

SEM. lineari-oblonga, deorfum anguftiora, fubcompreffa, angulata, ftriata, glabra, atra, bafeos mucrone albicante.

Pappus

Pappus dimidio femine longior, pallide ftramineus, pentaphyllus: radiis paleaceo - rigidis, inæqualibus, linearibus, glabris, nitidis, acuminatis aut obtufis.

INT. exterius coriaceum, intra bafin fuam condens funiculum umbilicalem capillarem, tortuofum.

EMB. femine brevior, compreffus, albus.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diffectus cum receptaculo. c.) Semen integrum. D. E.) Idem transverfaliter & longitudinaliter diffectum.

MXI. HELENIA. LINN. *h. Cliff.* 418.

Calyx fimplex, multipartitus, laciniis oblongis acutis æqualibus. Thal. convexus nudus. Flofc. *difci* androgyni; *radii* feminei, ligulis oblongis extrorfum latefcentibus & apice trilobis: utrique fertiles. Sem. villofa, pappo pentaphyllo paleaco.

HELENIA autumnalis. Tab. 169. fig. 7.

After floridanus aureus, caule alato. PLUK. *phyt. t.* 372. *f.* 4.

Helenium foliis ferratis. LINN. *fyft. veg.* 769.

REC. convexum aut depreffe conicum, tuberculis obfoletis fcabratum, nunc penitus nudum, nunc vero in ambitu foliolis calycinorum æmulis luxurians.

SEM. ovata, obefa, fulcata, hirfuta. (*Hall. h. goett.* 407.)

Pappus pentaphyllus, foliolis membranaceo - paleaceis, denticulatis, fetaceo - acuminatis, dimidio femine paulo longioribus.

INT. . . . . EMB. . . . .

*

a.) Calyx ab inferiore parte fpectatus. b.) Receptac. denudatum, absque paleis marginalibus, quæ in meo fpecimine plane defunt. c.) Flofc. difci. e.) Flofc. radii. C.) Ovarium androgynum. D.) Ovarium femineum: hoc priori paulo minus, cetera vero fimillimum.

b. *Thalamo alveolato.*

MXII. ARCTOTIS. LINN. *gen.* 991.

Calyx hemifphæricus, imbricatus fquamis inæqualibus: interioribus apice fcariofis. Thal. alveolatus, villofus. Flofc. *difci* androgyni, fteriles aut fertiles; *radii* feminei aut neutri, ligulis lanceolatis tridentatis, perinde fteriles aut fertiles. Semina plerisque pfeudo - trilocularia. Pappus paleaceus, fimplex, tetra — octophyllus.

ARCTOTIS undulata. Tab. 172. fig. 5.

Arc-

Anemonospermos afra, folio jacobeæ tenuiter laciniato, flore aurantio pulcherrimo. BOERH. *lugdb. 1. p. 100. t. 100.*

Arctotis undulata. BERG. *cap. 315.* — *aspera β.* LINN. *sp. pl. 1307.*

REC. planum, alveolatum, alveolorum marginibus pilosis, pilis longitudine seminum; unde thalamus oblique inspectus, quasi totus villosus.

SEM. uniformia, densa lanugine alba vestita, inverse conica, gibba, duabus alis in dorsum reflexis atque ita se mutuo contingentibus stipata, ut semen transverse sectum, tria exhibeat loculamenta, quorum duo dorsalia vacua, tertium autem ventrale nucleo fœtum.

INT. *exterius* subcrustaceum, durum, e castaneo-nigricans, pseudo-triloculare; *interius* membranaceum, tenuissimum, embryonem involvens.

EMB. obovatus, compressus, albicans.

*

a.) Calyx integer. b. c. d.) Ejus squamæ extimæ, mediæ & intimæ. E.) Thal. alveoli portio insigniter aucta. f.) Flosc. femineus. g.) Flosc. androgynus. h.) Semen lana obvolutum. i. I.) Idem excussa lana denudatum. K.) Pappus explicatus. L.) Seminis sectio transversalis. M.) Embryo denudatus.

ARCTOTIS sulphurea? ibid.

an *Arctotis hypochondriaca.* LINN. *syst. veg. 791?*

Semen lanatum, inverse pyramidatum (n. N. O.), obsolete tetragonum, fuscum. Alæ dorsi (P.) coriaceæ, pallidæ, cartilagineo-denticulatæ, recurvatæ, sed se mutuo non contingentes: unde loculamenta spuria incompleta, & dorsi sulcus medius denudatus. Pappi paleæ quatuor majores ovato-acuminatæ, erectæ; intermediæ quatuor caducæ.

In omnibus genuinis Arctotidis speciebus, quas ex ditissimo herbario Banksiano examini subjicere mihi licuit, semina aut ovaria constanter reperi pseudo-trilocularia, excepta sola A. *tristi.*

Arctotides thalamo paleaceo & pappo composito dotatas, ad *Ursiniam* referimus.

MXIII. APULEJA. Agriphyllum. JUSS. *p.* 190.

Calyx squarrosus, imbricatus squamis foliaceis trium l. plurium ordinum, inferne coalitis, superne patentibus, dentato-spinosis. Thal. profunde alveolatus, setaceus. Flosc. *disci* androgyni, fertiles; *radii* neutri, ligulis longissimis tridentatis. Pappus paleaceus, polyphyllus.

APULEJA rigida. Tab. 171. fig. 1.

Gorteria rigida. BANKS. *hort. sicc.*

REC. planum, alveolatum: alveolorum marginibus setaceo laceris, semine longioribus.

SEM.

SEM. *androgynis* inverse pyramidata, tetragona, glabra, spadicea.

Pappus paleaceus, polyphyllus: radiis duplici serie positis, æqualibus, linearibus, obtusis, pallidis, semine brevioribus.

INT. coriaceum, tenue.

EMB. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem dissectus cum receptaculo. C.) Alveolus longitudinaliter dissectus. d.) Flosc. ligulatus neuter. e.) Flosc. androgynus. f. F.) Semen separatum. G.) Idem transverse dissectum.

Apuleja *fruticosa.*

Carthamus africanus frutescens, folio ilicis spinoso, flore aureo. WALTH. *hort. 13. t. 7.*

Gorteria fruticosa. BERG. *cap. 302.* LINN. *sp. pl. 1284.*

Attractylis oppositifolia. LINN. *syst. veg. 730.*

Calyx multo laxior, nec squamis adeo numerosis imbricatus, ut in præcedenti; præterea quoque folia & squamæ subtus albo tomentosa, nec nuda ut illius. Thalamus & flosculi omnino prioris. Ovaria oblonga, sursum latiora, undique rufescentibus setis hispida. Pappus paleaceus, radiis pluribus, linearibus, acuminatis, brevibus.

Apuleja? *asteroides.*

Gorteria asteroides. LINN. *suppl. 381.*

Paleæ laciniis linearibus. Semina villosa, coronata corona stellari: foliolis multis. LINN. *l. c.*

c. *Thalamo paleaceo.*

a. Flosculis omnibus fertilibus.

MXIV. ECLOPES. BANKS.

Calyx ovato-oblongus, imbricatus squamis cartilagineis appressis, apice appendiculatis scariosis. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis ovato-lanceolatis integerrimis: utrique fertiles. Pappus foliolis quinis aut paucioribus, brevibus.

ECLOPES viscida. Tab. 169. fig. 2.

Ex herbario Banksiano.

REC. angustum, paleaceum: paleis lineari oblongis, acutis, calyce paulo brevioribus.

SEM.

SEM. uniformia, oblonga, angusta, compressa, subillosa, ferruginea.

Pappus pentaphyllus, foliolis paleaceis, acuminatis, semine dimidio brevioribus.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. semini conformis, albicans.

*

a. a.) Ramulus cum corymbo deflorato. A.) Calyx integer. B.) Idem dissectus cum paleis receptae. C.) Calycis squamulae, naturalibus majores, separatae. d. D.) Flosc. femineus. e E.) Flosc. androgynus. F.) Semen.

Eclopes *buxifolia.* Ex eodem herbario, habet pappum tri – l. tetraphyllum, brevissimum.

Genus Athanasiae affine, ut nihil sit aliud quam *Athanasia* radio larvata.

MXV. ECLIPTA. LINN. *gen.* 1321.

Calyx polyphyllus, foliolis ovatis, acuminatis, duplici serie positis: interioribus paulo minoribus. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, quadrifidi; *radii* feminei, numerosi, ligulis lineari angustis: utrique fertiles. Pappus pauciphyllus, brevis, marcescens.

ECLIPTA erecta. Tab. 169. fig. 6.

Eupatoriophalacrum balsaminae feminae folio, flore albo discoide. DILL. *elth. t. 113. f. 137.*

Verbesina alba. LINN. *sp. pl. 1272. Cotula alba.* LINN. *syst. XIII. p. 564. Eclipta erecta.* LINN. *syst. veg. XIV. p. 778.*

REC. planiusculum, paleaceum: paleis inferne setaceis, superne clavato-incrassatis denticulatis, longitudine flosculorum.

SEM. uniformia, elliptica, lenticulari- aut trigono-compressa, punctis elevatis scabrata, e luteo-rufescentia.

Pappus brevissimus, 2. 3. l. 4phyllus: foliolis membranaceis, lineari-acuminatis, marcescentibus & per maturitatem saepe obsolescentibus.

INT. exterius coriaceum, aut subcrustaceum, durum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem explicatus, cum receptac. paleaceo. C.) Calycis foliolum exterius — & D.) interius. E.) Palea separata. F.) Flosc. femineus. G.) Flosc. androgynus. h. H.) Semen integrum. I.) Idem dissectum.

ECLIPTA prostrata. ibid.

Eupatoriophalacrum menthae arvensis folio. DILL. *elth. t. 113. f. 138.*

Eclipta caule prostrato, foliis subundulatis subpetiolatis. LINN. *l. c.*

Calyx (a.) priori similis, foliolis tamen omnibus æqualibus. Paleæ (B.) simpliciter setaceæ, dissitæ, a receptaculo non solubiles. Corollulæ omnes luteæ, nec ligulæ albæ, ut in priori. Semina (c. C. D.) uniformia, obovata, tri-l. tetragono-compressa, rugosa aut tuberculata, fusca. Pappus quadriphyllus, brevissimus, marcescens. Embryo (F.) albicans.

β. Flosculis androgynis solis fertilibus.

MXVI. OSMITES. LINN. *gen.* 983.

Calyx imbricatus, foliolis scariosis aut herbaceis. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, fertiles; *radii* neutri aut feminei, ligulis lanceolatis integerrimis, steriles. Pappus paleaceus polyphyllus brevis, aut margo edentulus.

OSMITES camphorina. Tab. 174. fig. 3.

Bellis camphorifera africana aquatica, flore albo. SEB. *thesaur. 1. p. 143. t. 90. f. 2.*

Osmites foliis lanceolatis subserratis basi dentatis. LINN. *syst. veg. 783.*

A Cl. THUNBERGIO.

REC. subconvexum, paleaceum: paleis lineari-oblongis, concavis, calyce paulo brevioribus, s. longitudine flosculorum disci.

SEM. *androgynis* parva, ovata, utrinque in marginem obsoletum attenuata: hinc convexiuscula, obiter sulcata aut striata, inde plana; pallida.

Pappus paleaceus, polyphyllus: foliolis dimidio semine brevioribus, acuminatis, integerrimis aut denticulatis.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Flos maturus integer. b.) Calyx dissectus, cum receptaculo. c.) Palea separata. d.) Flosc. radii neuter. e.) Flosc. disci fertilis. E.) Semen magnitudine auctum. F.) Pappus grandefactus. G.) Sem. dissectum.

OSMITES Asteriscoides. ibid.

Leucanthemum fruticosum camphoratum, foliis crassis angustis acutis. BURM. *afr. 161. t. 58. f. 1.*

Osmites foliis lanceolatis punctatis, caulibus foliosis. LINN. *l. c.* BERG. *cap. 315.*

A Cl. THUNBERGIO.

Calyx (a.) hemisphæricus, duplici serie polyphyllus, foliolis herbaceis, acuminatis, subæqualibus, extus pubescentibus. Thal. planiusculus, paleaceus: paleis (c.) longitudine flosculorum disci. Flosc. radii (b.) neutri, ligulis ovato lanceolatis, integerrimis, luteis. Flosc. disci (c. C. D.) androgyni, tubu-

tubulosi, fertiles, corollulis per maturitatem basi fornicatis in calyptram hemisphaericam (D.), incrassato spongiosam, verticem seminis obtegentem. Semina androgynis oblonga (C. D.), hinc convexiuscula, sulcata, inde plana, e castaneo fusca. Pappus nullus, sed ejus loco margo subundulatus, integerrimus, a calyptra corollulæ tectus, cingens papillulam albicantem brevem in ipso seminis vertice positam.

Multis numeris hæc posterior Osmitis species a priori differt, ut proprium ex ea confici posset genus.

MXVII. HELIANTHUS. Linn. *gen.* 979.

Calyx hemisphaerico patentior, squarrosus, imbricatus squamis herbaceis apice reflexo-patulis. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, fertiles; *radii* neutri, ligulis ovato-oblongis maximis. Pappus diphyllus, caducus.

Helianthus multiflorus. Tab. 172. fig. 2.

Corona solis minor femina. Tabern. *ic.* 764.

Chrysanthemum americanum majus perenne, floris solis foliis & floribus. Pluk. *phyt. t.* 159. *f.* 2.

Helianthus foliis inferioribus cordatis trinervatis: superioribus ovatis. Linn. *syst. veg.* 781.

Rec. planum aut modice convexum, amplum, paleaceum: paleis linearibus, acuminatis, flore brevioribus.

Sem. *androgynis* subnucamentacea, longius aut rotundius ovata, lenticulari-compressa, striata, glabra, alba, nigra, fusca, aut variegata.

Pappus diphyllus, foliolis lineari-acuminatis, membranaceis, dimidio semine paulo longioribus, deciduis.

Int. exterius crustaceum s. nucamentaceum, crassum.

Emb. semini conformis, albus.

*

α.) Calyx integer, naturali plus quam dimidio minor. β.) Recept. paleaceum. c.) Flosc. androgynus. d.) Flosc. neuter. e. f. h.) Semina variæ formæ. g.) Semen dissectum.

γ. Flosculis femineis solis fertilibus.

MXVIII. BALTIMORA. Linn. *gen.* 1323.

Calyx subcylindricus, duplici serie polyphyllus: foliolis interioribus paulo brevioribus. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, subdeni, quinquefidi: dentibus externe hirsutis: antheris atris; steriles; *radii* feminei, quini, ligulis ovatis tridentatis, fertiles. Pappus polyphyllus, brevissimus, marcescens.

Baltimora recta. Tab. 169. fig. 9.

Scabiosa conyzoides americana latifolia. Moris. *hist. 3. p. 47. S. 6. t. 13. f. 16.*
Baltimora. Linn. *syst. veg. 789.* non synonymon.
A Cl. *Dav. v.* Royen.

Rec. angustum, paleaceum, paleis membranaceis, lineari-oblongis, calyce brevioribus.

Sem. *seminis* inverse pyramidata, triquetra, glabra, fusca.
Pappus brevissimus, polyphyllus: foliolis membranaceis, lineari-acuminatis, marcescentibus, inæqualibus: tribus aut quatuor reliquis longioribus.

Int. exterius coriaceum, durum.

Emb. semini conformis.

a. a.) Pars extima rami floridi. A.) Calyx integer. B.) Receptac. paleaceum. C.) Flosc. radii. D.) Flosc. disci. E.) Pappus insiguiter auctus. f. F.) Semen integrum. g. G.) Ovarium abortivum flosculi androgyni.

Caulis quadrangulus, angulis rotundatis scabris, lateribus profunde & angusto sulco exaratis. Folia petiolata, scabra, trinervia, non decurrentia. Flores aggregati, terminales atque axillares, pedunculis glabris simplicissimis, inæqualibus: serioribus brevioribus. Corollulæ omnes sulphureæ, s. pallide luteæ. Figura Morisoni l. c. inflorescendi modum bene repræsentat, reliqua autem non perinde congruunt. At Pluknetiana icon, a Linnæo excitata, penitus diversa & certissime Phaëthusæ est.

MXIX. SILPHIUM. Linn. *gen.* 986.

Calyx imbricatus, squarrosus, squamis latis herbaceis. Thal. paleaceus: paleis feminarum minoribus, in dorso seminis persistentibus. Flosc. disci androgyni, steriles; *radii* feminei, ligulati, fertiles. Sem. ovata, convexo-concava, setaceo-pedicellata. Pappus diphillus, brevissimus, aut nullus.

Silphium Tetragonotheca. Tab. 171. fig. 2.

Tetragonotheca doronici maximi folio. Dill. *elth. 378. t. 365.*
Polymnia foliis oppositis spatulatis subdentatis. Linn. *syst. veg. 790.*
Ex hort. botan. Stuttgard.

Rec. planiusculum, paleaceum: paleis *disci* lineari-oblongis, concavis, calyce æqualibus, deciduis; *radii* linearibus, obtusis, planis, setaceo pedicellatis, semine brevioribus & in ejus dorso persistentibus.

Sem. duplici serie in radio posita, pedicellis palearum setaceis insistentia, ovata: hinc convexa, tribus striis elevatis longitudinalibus notata, inde plana aut con-

concava, glabra; ad latera in anguftum marginem membranaceum extenuata, & in apice leviffime emarginata, fpadicea, ferruginea, aut nigricantia.

Pappus diphyllus, breviffimus, foliolis fubulatis, perfiftentibus.

Int. exterius coriaceum, tenue.

Emb. obovatus, albicans.

*

a.) Calyx maturus claufus. b.) Idem explicatus & receptac. denudatum. c.) Receptaculi feparati fectio verticalis, cum fitu palearum difci. d.) Seminis pars dorfalis, cum palea fua perfiftente. e.) Ejusdem latus ventrale. f.) Sectio feminis transverfalis. g. h.) Embryo denudatus.

Forma calycis per culturam mutati, in characterem Tetragonothecæ Linn. gen. 976. haud quidem rite quadrat; fed reliquarum partium & inprimis foliorum ftructura atque figura, hanc omnino Polymn. *Tetragonothecam* Linn. effe docuerunt.

Silphium terebinthinaceum. ibid.

Silphium foliis alternis ovatis ferratis fcabris: radicalibus cordatis. Linn. *fyft. veg. 789.*

Icon. Jacq. *hort. t. 43.*

Calyx (a.) bafi ventricofus, fuperne fquarrofus. Receptac. (b.) paleaceum. Paleæ difci (c. C.) longitudine fere flofculorum fterilium; paleæ radii (d. e.) ovato-oblongæ, planæ, femine paulo breviores, ejusdemque bafi affixæ. Semina (d. e. f.) ovato-rotundata, plano-convexa, valde compreffa, bafi fetaceo pedicellata, apice fimpliciter emarginata, absque pappo confpicuo.

Genera Pappo paleaceo difformi aut compofito dotata, quære infra.

D. Pappo capillari aut fetaceo.

a. *Thalamo nudo.*

α. Flofculis omnibus fertilibus.

MXX. JACOBÆA. Tourn. *t. 276.*

Calyx fimplici ferie polyphyllus æqualis, bafi fquamulis parvis appreffis auctus, per maturitatem reflexus, foliolorum apicibus fphacelatis. Thal. excavato-punctatus glaber. Flofc. *difci* androgyni; *radii* feminei ligulati: utrique fertiles. Pappus capillaris. Folia diffecta.

Jacobæa vulgaris. Tab. 170. fig. 1.

Herba St. Jacobi. Fuchs. *hift. lat. 742. germ. ic. 425.*

Senecio corollis radiantibus, foliis pinnato lyratis: laciniis lacinulatis, caule erecto. Linn. *fyft. veg. 758.*

Rec.

Rec. *floridum* planum, scrobiculatum, nudum, glabrum: *frugiferum* pulvinatum, mammillatum & inter mammillas lineis elevatis areolatum.

Sem. uniformia, parva, teretiuscula aut obsolete pentagona, striata, villis raris adspersa, spadicea.

Pappus capillaris, sericeo albicans, remote denticulatus, semine duplo longior.

Int. simplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx erectus & demum reflexus. B.) Receptaculi floridi portio aucta. C.) Recept. frugiferum pulvinatum. d. D.) Semen integrum. E.) Idem dissectum. F.) Embryo separatus.

Jacobæa itaque est *Senecio* radio larvatus.

MXXI. CINERARIA. Linn. *gen.* 957.

Calyx simplici aut subduplici serie polyphyllus æqualis, basi nudus aut squamis paucis brevissimis calyculatus: foliolis sphacelatis nullis. Thal. scrobiculatus nudus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei ligulati: utrique fertiles. Pappus capillaris. Folia indivisa.

Cineraria palustris. Tab. 170. fig. 2.

Solidago foliis inferioribus lanceolatis, sinuato-serratis. Gmel. *sibir.* 2. *t.* 72.

Cineraria floribus corymbosis, foliis lyrato-lanceolatis dentato-sinuatis, caule villoso. Linn. *syst. veg.* 765.

Icon. Oed. *flor. dan. t.* 573.

Rec. leviter convexum, dissite scrobiculatum, interstitiis fungosis puncticulatis nudis.

Sem. columnaria, profunde sulcata: sulcis acutis, alternis profundioribus.

Pappus capillaris, albus, mollis, vix denticulatus, semine quadruplo longior.

Int. exterius coriaceum, tenue, pallide stramineum.

Emb. albus.

*

a.) Calyx maturus integer. b. C.) Receptac. denudatum. d. D.) Semen integrum. E.) Idem dissectum.

Cineraria *Amelloides.* Linn. Berg. *cap.* 290.

Icon. Mill. *ic. t.* 76. *f.* 2.

Calyx hemisphæricus polyphyllus simplex: foliolis æqualibus, linearibus, per maturitatem horizontaliter patentibus. Thal. modice convexus, alveolatus.

latus, ſcabriuſculus. Semina elliptica, compreſſa, pallida, margine tumidulo albicante cincta. Pappus capillaris, minutiſſime denticulatus, albus, ſemine duplo longior.

Diſcrimen inter Jacobæam atque Cinerariam, genera utique ſibi viciniſſima, non tam in ſphacelatis calycum ſquamulis, quam in foliis integris aut pinnatifidis, ponimus: hinc C. *maritimam*, *canadenſem* & *capillaceam*. LINN. ad Jacobæam referimus. Generatim vero Cineraria eſt *Cacalia* radio larvata.

Cineraria *glauca* & *purpurata*. L. ob pappum plumoſum, proprii generis plantæ ſunt.

MXXII. TUSSILAGO. TOURN. *t.* 276. LINN. *gen.* 952.

Calyx ſimplici ſerie polyphyllus æqualis, per maturitatem baſi ventricoſe tumidus & demum totus reflexus. Recept. ſcrobiculatum glabrum. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, ligulis linearibus: utrique fertiles. Pappus ſeſſilis capillaris.

TUSSILAGO Farfara. Tab. 170. fig. 6.

Tuſſilago. CAM. *epit.* 590. 591. BLAKW. *herb. t.* 204. OED. *flor. dan. t.* 595.

Tuſſilago ſcapo unifloro imbricato, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. LINN. *ſyſt. veg.* 755.

REC. ante maturitatem planum aut leviter concavum, poſtea pulvinato globoſum, ſcrobiculatum, nudum, glabrum.

SEM. uniformia, oblonga, ſurſum leviter attenuata, teretiuſcula aut obſolete angulata, ſpadicea.

Pappus capillaris, ſeſſilis, ſubedentulus, ſemine duplo longior.

INT. exterius ſubcoriaceum, tenue.

EMB. ſubulatus aut cylindricus, albus.

*

a.) Calyx maturus, ventricoſe conicus. b.) Ejus ſectio verticalis, cum receptac. adhucdum plano. c.) Idem reflexus, cum receptac. demum pulvinato. d. D.) Floſc. radii ligulatus. e. E.) Floſc. diſci tubuloſus. f.) Semen ſeparatum. G. H.) Embryo denudatus.

Tuſſilago itaque eſt *Petaſites* radio larvatus. At ſub neutra plantæ forma, ego pappum unquam vidi ſtipitatum, ſicuti voluit Linnæus.

MXXIII. SOLIDAGO. LINN. *gen.* 955. Virga aurea. TOURN. *t.* 275.

Calyx imbricatus ſquamulis oblongis inæqualibus appreſſis. Thal. ſcrobiculatus, nudus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, quini aut paulo plures, ligulati: utrique fertiles. Pappus capillaris. Flores in pleriſque mediocris magnitudinis, quin parvuli, racematim creſcentes.

SOLIDAGO Virga aurea. Tab. 170. fig. 5.

Virga aurea. CAM. *epit.* 748. BLAKW. *herb. t.* 169. OED. *flor. dan. t.* 663.
Solidago caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. LINN. *ſyſt. veg.* 764.

REC. anguſtum, planum, nudum, ſcrobiculatum, a ſcrobiculorum marginibus denticulatis ſcabrum.

SEM. parva, oblonga, deorſum attenuata, teretia aut obſolete angulata, ſetulis minutiſſimis conſperſa, ſpadicea.

Pappus capillaris, remote denticulatus, ſemine ſeſquilongior.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx ſemine prægnans. b. B.) Idem per maturitatem patentiſſimus, cum receptaculo (B. C.) ſcrobiculato. d.) Floſc. radii. e.) Floſc. diſci. F. G.) Semen integrum & diſſectum. H.) Embryo ſolutus.

MXXIV. ERIGERON. LINN. *gen.* 951.

Calyx ſubcylindricus aut hemiſphæricus, imbricatus ſquamulis anguſtis apice patulis. Thal. ſcrobiculatus nudus. Floſc. *diſci* androgyni infundibuliformes; *radii* feminei, partim tubuloſi filiformes, & partim ligulati anguſti lineares: omnes fertiles. Pappus capillaris ſimplex.

ERIGERON acre. Tab. 170. fig. 3.

Amellus montanus æquicolorum. COL. *ecphr.* 2. *t.* 26.
Erigeron pedunculis alternis unifloris. LINN. *ſyſt. veg.* 754.

REC. ante plenam maturitatem planum, glabrum, excavato-punctatum; poſtea vero pulvinatum, ſcrobiculatum, nudum.

SEM. oblonga, prope baſin elongato-attenuata, lenticulari compreſſa, ſetulis minutiſſimis conſperſa, pallide ſpadicea.

Pappus capillaris, ſubedentulus, ſemine duplo longior, per ætatem ruffus.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. ſemini conformis.

*

a.) Calyx ſemine prægnans. b.) Idem diſſectus, cum receptac. plano. C.) Idem per maturitatem totus reflexus, cum thalamo pulvinato. d.) Floſc. diſci infundibuliformes. e.) Floſc. radii filiformis, & — f.) alius ligulatus. g. G. H.) Semen integrum & diſſectum. I.) Embryo denudatus.

Affinitatem quandam habet cum Chryſocome, ut Erigeron ſit *Chryſocoma* radio difformi larvata.

MXXV. ASTER. TOURN. *t.* 274. LINN. *gen.* 954.

Calyx imbricatus, subsquarrosus, squamulis, præsertim inferioribus, patulis. Recept. nudum, puncticulatum glabrum, aut scrobiculatum scabrum. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis lanceolatis, purpurascentibus aut albis: utrique fertiles. Pappus capillaris.

ASTER macrophyllus. Tab. 170. fig. 7.

Aster foliis serratis: radicalibus maximis cordatis trinervatis; caulinis ovatis sessilibus. LINN. *syst. veg.* 763.

REC. planiusculum, scrobiculatum, glabrum, nudum.

SEM. uniformia, oblonga, subfusiformia s. in medio crassiora, teretiuscula, glabra, pallida.

Pappus pilosus, minutissime denticulatus, semine duplo longior, rufescens.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. semini conformis.

*

a.) Calyx maturus. b.) Idem dissectus, cum receptaculo (b. C.) scrobiculato. d.) Flosc. radii. e.) Flosc. disci. F.) Semen magnitudine auctum.

In nonnullis speciebus receptaculum profundius scrobiculatum & a scrobiculorum marginibus denticulatis aut ciliatis scabratum est, ut in A. *novæ angliæ* & *novi belgii.*

Adde *Conyzæ* radium, & habebis Asterem aut Inulam.

MXXVI. INULA. LINN. *gen.* 956.

Omnia Asteris, nisi quod in Inula radii ligulæ numerosiores & constanter luteæ sint. In nonnullis speciebus antheræ basi bisetæ, nequaquam vero in omnibus, immo ne quidem in potiori earum numero.

INULA Helenium. Tab. 170. fig. 2.

Helenium. FUCHS. *hist. lat.* 242. *germ. ic.* 134. BLAKW. *herb. t.* 473. OED. *flor. dan. t.* 728.

Inula foliis amplexicaulibus ovatis rugosis subtus tomentosis, calycum squamis ovatis. LINN. *syst. veg.* 766.

REC. planum, amplum, glabrum, excavato-punctatum aut minutissime scrobiculatum: scrobiculis angulatis ad margines vix sensibiliter dentellatis.

SEM. columnaria, tetragona, obsolete striata, glabra, e cinnamomeo spadicea: umbilici margine cartilagineo, albo.

Pappus capillaris, subedentulus, albus, semine duplo longior.

INT. exterius coriaceum, tenue.
EMB. teretiuſculus, albus.

*

a.) Calyx integer, ſquamis intimis per maturitatem inſigniter elongatis rigidis & quaſi cartilagineis. B.) Receptac. pars inſigniter aucta. c. C. D.) Semen integrum & diſſectum. e. E. F.) Embryo membrana interiore tectus, & denudatus.

Aut Inula, ad mentem Tournefortii & Halleri, cum Aſtere conjungenda, aut diſcrimen, cum Vaillantio, in ſolo radii colore ponendum: linnæana enim nota characteriſtica nimis crebro fallax eſt.

b. *Thalamo villoſo* aut *paleaceo.*

α. Floſculis omnibus fertilibus.

MXXVII. PERDICIUM. LINN. *gen.* 960.

Calyx cylindraceus, ſimplici ſerie octophyllus, æqualis; baſi ſæpe foliolis duobus aut quatuor conſimilibus ſed paulo longioribus ſtipatus. Thal. breviſſime villoſus. Floſc. omnes androgyni, bilabiati, fertiles: *centrales* quaterni aut quini, tubuloſi, apice bifidi, labiis æqualibus, concavis, integerrimis, extus villoſis; *radiales* octoni, inæqualiter bilabiati: labio exteriore ovato-oblongo, 2. l. 3. dentato, radiante; labio interiore lineari, integerrimo, apice revoluto. Sem. uniformia. Pappus ſetaceus, denticulatus.

PERDICIUM lævigatum. Tab. 170. fig. 9.

Perdicium floribus ſubradiatis, caule ſuffruticoſo, foliis lanceolatis acutis integerrimis. BERG. *act. holm.* 1772. *p. m.* 228. *t.* 7.

Ex herbario Bankſiano.

REC. anguſtum, planum, denſe & breviſſime villoſum.

SEM. uniformia, oblonga, obſolete angulata, ſetulis minutiſſimis conſperſa, ſpadicea.

Pappus ſetaceus, creberrime denticulatus, ſemine duplo longior.

INT. ſimplex, membranaceum.

EMB. ſemini conformis.

*

a.) Flos integer. b.) Calyx dimidiatus, cum receptaculo. C.) Recept. ſeparatum & magnitudine auctum. d.) Floſc. radii. e.) Floſc. diſci. F. G.) Semen naturali multo majus.

Forma floſculorum, in aliis, alia eſt. Conf. LINN. *l. c.* & JUSS. *p.* 181.

MXXVIII. AR-

MXXVIII. ARNICA. Offic. Linn. *gen.* 958.

Calyx ſimplici aut ſubduplici ſerie polyphyllus æqualis. Thal. breviſſime villoſus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, filamentis quinque caſtratis, ligulis oblongis tridentatis: utrique fertiles. Semina uniformia. Pappus ſetaceus.

Arnica montana. Tab. 173. fig. 1.

Caltha alpina. Besl. *Eyſt. æſtiv. XIV. t. 8. f. 2.* Blakw. *herb. t. 595.* bona. Oed. *flor. dan. t. 63.* mal.

Arnica foliis ovatis integris: caulinis geminis oppoſitis. Linn. *ſyſt. veg. 768.*

Rec. planum, profunde ſcrobiculatum, ſcrobiculorum marginibus ſetaceo ciliatis, ut totus thalamus appareat villoſus.

Sem. uniformia, oblonga, compreſſiuſcula, ſetulis minimis adſperſa, nigricantia. *Pappus* diſci & radii uniformis, ſetaceus, pallide ſtramineus, denticulatus, ſemini æqualis aut paulo longior.

Int. exterius coriaceum, tenue.

Emb. albus.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem diſſectus, cum receptaculo. c.) Floſc. radii. d.) Floſc. diſci. e. E.) Semen ſeparatum.

Corollulæ radii utique habent filamenta quinque ſterilia, ſecus atque vult Cel. Jussiæus. Doronicum *Bellidiaſtrum* Linn. genuina eſt Arnicæ ſpecies, propter ſemina radii papposa, nec calva.

TRIDAX. Linn. *gen.* 972.

Calyx cylindraceus, imbricatus ſquamis ovato-oblongis erectis. Thal. paleaceus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, ligulis tripartitis: utrique fertiles. Sem. uniformia oblonga. Pappus piloſus, calyce paulo longior.

Tridax *procumbens.* Linn. *ſyſt. veg. 778.*

β. Floſculis androgynis ſolis fertilibus.

MXXIX. GAZANIA.

Calyx monophyllus, baſi ventricoſus, extus imbricatus ſquamis herbaceis acuminatis erectis. Thal. alveolato-villoſus. Floſc. *diſci* androgyni fertiles; *radii* feminei aut neutri, ligulis lanceolatis longiſſimis bidentatis, ſteriles. Sem. androgynis tetragona. Pappus capillaris, caducus.

Gazania rigens. Tab. 173. fig. 2.

Arctotis ramis decumbentibus, foliis lineari-lanceolatis rigidis, subtus argenteis, flore magno aureo, pedunculo longissimo. MILL. *ic. t. 49.*

Gorteria rigens. BERG. *cap. 304.* LINN. *syst. veg. 783.*

REC. planum, alveolatum, alveolorum marginibus brevissime pilosis, ut thalamus oblique inspectus totus villosus appareat.

SEM. .... Ovaria *androgynis* inverse pyramidata, tetragona, glabra, pappo coronata, fœcunda; *feminis* obovata, minutula, compressa, calva, sterilia.

Pappus capillaris, sericeo l. aureo-fulvus, crinibus omnium tenuissimis, numerosissimis, edentulis, basi in annulum conferruminatis, ut corona pappi integra de semine secedat.

INT. .... EMB. ....

*

a.) Calyx integer. b.) Idem dissectus, cum receptac. villoso. c.) Flosc. radii sterilis. d.) Flosc. disci fertilis. D.) Ovarium insigniter auctum.

Cum Gorteria, calyce monophyllo, & cum Arctotide, thalamo alveolato quodammodo congruit; differt autem ab utraque Pappo definito capillari & caduco.

ZOEGEA. LINN. *gen.* 1271.

Calyx *Cyani* ovatus imbricatus. Thal. setaceo-paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, tubulosi, fertiles; *radii* feminei, ligulis planis, subquinquedentatis, steriles. Sem. ovata. Pappus setaceus.

Zoegea *Leptaurea.* LINN. *syst. veg. 784.*

γ. Flosculis femineis solis fertilibus.

MXXX. OTHONNA. LINN. *gen.* 993.

Calyx simplex monophyllus, nunc apice tantum, & nunc ad basin usque in octo aut plura segmenta divisus. Recept. in medio villosiusculum, ad marginem vero foveis exsculptum. Flosc. *disci* androgyni steriles; *radii* feminei, subdeni, ligulati, fertiles. Pappus capillaris.

OTHONNA coronopifolia. Tab. 170. fig. 7.

Jacobæa africana frutescens, coronopi folio. COMM. *hort. 2. t. 70.*

Othonna foliis infimis lanceolatis integerrimis: superioribus sinuato-dentatis. LINN. *syst. veg. 794.*

REC. angustum, convexiusculum, in medio alveolatum: alveolorum marginibus brevissime setaceo ciliatis, unde thalamus villosus apparet; ad marginem vero sex l. octo foveolis amplis, feminarum ovaria recipientibus, exsculptum.

SEM.

Sem. *feminis* grandiuſcula, obovata, baſi ſubroſtellata, ſtriata, ſericeo-incana. *Pappus* copioſiſſimus, capillaris, ſericeo-albicans, ſemine triplo longior.

Int. ſimplex, membranaceum, tenue.

Emb. obeſus, luteus.

*

a. b.) Calyx immaturus integer & diſſectus. C. D.) Thalamus inſigniter auctus. c.) Floſc. diſci, cum ſuo ovario abortivo. f. F.) Semen integrum & diſſectum.

E. Pappo plumoſo.

a. *Thalamo nudo.*

MXXXI. SENECILLIS.

Calyx cylindraceus, ſimplici ſerie polyphyllus æqualis. Thal. nudus. Floſc. *diſci* androgyni; *radii* feminei, ſubduodeni, ligulis ovato-oblongis tridentatis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus plumoſus.

Senecillis glauca. Tab. 173. fig. 4.

Solidago floribus ſpicatis, foliis ſubcordatis glaberrimis glaucis oblonge ellipticis amplexicaulibus. Gmel. *ſibir. 2. p. 166. t. 74.* rudis.

Cineraria racemo ſimplici, foliis ſpatulato-cordatis integerrimis, caule ſimpliciſſimo. Linn. *ſyſt. veg. 764.*

Rec. ante plenam maturitatem planum, ſcrobiculatum, & a ſcrobiculorum marginibus dentatis ſcabrum; poſtea vero convexum & papillis minimis conſperſum.

Sem. uniformia, parva, ovato-turbinata, ſtriata, glabra, ſpadiceo-fuſca. *Pappus* dimidio ſemine brevior rigidiuſculus fragilis albicans: radiis numeroſis hiſpidis, quaſi aculeolato-plumoſis, baſi in orbiculum, ſeminis vertici impoſitum, connatis.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx floridus integer. b.) Idem diſſectus cum receptac. ſcabro. c.) Idem maturus reflexus, cum receptac. pulvinato. d.) Floſc. radii. e.) Floſc. diſci. f. f. F.) Semen ſeparatum. G.) Pappus inſigniter auctus.

Senecillis *purpurata.*

Cineraria caule ſubbifloro, foliis obovatis tomentoſis. Linn. *ſyſt. veg. 765.*

Calyx polyphyllus, foliolis lanceolatis ſubæqualibus, paucis brevioribus pubeſcentibus. Thalamus nudus. Pappus plumoſus. Linn. mant. 285.

Hæc

Hæc revidenda, cum pappi plumosi appellatio apud Linnæum sit admodum vaga & sæpissime erronea.

MUTISIA. LINN. *gen.* 1421.

Calyx cylindricus imbricatus. Thal. nudus. Flosc. *disci* androgyni trifidi; *radii* feminei, ligulis ovati-oblongis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus plumosus.

Mutisia *Clematis.* LINN. *suppl.* 373.

Flos magnitudine & figura majoris Dianthi caryophylli. Linn. l. c.

b. *Thalamo alveolato* aut *paleaceo.*

MXXXII. CUSPIDIA.

Calyx monophyllus, ventricosus, muricatus squamis aculeatis pungentibus: inferioribus brevioribus patulis; superioribus acicularibus erectis. Thal. alveolato-paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei ligulati: utrique fertiles? Sem. uniformia. Pappus plumosus.

CUSPIDIA araneosa. (*Aspidalis in Icon.*) Tab. 171. fig. 5.

Gorteria cernua, foliis oblongis amplexicaulibus dentato spinosis patentibus glabris, calycibus ciliato serratis, floribus cernuis. LINN. *syst. veg.* 784.

REC. planum, profunde alveolatum, alveolis paleaceis tenuissimis, albicantibus, apice ciliatis aut laceris, ventri calycis longitudine æqualibus.

SEM. . . . . Ovaria inverse pyramidata, angulata, glabra.
Pappus multiradiatus, eleganter plumosus, semine paulo brevior.

INT. . . . . EMB. . . . .

*

a.) Calyx integer a prona & supina parte spectatus. c.) Idem dissectus cum receptac. alveolato. d. D.) Semen immaturum separatum. E.) Pappi plumosi radius insigniter auctus.

Calyx maturus sponte deciduus, basi integerrimus & aculeis brevibus conicis, instar fructus Medicaginis, pulchre echinatus. Hujus loci forsan quoque G. *spinosa.*

MXXXIII. CIRSELLIUM.

Calyx imbricatus squamis inermibus aut spinosis. Thal. setaceo-paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei ligulati: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus plumosus.

CIRSELLIUM cancellatum. Tab. 163. fig. 2.

Carduus

Carduus parvus. Bauh. *hist.* 3. *p.* 93.

Eryngium parvum palmare, foliis serratis. Moris. *hist.* 3. *S.* 7. *t.* 36. *f.* 16.

Atractylis involucris cancellatis ventricosis linearibus dentatis, calycibus ovatis, floribus flosculosis. Linn. *syst. veg.* 729.

Rec. planum, paleaceum, paleis longitudine calycis, lineari-acuminatis, tenuibus, flexilibus, albis, basi inter se connatis.

Sem. inverse pyramidata l. obovata, lana rufescente, ipsis paulo longiore, vestita.

Pappus plumosus, semine duplo longior, per maturitatem deciduus, radiis numerosis, basi in annulum connatis, atque seminis lana obvallatis.

Int. simplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx involucro cancellato stipatus. b.) Idem denudatus. c.) Ejusdem sectio verticalis, cum receptac. paleaceo. D.) Semen integrum. E.) Idem pappo suo orbatum. F.) Pappus separatus, basi lana accessoria stipatus.

Hæc species sæpius radio caret, & memoriæ saltem causa prolata est.

Cirsellium *humile.*

Carlina minima caulodes hispanica. Barr. *ic.* 592.

Atractylis humilis. Linn. *l. c.*

Thalamus planiusculus paleaceus, paleis subconnatis laciniatis: laciniis setaceis, longitudine calycis, apice cæruleis. Semina oblonga, subcompressa, tomento sericeo, ipsis longiore, obvoluta. Pappus plumosus longus: pinnarum crinibus basi & apice copiosioribus. Loefl. *it. edit. germ. p.* 218.

Anne & huc spectant Atract. *gummifera, lancea, ovata;* nec non Carthamus *salicifolius?*

Cirsellium itaque est *Cirsium* radio larvatum.

F. Pappo aristato.

a. *Thalamo nudo.*

MXXXIV. PECTIS. Linn. *gen.* 965.

Calyx simplicissimus cylindricus pentaphyllus. Thal. nudus. Flosc. *disci* androgyni, subquaterni; *radii* feminei, subseni, ligulis integerrimis: utrique fertiles. Semina uniformia. Pappus aristis duabus aut tribus.

Pectis linifolia. Tab. 171. fig. 6.

Hiera-

Hieracium fruticosum, angustissimis gramineis foliis, capitulis parvis. SLOAN. *hist. jam.* 1. t. 149. f. 3.

Pectis foliis linearibus integerrimis utrinque lævibus. LINN. *syst. veg.* 771.

Ex herbario Banksiano.

REC. angustum, nudum, excavato-punctatum.

SEM. uniformia, linearia, sursum paulo crassiora, compressa, glabra, nigricantia. *Pappus* aristatus: radiis setaceis, glabris, in seminibus disci geminis, in S. radii ternis, patulis, subrufescentibus, tertia seminis parte brevioribus.

INT. exterius subcoriaceum, tenue.

EMB. albicans.

*

a. A.) Flos integer. B.) Receptac. punctatum. c. C.) Flosc. disci. d. D.) Flosc. radii. E.) Pappus biaristatus disci. F.) Idem triaristatus radii.

MXXXV. SYNEDRELLA.

Calyx duplex: *exterior* diphyllus, foliolis ovatis acutis oppositis æqualibus, in sinu suo utrinque singulum flosculum femineum ligulatum foventibus: *interior* simplici serie octophyllus æqualis. Thal. in calyce interiori nudus. Flosc. *disci* androgyni; *radii*, s. potius exteri, feminei, ligulis integris aut leviter emarginatis: utrique fertiles. Sem. difformia. Pappus biaristatus.

SYNEDRELLA nodiflora. Tab. 171. fig. 7.

Bidens nodiflora, folio tetrahit. DILL. *elth.* t. 45. f. 53.

Verbesina foliis oppositis ovatis serratis, calycibus oblongis sessilibus; caulinis lateralibus. LINN. *syst. veg.* 779.

REC. angustum, planum, intra calycem interiorem.

SEM. difformia: *exteriora* duo, majora, ovata, compresso-plana, glabra, e spadiceo-livida, margine membranaceo dentato albo cincta; *interiora* plura, cuneiformi-oblonga, compressa, punctis aut tuberculis obsoletis scabrata, margine destituta.

Pappus utrisque biaristatus: aristis, in seminibus externis, submembranaceis, flexilibus, innocuis; in seminibus interioribus autem subulatis, pungentibus, divergentibus, seminis longitudini subæqualibus.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. semini conformis, oblongus aut ovatus, albicans.

*

a.) Calyx uterque. b.) Calycis interioris pars dimidia, cum receptac. punctato. c. C. E.) Semina exteriora. d. D. F.) Semina intra calycem interiorem conclusa. G. H.) Em[illegible] utriusque seminum speciei.

Propter receptaculum manifeste nudum; radium biflorum exterum; atque semina liquide difformia, cum Verbesina apte sociari nequit.

b. *Thalamo paleaceo.*

MXXXVI. VERBESINA. Linn. *gen.* 975.

Calyx polyphyllus, foliolis a receptaculi paleis vix aut parum distinctis. Thal. convexus aut conicus, paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis latitudine disci brevioribus: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus bi-l. triaristatus.

Verbesina alata. Tab. 171. fig. 8.

Chrysanthemum curassavicum, alato caule. Herm. *parad. t.* 125.

Verbesina foliis alternis decurrentibus undulatis obtusis. Linn. *syst. veg.* 779.

Rec. oblongum, fere subulatum, undique tectum paleis oblongis concavis extus pubescentibus.

Sem. uniformia, obovata, compresso-plana, fusca, margine pallido membranaceo cincta.

Pappus biaristatus: aristis setaceis, altera paulo longiore incurvata; altera breviore recta.

Int. membranaceum, tenue.

Emb. albicans.

a.) Calyx maturus. b.) Receptac. paleis tectum. c. C.) Paleae separatae. e. E.) Flosc. radii. f. F.) Flosc. disci. d. D.) Semen separatum.

Verbesina igitur est *Spilanthus* radio larvatus.

MXXXVII. COREOPSIS. Linn. *gen.* 981.

Calyx polyphyllus, foliolis a receptaculi paleis vix aut parum distinctis. Thal. planiusculus aut leviter convexus, paleaceus. Flosc. *disci* androgyni, fertiles; *radii* feminei aut neutri, ligulis disco transverso aequalibus aut longioribus, steriles. Pappus bi-l. triaristatus: aristis glabris aut retrorsum scabris.

Coreopsis alternifolia. Tab. 171. fig. 9.

Chrysanthemum virginianum, caule alato, ramosius, flore minore. Pluk. *phyt. t.* 159. *f.* 3.

Coreopsis foliis lanceolatis serratis alternis petiolatis decurrentibus. Linn. *syst. veg.* 783.

Icon. Jacq. *hort. t.* 110.

REC. planiusculum, paleaceum: paleis lineari lanceolatis, angustioribus quam calycina foliola, cetera vero eis similibus.

SEM. *androgynis* obovata, compressa, stria media elevata longitudinali notata, margine angusto membranaceo integerrimo cincta, dilute castanea.

Pappus biaristatus: aristis subulatis, æqualibus, divergentibus, glabris, dimidio semine brevioribus.

INT. subcoriaceum, tenue.

EMB. albicans.

*

a.) Calyx maturus. b.) Receptac. paleis tectum. c.) Flosc. disci fertilis. d.) Flosc. radii sterilis. e. E.) Semen separatum.

Coreopsis itaque est *Bidens* radio larvata.

G. Pappo difformi aut composito.

a. *Radii nullo.*

MXXXVIII. DORONICUM. TOURN. *t.* 277. LINN. *gen.* 959.

Calyx simplici aut duplici serie polyphyllus æqualis. Thal. convexus, brevissime villosus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis ovato oblongis tridentatis: utrique fertiles. Sem. radii calva; disci papposa.

DORONICUM pardalianches. Tab. 173. fig. 5.

Doronicum latifolium. CLUS. *hist.* 2. *p.* 16. BLAKW. *herb. t.* 239. MILL. *ic. t.* 128.

Doronicum foliis cordatis obtusis denticulatis: radicalibus petiolatis; caulinis amplexicaulibus. LINN. *syst. veg.* 768.

Icon. JACQ. *austr. v.* 4. *t.* 350. & *v.* 2. *t.* 130.

REC. depresse conicum, alveolatum, ab alveolorum marginibus denticulatis aut ciliatis brevissime villosum.

SEM. difformia: *radii* majora, subturbinata, decemsulcata, glabra, atra, calva: *disci* minora, obovata, octosulcata, hirsutula, fusca, basi annulo umbilicali cartilagineo albo terminata, apice pappigera.

Pappus difformis: *radii* nullus; *disci* setaceus, minutissime denticulatus, rigidiusculus, albicans, semine sesquilongior.

INT. exterius crustaceum aut coriaceum, durum.

EMB. semini conformis, albicans.

*

a.) Calyx expansus cum receptaculo. B.) Recept. insigniter auctum. c.) Flosc. radii. f. F. G.) Ejus semen integrum & dissectum. h.) Flosc. disci. i. I. K.) Ejus semen papposum, integrum & dissectum.

MXXXIX. ZIN-

MXXXIX. ZINNIA. LINN. *gen.* 974.

Calyx turbinatus, imbricatus squamis inæqualibus rotundatis rigidis appressis. Thal. conicus, paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis obovatis persistentibus: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus radii nullus; disci aristatus.

ZINNIA lutea. Tab. 172. fig. 3.

Rudbeckia foliis oppositis. ZINN. *h. goett. t.* 1.

Bidens calyce oblongo, seminibus radii corolla non decidua coronatis. MILL. *ic. t.* 64.

Zinnia pauciflora, floribus sessilibus. LINN. *syst. veg.* 771.

REC. ovato-conicum, inferne squamis calycinis, superne autem paleis tectum, intus cavum. Paleæ oblongæ, carinatæ, semine longiores.

SEM. uniformia, oblonga, trigono-aut rhombeo-compressa, striata, pallida. *Pappus* difformis: *radii* nullus, sed ejus loco emarcida corolla feminea persistens; *disci* aristatus: aristis subulatis, spinosis, rectis, inæqualibus, solitariis geminis aut rarissime ternis.

INT. exterius coriaceum, tenue.

EMB. oblongus, saturate viridis aut e castaneo fuscus. *Cotyl.* ovato oblongæ, extus tenuissime striatæ. *Rad.* teretiuscula, brevis.

*

a.) Flos maturus integer. b.) Receptac. longitudinaliter dissectum. c.) Semen radii, corolla persistente coronatum. d. e.) Semina disci. α. β. f.) Eadem transversaliter & longitudinaliter dissecta. g.) Embryo separatus.

b. *P. radii atque disci.*

α.) *utroque simplici.*

MXL. AMELLUS. LINN. *gen.* 978.

Calyx subhemisphæricus, imbricatus squamis linearibus appressis. Thal. paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis oblongis cæruleis apice vix sensibiliter 2. l. 3. dentatis: utrique fertiles. Sem. difformia. Pappus omnis simplex: radii paleaceus; disci setaceus.

AMELLUS lychnitis. Tab. 173. fig. 3.

Buphthalmum XI. LINN. *h. Cliff.* 415. *Verbesina asteroides.* LINN. *sp. pl. I. p.* 902.

Amellus foliis oppositis lanceolatis obtusis tomentosis, pedunculis unifloris. BERG. *cap.* 298. LINN. *syst. veg.* 778.

REC. levissime convexum, paleaceum: paleis membranaceis, linearibus, setaceo-acuminatis, calyce longioribus.

SEM. difformia: *radii* breviora, latiora, ovata, compresso-plana, ad marginem ciliata; *disci* longiora, angustiora, oblonge elliptica, rhombeo-compressa, ad marginem glabra.

Pappus difformis: *radii* paleaceus, 4 — 6phyllus, foliolis acuminatis, tertia seminis parte brevioribus; *disci* setaceus, rigidiusculus, dentato-ciliatus, radiis quinque, semine longioribus.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. semini conformis.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem dissectus cum receptac. paleaceo. c. c. C.) Flosculus & semen radii. d. D.) Flosculus & semen disci.

Interdum unicus radius setaceus longior pappo seminum radii paleaceo admiscetur.

BARNADESIA. LINN. *gen.* 1419.

Calyx subventricosus imbricatus pungens. Thal. planiusculus villosus. Flosc. *disci* androgyni, terni l. quaterni; *radii* feminei (androgyni *Juss.*), ligulis lanceolatis, apice fissis, extus hirsutissimis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus *disci* setaceus, retrofractus (spiralis *Juss.*), denticulato-ciliatus; *radii* plumosus.

Barnadesia *spinosa*. LINN. *suppl.* 348.

Semina ovata, pilosa, pilis reversis. Pappus disci setaceus, radiis rigidis, retrofractis, denticulato-ciliatis. Pappus radii longus, erectus, patulus, multiradiatus, plumosus, mollis. LINN. *l. c.* 56.

β.) *alterutro composito.*

MXLI. ASTEROPTERUS. VAILL. *act. gall.* 1720.

Calyx subrotundus, imbricatus squamis oblongis scariosis inaequalibus: interioribus apice lanceolato appendiculatis. Thal. elevato-punctatus, ad peripheriam paleaceus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, ligulis lanceolatis integerrimis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus difformis: radii simplex; disci compositus.

ASTEROPTERUS Callicornia. Tab. 173. fig. 6.

• *Leysera foliis trifariis, floribus subsessilibus.* LINN. *syst. veg.* 771.

Ex herbario Banksiano.

REC. planum, in medio elevato-punctatum, nudum, scabrum; ad peripheriam simplici serie paleaceum: paleis scariosis, albis, feminarum ovaria externe obtegentibus, iisque vix aut parum longioribus.

SEM.

SEM. uniformia, lineari-oblonga, compressa, ad margines scabriuscula, subferruginea.

Pappus difformis: *radii* simplex, paleaceus, decaphyllus: foliolis lineari-acuminatis, niveis, semine quadruplo brevioribus; *disci* compositus ex radiis quinis, paleaceis, lineari acuminatis, brevissimis, & ex quinis aliis plumosis, semine longioribus ac cum prioribus alternantibus.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. semini conformis.

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Squama calycina exterior — & c.) alia ex interioribus. d.) Calyx dissectus cum receptaculo. e. E.) Palea ovarii feminei. f. g. G.) Flosc. radii cum suo semine. h. i. I.) Flosc. disci cum suo semine.

Nonnunquam unicus radius plumosus pappo feminarum additur; & in androgynorum seminibus sæpe paleacei radioli uno l. altero foliolo augentur, ut ex pentaphyllo evadat 6 — l. 8phyllus.

γ.) *omni composito.*

BELLIUM. LINN. *gen.* 1322.

Calyx simplex polyphyllus æqualis patens. Thal. conicus nudus. Flosc. *disci* androgyni quadrifidi; *radii* feminei, deni aut duodeni, ligulis ellipticis emarginatis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus compositus ex foliolis octonis paleaceis exterioribus, totidemque radiis setaceis aut aristatis interioribus.

Bellium *bellidioides.* Linn. syst. veg. 770.

MXLII. PULICARIA.

Calyx subrotundus, imbricatus squamis inæqualibus lineari-acuminatis apice patulis. Thal. nudus. Flosc. *disci* androgyni; *radii* feminei, numerosi, ligulis angustis linearibus integerrimis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus compositus: exterior cupularis monophyllus; interior capillaris.

PULICARIA vulgaris. Tab. 173. fig. 7.

Conyza & Pulicaria. BLAKW. *herb. t.* 103. OED. *flor. dan. t.* 613.

Inula foliis amplexicaulibus undulatis, caule prostrato, floribus subglobosis, radio brevissimo. LINN. *syst. veg.* 766.

REC. planum, nudum, scrobiculatum, ante maturitatem, a scrobiculorum marginibus dentatis, scabrum; postea glabrum cum papillula minutissima in singulo scrobiculo.

SEM.

Sem. uniformia, parva, teretiuſcula, ſtriata; ſetulis minutiſſimis adſperſa, rufeſcentia aut ferruginea.

Pappus compoſitus: *exterior* monophyllus, membranaceus, niveus, connivens in cupulam ſubhemiſphæricam, margine denticulatam; *interior* capillaris, radiis circiter quindecim, ſemine triplo longioribus, caducis.

Int. ſimplex, membranaceum.

Emb. albicans.

*

a.) Calyx integer. b.) Idem diſſectus. B.) Receptac. immaturum. C.) Idem maturum. d. D.) Semen integrum cum utroque ſuo pappo. E.) Idem diſſectum. F.) Embryo denudatus.

Pappi exterioris cupula, in aliis integerrima & ad marginem ſaltem denticulata, in aliis autem profundius diviſa & quaſi in foliola ſcarioſa nivea diſſecta eſſe videtur.

Hujus porro generis ſunt: Inula *dyſenterica* & *Oculus Chriſti*, nec non Aſter *annuus* L; qui præterea quoque toto ſuo habitu molli & numeroſiſſimis radii ligulis cum Pulicaria convenit.

MXLIII. URSINIA.

Calyx hemiſphæricus, imbricatus ſquamis coriaceis opacis, margine & apice ſcarioſis pellucidis. Thal. planus paleaceus. Floſc. diſci androgyni tubuloſi fertiles; *radii* feminei aut neutri, ligulis oblongis integerrimis, ſteriles. Sem. coronata pappo compoſito: exteriore ſcarioſo pentaphyllo; interiore quinqueradiato ſetaceo.

Ursinia paradoxa. Tab. 174. fig. 4.

Scabioſa pumila cotulæ folio, flore albo immarceſcente africana, ſ. Xeranthemoides æthiopicum floſculis albis fiſtuloſis. Pluk. *alm. 334. phyt. t. 312. f. 5.* mala.

Arctotis floſculis radiantibus ſterilibus, paleis coloratis diſco longioribus, foliis bipinnatis linearibus. Linn. *ſyſt. veg. 792.*

A Cl. Thunbergio.

Rec. planiuſculum, paleaceum. Paleæ ſcarioſæ, ochroleucæ, in fiſtulas floſculos diſci amplexantes iisdemque longitudine fere æquales convolutæ, hinc integerrimæ, inde fiſſura longitudinali apertæ, apice crenulatæ aut denticulatæ.

Sem. inverſe conica, curvula, ſtriata, glabra, pallide albicantia, unilocularia.

Pappus compoſitus: *exterior* pentaphyllus, foliolis ſubrotundis ſcarioſis niveis ſemine ſeſquilongioribus, ante explicationem circa floſculum convolutis, eumque occultantibus; *interior* ſetaceus, radiis quinque basi connatis, pappi exterioris foliolis dimidio fere brevioribus.

INT. exterius ſubnucamentaceum, ſ. cruſtaceum, craſſum, durum, uniloculare.

EMB. ſemini conformis, albicans.

*

a.) Calyx maturus integer. α.) Squama calycina ſeparata. b.) Calyx diſſectus cum paleis in ſitu naturali. c.) Paleæ ſeparatæ latus dorſale. d.) Ejusdem pars ventralis. e.) Floſc. radii ſterilis. f.) Floſc. diſci, pappo ſuo obvolutus. g.) Ejusdem corollula denudata. h.) Semen cum pappo exteriore. i.) Pappus exterior explicatus, cum pappo interiore in ſitu naturali. K.) Semen cum ſolo pappo interiore. L.) Seminis teſta transverſim ſecta.

Hujus præterea generis ſunt: A. *pilifera* & *anthemoides*. BERG. & forſan quoque reliquæ Arctotides paleaceæ LINN. Sed videndum prius, anne omnes perinde duplici pappo gaudeant.

II. SEGREGATÆ.

MXLIV. DISPARAGO.

Calyx communis nullus, præter extimas thalami paleas. Recept. *commune* paleaceum; *partiale* nudum. Calyces partiales plures, interjacentibus paleis ſegregati, ſubulati, imbricati ſquamis ſcarioſis inæqualibus, biflori. Floſc. alter androgynus tubuloſus fertilis; alter femineus aut neuter, ligulatus, ſterilis. Sem. oblongum. Pappus plumoſus.

DISPARAGO ericoides. Tab. 173. fig. 8.

Eupatorium ericoides, capitis bonæ ſpei. BREYN. *cent. 140. t. 9.* MORIS. *hiſt. 3. S. 7. t. 18. f. 10.*

Stoebe ericoides, foliis recurvatis incanis, corollis bifloris difformibus. BERG. *cap. 339.* LINN. *ſyſt. veg. 798.*

A Cl. THUNBERGIO.

REC. *commune* ſubgloboſum, paleaceum, paleis ſpatulatis, externe tomentoſis, ad ſingulos calyces partiales pluribus, eisque brevioribus. R. *proprium* anguſtiſſimum, nudum.

SEM. minutulum, oblongum, obſolete ſtriatum, ſpadiceum.

Pappus longitudine floſculorum, quinqueradiatus: radiis baſi nudis ſetaceis, cetera plumoſis, perſiſtentibus.

INT. ſimpliciſſimum, membranaceum.

EMB. ſemini conformis.

*

a. a.) Ramuli floriferi pars exterior. b. B.) Calyx partialis cum floſculo gemello. C.) Calyx diſſectus cum receptac. partiali. D.) Floſc. androgynus. E.) Floſc. neuter. F.) Semen cum ſuo pappo. G.) Palea receptaculi communis ſeparata.

Floſc.

Flosculus neuter, quem Cl. BERGIUS femineum dicit, semper gaudet tubo filiformi, longitudine calycis, in ligulam desinente; sed ligula in aliis simplex est, in aliis vero tubi limbus est bilabiatus (qualem fig. E. repræsentat): labio *interiore* minore, lineari, recurvo; *exteriore* autem majore, ovato, apice tridentato. Si planta hæc non sit proprii generis, certe non ad *Stoeben*, sed potius ad *Seriphium*, ex structura calycis partialis, debebit referri.

MXLV. OEDERA. LINN. *gen.* 1325.

Calyx communis inverse conicus, squarrosus, imbricatus squamis lanceolatis recurvato-patentibus, lanugine alba ciliatis. Receptac. utrumque paleaceum. Calyces partiales subquindecimflori, subcylindrici, simplici serie polyphylli: foliolis scariosis, oblongis, sursum latescentibus, apice acuminatis, nitidis. Flosc. *disci* androgyni, numerosi; *radii* feminei, gemini aut terni in calycibus partialibus exterioribus, ligulati: ligulis oblongis integerrimis: utrique fertiles. Sem. uniformia. Pappus paleaceus brevis.

OEDERA prolifera. Tab. 172. fig. 6.

Buphthalmum capense. LINN. *sp. pl.* 1274. BERG. *cap.* 297.

Oedera foliis lanceolatis oppositis ciliatis utrinque glabris. LINN. *syst. veg.* 796.

Ex herbario Banksiano.

REC. *commune* planum, amplum, paleaceum, paleis linearibus sparsis; *partiale* angustum, paleaceum, paleis linearibus, deciduis, calyce suo aliquantum brevioribus.

SEM. uniformia, oblonga, compressa, obsolete striata, glabra, spadicea.

Pappus paleaceus polyphyllus, foliolis lineari-acuminatis, tertia seminis parte brevioribus.

INT. simplex, membranaceum.

EMB. semini conformis.

*

a.) Flos integer. b.) Calyx a parte posteriori spectatus. c.) Ejusdem sectio verticalis cum naturali calyculorum partialium situ. e.) Calyculus partialis e disco floris, solis flosculis androgynis stipatus. d.) Alius calyculus partialis, e floris radio, tribus flosculis ligulatis feminis stipatus. f.) Calyculus partialis dissectus, cum suo receptac. paleaceo. g.) Flosc. femineus, cum ligula sua lutea, in dorso linea atropurpurea notata. h.) Flosc. androgynus. I.) Semen naturali majus.

APPENDIX.

MXLVI. ANTHISTIRIA. Linn. *gen.* 1359.

Flores in eadem locuſta ſexu diſtincti. Locuſtæ pedicellatæ, faſciculatæ, foliololo florali longo ſtipatæ. Calyx communis triflorus; quadrivalvis: valvulis oblongis, æqualibus, apice & marginibus papilloſo-piloſis. Fl. *hermaphroditus* unicus, ſeſſilis in receptaculo brevi, lanuginoſo. Cal. bivalvis, chartaceus, perſiſtens, muticus, aut *Ariſta* longiſſima tortili, e baſi interna valvulæ majoris inſtructus. Cor. nulla, aut membranacea, obſoleta. Flor. *maſculi* duo pedicellati, bivalves, mutici; interdum nulli. Sem. calyce proprio corticatum.

Anthistiria ciliata. Tab. 175.

Anthiſtiria. Linn. *ſyſt. veg. XIV. p. 153. ſuppl. 113.*

Andropogon quadrivalve. Linn. *ſyſt. veg. XIII. p. 758.*

β. *Andropogon panicula cernua, calyce exteriore multifloro ciliato, ariſtis contortis piloſis.* Thunb. *jap. 40.* Linn. *ſyſt. veg. XIV. p. 903.*

A Cl. Thunbergio.

Per. nullum. Calyx floris hermaphroditi per maturitatem chartaceus, e ferrugineo-nigricans, ſemen arcte claudit, nec dimittit.

Rec. nullum, niſi lanam aut ſetas ferrugineas velis, flori hermaphrodito ſubjectas.

Sem. oblongum, utrinque attenuatum, hinc convexum, inde ſulco longitudinali exaratum, pallidum.

Int. membranaceum, ſimpliciſſimum.

Alb. farinoſum.

Scut. quinta parte ſeminis brevius, & in ejus parte convexa poſitum.

Emb. minutulus, linearis, rectus.

*

a.) Paniculæ pars ſuperior. b.) Folium paniculæ; vagina & baſi papilloſo-piloſum. c.) Locuſtarum faſciculus, in axillis foliorum ſeſſilis. d.) Locuſta *ariſtata*, foliolo ſuo florali obvoluta. D.) Eadem aucta, cum foliolo florali & valvulis calycis communis explicatis. E.) Ejusdem floſculi ſeparati, cum ſuo receptaculo lanuginoſo. f. F.) Locuſta *mutica*. E.) Ejus calyx ſeparatus. H.) Ejusdem floſculi ſeparati. I.) Seminis calyce maturo corticati latus dorſale. K.) Ejusdem latus ventrale.

Specimina indica habent: *Vaginas* foliorum parce & breviter piloſas. *Locuſtas* in faſciculos colletas, quinas ad ſeptenas. *Calyces* communes in foliolis floralibus ſeſſiles. *Receptac.* breviſſime hirſutum aut lanuginoſum fulvum.

Corollas flosc. hermaphrod. nullas, aut vix discernibiles; denique *flosculos* aristatos in singulo fasciculo binos aut ternos, totidemque in singulis calycibus communibus flores masculos pedicellatos.

Japonicum autem exemplar habuit: *Vaginas* foliorum late & longissime pilosas. *Locustas* paucas, interdum solitarias, nec basi pedunculis suis in unum fasciculum conferruminatas. *Calyces* communes intermedio pedunculo, a foliolo florali (quod *Calyx extimus* Thunb.) separatos, sæpe unifloros. *Receptac.* setosum longitudine fere dimidii calycis. *Corollam* in flore hermaphrod. manifestam, membranaceam: valvula altera lanceolata; altera in aristam conversa; denique *flosculos masculos* juxta hermaphroditum nullos aut obsoletos, nec manifeste pedicellatos. His tamen non obstantibus, ne specie quidem hanc a priori differre censeo, quum præter calyces communes quadrivalves, utrisque etiam unus idemque sit habitus externus.

MXLVII. APLUDA. Linn. *gen.* 1147.

Flores in eadem locusta sexu distincti. Locustarum calyx bivalvis: valvula majore receptac. florum supposita; minore autem ejus margini supra basin inserta! Receptac. florum (*Gluma.* Linn.) cartilagineum, bilamellatum, quadriflorum: lamina *anteriore* oblique truncata, breviore; *posteriore* oblonga, acuminata. Flores *inferiores* inter laminas receptac. comprehensi. gemini: altero hermaphrodito; altero femineo; flores *superiores* perinde gemini, masculi, apici laminæ truncatæ verticaliter insistentes. HERM. Cal. nullus. Cor. univalvis, obovata, naviculari compressa, hinc membranacea, striata, inde coriacea glabra, apice tridentata: dentibus duobus lateralibus brevioribus, setaceis; tertio intermedio in aristam brevem producto. Stam. tria. Styl. manifeste duo, setacei, stigmatibus subulatis crassis hirsutis. FEM. Cal. nullus. Cor. bivalvis membranacea. Ovar. teretiusculum. Stigmata duo, sessilia? MAS. Cal. communis bivalvis: valvula singula continente Corollulam membranaceam bivalvem, valvulis acuminatis, æqualibus.

Apluda mutica. Tab. 175.

Apluda foliis lanceolatis, flosculis omnibus muticis. Linn. *syst. veg.* 906.

A Cl. Thunbergio.

Per. nullum. Seme nudum, liberum, deciduum.

Rec. nullum.

Sem. *feminis* lineari-oblongum, subteretiusculum, s. hinc convexum, inde sulco longitudinali exaratum, glabriusculum, e luteo-ferrugineum: *hermaphroditis* effœtum, l. certe femineo dimidio minus.

Int. simplicissimum, membranaceum.

Alb. semini conforme, farinosum.

Scvt. minutulum, albumine ſextuplo brevius, in convexi lateris baſi poſitum.

Emb. minutiſſimus, linearis, rectus.

*

a. a.) Graminis florentis ramulus, cum partium ſitu & magnitudine naturali. b. B.) Locuſta integra, ſeparata. C.) Ejusdem valvulæ calycinæ diductæ, & receptac. denudatum. D.) Receptaculum cum floſculis inferioribus a latere anteriori ſpectatum. E.) Ejusdem facies poſterior. f. F.) Corolla floris hermaphroditi. G.) Ejusdem genitalia ſeparata. h. H.) Corolla floris feminei. I.) Ejusdem ſemen a dorſo, & K.) a ventre ſpectatum. L.) Floſculi maſculi in ſitu naturali. M.) Eorundem calyx communis diductus, atque corollulæ geminæ denudatæ.

Non uno itaque in loco generis character Linnæanus emendandus eſt.

MXLVIII. ÆGILOPS. Linn. *gen.* 1150.

Flores in eadem locuſta ſexu diſtincti. Locuſtæ in raphidis articulis compreſſis alternantes, ſubquadrifloræ, bivalves: valvis coriaceis, varie in variis ariſtatis. Fl. *hermaphroditi* duo. Cal. nullus. Cor. bivalvis: valvula majore chartacea, ariſtata; minore membranacea, mutica. Fl. *maſculi* unus aut duo, per omnia hermaphroditis ſimiles, niſi quod triplo minores. Semen liberum, tectum.

Ægilops ovata. Tab. 175.

Ægilops. Dod. *pempt.* 73. Cam. *epit.* 928. *f.* 2.

Gramen ſpicatum, durioribus & craſſioribus locuſtis, ſpica brevi. Scheuchz. *agroſt.* 11.

Ægylops ſpica ariſtata, calycibus omnibus triariſtatis. Linn. *ſyſt. veg.* 907.

A Cl. Thunbergio & Dr. Roemero.

Per. nullum. Calyx & corolla perſiſtentes obtegunt ſemen, tandemque dimittunt.

Rec. nullum.

Sem. liberum, oblonge ellipticum, hinc convexum, inde planiuſculum cum rima longitudinali, melinum aut ruteſcens, circa verticem late cineraſcens.

Int. membranaceum, ſimpliciſſimum.

Alb. farinoſum, ſemipellucidum.

Scvt. ovatum, albumine tertia parte brevius, & in ejus dorſo locatum.

Emb. linearis, rectus.

*

a.) Spica integra, ex ſpecimine inſolenter grandi. b.) Locuſtæ valvula ſeparata. c.) Floſc. hermaphroditi in ſitu naturali. d.) Iidem diducti, cum ſitu floſc. ſterilium. e.) Floſc. ſteriles ſeparati. f. g.) Seminis facies anterior & poſterior. h.) Ejus ſectio transverſalis.

MXLIX. MA-

MXLIX. MANISURIS. Linn. *gen.* 1334.

Flores in eadem ſexu diſtincti. Spica ſubulata, articulata, per articulos diſcedens: articulis ſingulis bifloris. HERM. in articulorum latere ventrali plano ſeſſiles, ſubgloboſi. Cal. coriaceus bivalvis: valvula *poſteriore* a rachidis articulo vix diſtincta: V. *anteriore* ſubhæmiſphærica, profunde ſcrobiculata, per maturitatem teſtaceo-fuſca. Cor. membranacea, tenuiſſima, bivalvis. Ovar. ſubrotundum. MARES in dorſo ſpicæ alternatim imbricati & ad ſinguli articuli marginem ſupremum lateralem poſiti ſinguli, ovato-acuminati, hinc convexi ſtriati, inde concavi. Cal. coriaceus, bivalvis: valvis æqualibus, naviculari-compreſſis & ad marginem in carinam acutam prominulam deſinentibus. Cor. membranacea, tenuiſſima, bivalvis. Semen calyce tectum.

Manisuris granularis. Tab. 175.

A Cl. Thunbergio.

Per. nullum. Calyx hermaphr. per maturitatem induratus & fere nucamentaceus ſemen arcte claudit, nec dimittit.

Rec. nullum.

Sem. parvulum, ſubrotundum, hinc convexum, inde planiuſculum, rubicundum.

Int. ſimpliciſſimum, membranaceum.

Alb. farinoſum, durum.

Scut. ſubrotundum, minutulum, in baſi lateris convexi.

Emb. minutiſſimus, linearis.

*

a. A.) Graminis & ſpicæ facies dorſalis. b. B.) Ejusdem pars ventralis. C.) Articulus ſeparatus, cum inſertione & figura floris maſculi. D.) Idem reverſus, cum ſitu & forma flor. hermaphroditi. E.) Flos maſculus explicatus. F.) Hermaphroditi calycis valvulæ ſeparatæ, cum corolla ſemen obtegente. g. G.) Semen ſeparatum, integrum. H.) Idem transverſe diſſectum.

ML. MANICARIA.

Spatha *univerſalis* maxima, fuſiformis, fibroſa, non dehiſcens, mire dilatabilis. *Spathæ partiales* nullæ, aut anguſtiſſimæ, ſetaceo acuminatæ, ad baſin ſinguli floſculi.

Spadix utrique ſexui communis, virgatus: ramis ſimpliciſſimis, ſtrictis, compreſſis, ad floſculorum ſedem emarginatis, tomentoſis, ferrugineis.

Masc. flores numeroſiſſimi (ſupra bis mille), ſpadicis ramos undique obtegentes. *Cal.* monophyllus, brevis, angulatus, lacerus, ſcarioſus, niveus. *Cor.* obovata, trigona, coriacea, tripetala. *Stam.* viginti quatuor, diſcreta: filamentis capillaribus; antheris oblongis, ſulcatis, albis.

Fem.

Fem. paucæ, vix ſupra viginti, in ima parte ramorum ſpadicis ſeſſiles. *Cal.* monophyllus, membranaceus, tenuis, oblique ſtriatus, crenulato-lacerus, albicans. *Cor.* ovato-acuminata, compreſſe trigona, coriacea, tripetala, maſculinis quadruplo grandior. *Ovar.* unicum, ſuperum, turbinatum, trigonum, triloculare. *Styl.* conicus, craſſus, brevis. *Stigm.* ſimplex. *Per.* Nux aut Drupa exſucca. . . . .

Manicaria ſaccifera. Tab. 176.

Palma ſaccifera. Clus. *exot. L. 1. c. 2.* Bauh. *hiſt. 1. L. 3. p. 383.* Jonst. *dendr. p. 152. t. 47.*

Palma manicam hippocraticam referens. Bauh. *pin. 507.*

A Cl. Wiedemann Prof. Stuttgard.

Fructus deſideratur.

α.) Spatha imminuta integra. β.) Spadix denudatus. c.) Ramus ſpadicis ſeparatus & truncatus cum ſitu & magnitudine partium naturali. d.) Flos maſculus clauſus. e.) Ejus corolla dehiſcens. F.) Eadem explicata cum ſitu ſtaminum. g. G.) Stamen ſeparatum. h.) Flos femineus integer. i.) Ejus corolla dehiſcens. k. K.) Ovarium integrum. l.) Idem diſſectum.

Spatha quadripedalis & ultra, e ſpadiceo ferruginea, tota ex fibris capillaribus tenaciſſimis, cocculi bombycini adinſtar, contexta, ut capiti hominis adulti mitræ in modum absque rupturæ metu ſuperinduci queat, etſi maxima ejus latitudo vix quatuor pollices pariſinos exæquet. Ovarii loculamenta tria, anguſta; parietes autem craſſi, atque toti corpuſculis linearibus oſſeis, arcte adnatis & verticaliter diſpoſitis ita referti, ut ovarium difficulter transverſim ſcindi queat.

Fructum maturum, Cluſius equidem, Juglandis drupæ ſimilem, atque ſemina perfecte ſphærica & duriſſima dixit. Sed hæc fabrica vix in noſtram Palmam quadrare poteſt, ſiquidem ejus ovarium turbinato roſtratum atque totum ſpiculis oſſeis repletum ſit, ut adoleſcendo non poſſit non in Drupam duram, aut Nucem lapideam, umbonatam ac trilocularem converti. Hinc veriſimile, quin vix non certiſſimum mihi videtur, quod genuinus hujus Palmæ fructus, alius non ſit, quam ille Cocci *lapideæ.* Vol. 1. p. 16. deſcriptus, quum & umbonatus iſtius vertex, & rigidiſſimis oſſeisque fibris ſtipata baſis, & tota lapidea ejus conſiſtentia, fabricæ & figuræ ovarii Manicariæ noſtræ optime reſpondeant. Habitat in Curaçao & Guiana belgica.

MLI. CUPANIA. Plum. *t. 19.* Schreb. *gen.* 645.

Cal. quinquepartitus. Cor. pentapetala, petalis ſuperne cucullatis. Stam. octo. Ovar. ſuperum. Styl. trifidus. Capſ. trilocularis. Sem. ſolitaria, arillata.

Cupania americana. Tab. 177. fig. 2.

Cupania

Cupania castaneæ folio, fructu sericeo & ramoso. PLUM. *ic. t.* 110.
Cupania americana. LINN. *syst. veg.* 864.
Ex herbario Banksiano.

PER. Capsula coriacea, turbinato - triloba, trilocularis, apice trifariam dehiscens, fusco ferruginea. Valvulatum suturæ versus apicem in sulcum angustum prominulæ; latera autem profundo sulco medio exaratæ, cui internæ dissepimenta respondent.

REC. nullum; semina basi loculamentorum affixa.

SEM. solitaria, elliptice globosa, fusca, arillata.

Arillus incompletus, spongioso - membranaceus, sordide albicans, infundibuliformis: rostello solido; cupula autem semen ad dimidium involvente & in marginem repandum edentulum desinente.

INT. exterius coriaceum.

ALB. . . . . (nullum *Juss.*) EMB. . . . .

*

a.) Capsula integra. b.) Eadem transverse dissecta. c.) Valvula separata. d.) Semen arillo vestitum. e.) Idem cum arillo dissecto.

Capsula inferne integerrima est, & vix ad dimidium longitudinis suæ in valvulas solvitur. Semina in omnibus meis exemplis solitaria tantummodo deprehendi. Anne igitur nostra *jamaicensis* planta, a *dominicensi*, specie diversa, cum huic posteriori sit fructus sericeo albus & semina in loculis gemella?

MLII. CONOCARPUS. LINN. *gen.* 236.

Calyx superus, minimus, quinquepartitus. Cor. nulla, aut pentapetala. Stam. quinque, aut decem. Ovar. inferum. Styl. unicus, simplex. Samara cochleariformis, monosperma.

CONOCARPUS erecta. Tab. 177. fig. 3.

Alnus maritima myrtifolia coriariorum. PLUK. *phyt. t.* 240. *f.* 3.
Conocarpus erecta, foliis lanceolatis. JACQ. *hist.* 78. *t.* 52. *f.* 1. LINN. *syst. veg.* 217.
Ex herbario Banksiano, & a Cl. THUNBERGIO.

FRUCT. ovato - globosus, retrorsum imbricatus *Samaris* plurimis axi communi affixis.

PER. Samara infera, coriacea, rotundato - cochleariformis, s. superne gibba, inferne concava & ad latera in duas alas rotundatas ampliata, e spadiceo rufescens, unilocularis, substantia spongiosa alba farcta.

REC. *commune* cylindricum, crassum; *proprium* nullum, aut funiculus capillaris testæ seminis adnatus, & ad ejus basin descendens.

SEM. unicum, subgigartoideum, f. obovatum, deorsum acuminatum, hinc gibbum, inde obsolete angulatum, album.

INT. *exterius* crassum, prope embryonis sedem crustaceum, versus peripheriam autem suberoso-fungosum, friabile; *interius* arachnoideum.

ALB. nullum.

EMB. teretiusculus. . . . ?

*

a. a.) Fructus integer junior. a.) Alius maturitati proximus. b.) Receptac. commune cum Samaris in situ naturali. c. C.) Samaræ pars dorsalis. d. D.) Ejusdem latus ventrale. E.) Eadem transversim secta. F.) Semen a latere spectatum. G.) Ejusdem latus dorsale. H.) Testa seminis crassa, per medium dorsum verticaliter dissecta, cum loculamento tereti pro embryone.

Semen fœcundum & rite maturum non vidi. In C. *racemosa*, albumen nullum; embryo sub integumento membranaceo viridis; & cotyledones foliaceæ circa mediam radiculam convolutæ, secundum *Jacq. l. c.* Sed recte quærit Cl. *Jussieu*, utrum hæc sit genuina Conocarpi species?

MLIII. PETRÆA. LINN. *gen.* 764.

Calyx turbinatus, fauce squamulis quinque stipata, limbo quinquefido longissimo scarioso. Cor. rotata. Stam. quatuor, didynama. Ovar. unicum intra calycis ventrem. Styl. simplex. Caps. bilocularis, calyci immersa.

PETRÆA volubilis. Tab. 177. fig. 5.

Petræa. JACQ. *hist.* 180. *t.* 114. LINN. *syst. veg.* 565.

Ex herbario Bankfiano.

PER. Capsula intra calycis ventrem, parva, turbinata, bilocularis, evalvis.

REC. nullum; semina basi loculamentorum affixa.

SEM. solitaria, obovata, deorsum angustata, plano-convexa.

INT. simplex, membranaceum.

ALB. . . . . . . EMB. . . . . .

*

a.) Calyx maturus integer. b.) Idem dissectus, cum Capsula, magnitudine naturali. C.) Capsula aucta. D.) Eadem dissecta. e.) Semina.

Rarissime fructum maturat, ex observatione JACQ. l. c.

MLIV. GESNERIA. PLUM. *t.* 9. LINN. *gen.* 749.

Calyx quinquefidus ovario adnatus. Cor. supera, monopetala, incurva, limbo quinquefido irregulari. Stam. quatuor didynama. Ovar. unicum inferum. Styl. simplex. Caps. unilocularis. Receptac. parietalia. Sem. scobiformia.

GESNE-

GESNERIA tomentosa. Tab. 177. fig. 6.

Gesneria amplo digitalis folio tomentoso. PLUM. *ic. t. 134.*

Gesnera foliis ovato-lanceolatis crenatis hirsutis, pedunculis lateralibus longissimis corymbiferis. JACQ. *hist. 179. t. 175. f. 64.* LINN. *syst. veg. 554.*

Ex herbario Banksiano.

PER. Capsula ovato-globosa, calyce sibi arcte adnato tomentoso corticata, ejusque dentibus persistentibus coronata, unilocularis, apice foramine ovali dehiscens.

REC. duo, fungosa, opposita, parietibus capsulæ adnata, juxta axem a se invicem discreta & ex profundo sulco introrsum biloba, capsulam in duas concamerationes inter se communicantes dispertientia.

SEM. numerosissima, minutissima, lineari-scobiformia.

INT. membranaceum. . . .

ALB. . . . . . . EMB. . . . . .

*

a.) Capsula calyce corticata. b.) Ejusdem apex denudatus & foramine dehiscens. C.) Eadem transversim, & D.) verticaliter dissecta, cum situ & figura receptaculorum. e. E.) Semina separata.

A receptaculorum situ & capsulæ dehiscentia, affinitatem quandam cum Saxifragis habet.

MLV. HEPTAPLEURUM.

Flos . . . . Capsula subpyramidalis, stellato-angulata, evalvis. Sem. solitaria.

HEPTAPLEURUM stellatum. Tab. 178. fig. 3.

Bukera. Zeylonens. E collect. sem. hort. lugdb.

PER. Capsula parva, coriacea, ovato-pyramidalis, anulo obsoleto, a floris lapsu? sub apice notata & supra eum in mucronem sulcatum atque rudescentem producta, stellato-angulata, sex l. sæpius septemlocularis, evalvis, pedunculo obliquo gracili, sicuti Umbelliferæ, insistens.

REC. nullum; semina vertici loculamentorum affixa.

SEM. solitaria, ovata, sursum angustiora, compressa, pallide rufescentia.

INT. simplicissimum, tenuissimum, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. in suprema parte albuminis, minutissimus . . . . an monocotyledoneus?

a. A.) Fructus

*

a. A.) Fructus a superiore, — & b. B.) Idem ab inferiore parte spectatus. c.) Capsulæ sex-locularis — & d. D.) septemlocularis sectio transversa. e. E.) Semen integrum. F.) Idem dissectum. G.) Albuminis sectio verticalis cum situ embryonis.

Inter viginti quinque fructuum exempla, tria solummodo erant sexlocularia, reliqua vero omnia septemlocularia. Recens quoque fructus videtur cortice molli aut carnoso esse indutus, quum vetusti superficies valde rugosa sit.

MLVI. POROCARPUS.

Flos . . . . Drupa carnosa, putamine multiloculari: loculamentis teretiusculis basi confluentibus monospermis.

POROCARPUS Helminthotheca. Tab. 178. fig. 4.

Kette - kahala. Zeylonens. E collect. sem. hort. lgdb.

PER. Drupa parva, obovato-globosa, gibbosa, rugosa, versus basin angustata atque foramine amplo pertusa, nigra. Cortex in vetusto fructu tenuissimus. Putamen sublignosum, modice durum, spadiceo fuscum, loculamentis numerosis teretibus, juxta & supra se invicem positis atque intus distincta lamina albicante vestitis, exsculptum, prope basin, a confluentibus loculorum extremitatibus inferioribus, irregulariter cavernosum.

REC. nullum, præter substantiam pulposam, putaminis cavitatem cavernosam replentem, e qua semina nutrimentum suum hauriunt.

SEM. in singula putaminis cellula singulum, teretiusculum; spadiceum.

INT. simplicissimum, membranaceum.

ALB. semini conforme, carnosum, pallidum.

EMB. . . . . .

*

a.) Drupæ integræ, variæ magnitudinis atque formæ. b. B.) Drupa transversim secta. c. C.) Ejusdem sectio verticalis. d. D.) Semen solutum. E.) Idem longitudinaliter dissectum.

In eadem phiala, & alii fructus, ejusdem quidem nominis, sed diversissimæ ac sequentis erant fabricæ:

Drupa globosa (f.), magnitudine Pisi, nigra, præcedenti similis, sed basi non adeo ample perforata. Cortex tenuis. Putamen lapideum, extus & fracturâ atrum, quadriloculare, ad axem canali anguloso perforatum (f). Semina (g. G.) solitaria, quasi conduplicata, angulata, nigricantia. Integ. simplex, arctissime adnatum. Albumen (H.) semini conforme, carnosum, durum, aqueo-glaucum. Embr. perinde defuit. Hæc non potest cum priori unius esse generis naturalis.

MLVII. OLAX. Linn. *gen.* 45.

Calyx monophyllus, per maturitatem coriaceus, deorſum inſigniter gibbus, trifidus: dentibus obtuſis. Cor. monopetala, calyce dimidio longior, perſiſtens, coriacea, trifida: laciniis obtuſis, ſubinæqualibus. Nectar. tria (quatuor *Linn.*), margini anguſtiſſimo, ad interſtitia filamentorum prominulo, inſerta, caduca. Stam. tria, ſubulata, breviſſima, baſi laciniarum corollæ inſerta. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex, caducus. Bacca carnoſa, trilocularis, polyſperma.

Olax zeylanica. Tab. 179. fig. 1.

Olax. Linn. *zeyl. p. 14. ſyſt. veg. 81.*

Induru. Zeylonens. E collect. ſem. hort. lugdb.

Per. Bacca calyce & corolla perſiſtentibus ſemiveſtita, parva, magnitudine ſeminis raphani, carnoſa, atra, trilocularis. Caro firma & quaſi coriacea. Pulpa loculamentorum gelatinoſa.

Rec. ligulæ membranaceæ tenuiſſimæ, ex angulo loculamentorum centrali oriundæ, & radiatim verſus peripheriam divergentes.

Sem. plura, 6. l. 8 in ſingulo loculo, parvula, oblonga, pallida, umbilico in medio latere interiori notata.

Int. ſimpliciſſimum, arachnoideum.

Alb. ſemini conforme, pellucidum, carnoſum l. ab aqua gelatinoſum.

Emb. . . . . . .

*

a. a.) Fructus vetuſtus, exſiccatus, magnitudine naturali. a.) Idem ab aqua fervente emollitus & tumefactus. A.) Idem inſigniter auctus. B. C.) Calycis facies ſuperior & inferior. D.) Corolla cum filamentis perſiſtentibus. E. e.) Bacca integra. F.) Eadem diſſecta. G. g) Semina ſoluta.

Fructus nonniſi immaturos vidi, omnes inſtructos corollis triandris, ſed nectariis atque antheris, quod prius deciderint, deſtitutis. Eis additum fuit *Induru*, non autem *Mella-hola* nomen: quare diverſam puto *Arborem ſtercorariam* Burmanni ab *Olace* Linnæi, cujus flores, exceptis Nectariis, recte cum noſtris ſpeciminibus congruunt.

MLVIII. MELIA. Linn. *gen.* 527. Azedarach. Tourn. *t.* 385.

Calyx minimus, quinquefidus. Cor. pentapetala. Stam. decem, connata in tubum cylindricum, apice decemdentatum, intus antheriferum. Ovar. ſuperum. Styl. ſimplex capitatus. Drupa carnoſa, putamine ad axem perforato, quinqueloculari, pentaſpermo.

Melia Azadirachta. Tab. 180. fig. 9.

Aria-bepou. RHEED. *mal. 4. p. 107. t. 52.*

Azadirachta indica. COMM. *hort. 1. p. 147. t. 76.* BREYN. *ic. 21. t. 15.*

Melia foliis pinnatis. LINN. *ſyſt. veg. 400.*

PER. Drupa baccata, elliptico - globoſa, nigra. Cortex carnoſo - pulpoſus mollis. Putamen oſſeum, albicans, 5 — l. 6 ſulcatum, 5 — l. 6 loculare, intra baſin ſuam ampla cavernula exſculptum, e qua canalis anguſtus verſus apicem putaminis adſcendit, qui in cacumine ſuo foraminulis 5 l. 6, in loculamenta aperitur.

REC. funiculi umbilicales breviſſimi, ab axi ad ſeminis apicem per foramina loculamentorum pertingentes.

SEM. ſolitaria, oblonga, utrinque attenuata, cuneiformi compreſſa, ſubrugoſula, e ferrugineo atra.

INT. exterius chartaceum, aridum, tenue; interius arachnoideum.

ALB. ſemini conforme, tenue, farinoſum aut per emollitionem carnoſum, niveum.

EMB. inverſus, albus, fragiliſſimus. *Cotyl.* elliptico - oblongæ, plano - convexiuſculæ. *Rad.* breviſſima, capitellata, ſupera.

*

a.) Drupa cortice ſuo carnoſo ad dimidium orbata. b.) Putamen integrum. c.) Idem transverſe diſſectum. d.) Ejusdem ſectio longitudinalis, cum axis canali aperto & ſeminum ſitu pendulo. e.) Semina ſeparata. f.) Semen transverſe diſſectum. G.) Embryonis ſitus intra albumen. H.) Embryo ſolutus.

Sulcorum atque loculamentorum numerus in hac ſpecie varius eſt. Ita RHEEDE l. c. putamen pingit glabrum & unico nucleo fœtum (quod tamen videtur plane erroneum aut ex abortu prognatum); COMMELINUS vero l. c. quatuor ſaltem habet loculamenta; & ego, in meo ſpecimine, ſex diſtincta loculamenta coram video. His autem non obſtantibus, naturalis numerus debet eſſe quinarius.

MLIX. LIRIODENDRUM. LINN. *gen.* 689.

Calyx exterior diphyllus deciduus; interior triphyllus corollæformis. Cor. hexapetala, in campanam connivens. Stam. numeroſa. Ovar. numeroſa in conum digeſta, ſtigmate ſeſſili. Samaræ uniloculares, 1 — l. 2 ſpermæ, in ſtrobilum collectæ.

LIRIODENDRUM Tulipifera. Tab. 178. fig. 5.

Tulipifera virginiana. HERM. *lugdb. t. 613.* CATESB. *carol. 1. t. 48.* SELIGM. *av. t. 96.*

Liriodendrum foliis lobatis. EHRET. *dec. t. 10.* LINN. *ſyſt. veg. 507.*

FRUCT.

FRUCT. ſtrobilaceus, ovato-conicus, ex ſamaris ſurſum imbricatis.

PER. Samara coriacea, ſuperne in alam lanceolatam aut ovato-oblongam atque rigidulam producta, inferne autem incraſſata in uncum introrſum inflexum, compreſſiuſculum, ſuberoſum, rugoſum, unilocularem, evalvem, cultro tamen facile verticaliter bipartibilem. Loculamentum lamina propria cartilaginea lævigata veſtitum.

REC. *commune* ſubulatum, ſcrobiculatum, ſubvilloſum; *proprium*, funiculus umbilicalis filiformis, intra ſamaræ alam ab ejus apice ad loculamentum deſcendens, ibique vel ſimplex, vel bifidus, ſemina pendula ſuſtinens.

SEM. ſolitaria in ſamaris ſuperioribus, & conſtanter gemina in inferioribus, ovata, lenticulari-compreſſa, glabra, ſublucida, gilva.

INT. exterius cruſtaceum aut chartaceum; interius . . . .

ALB. . . . . . EMB. . . . . .

*

a.) Conus immaturus e Carolina. b.) Alius ex hort. botan. Tigurino, jam jam dehiſcens. c.) Recept. commune, cum Samaris in ſitu naturali. d.) Samara e ſuperioribus monoſperma. e.) Alia ex inferioribus diſperma.

Supra quingintas Samaras diſſecui, nec in unica mihi hactenus contigit reperiſſe ſemen fœcundum. Linnæus tribuit Liriodendro cotyledones convolutas: id ſi verum? ſane phænomenon eſt in hac familia prorſus ſtupendum.

STRYCHNOS. LINN. *gen.* 253.

STRYCHNOS Nux vomica. Tab. 179. fig. 7.

Caniram. RHEED. *mal. 1. p. 67. t. 37.*

Nux vomica. BLAKW. *herb. t. 395.* ex hort. malab.

Strychnos foliis ovatis, caule inermi. LINN. *ſyſt. veg. 227.*

PER. Bacca unilocularis, cortice lignoſo (*Linn.*), aut cruſtaceo fragili (*Juſſ.*)

REC. centrale. (*Juſſ.*)

SEM. plura, orbiculata, compreſſo-plana aut leviſſime convexo-concava, ſemper autem in ambitu aliquantum turgidula & in ipſa peripheria, acie anguſta, ſ. ſtria annulari filiformi circumdata, utrinque foveola parva in centro notata, e ſtramineo albicantia cum intermixto ſplendore ſericeo. Umbilicus tuberculatus in margine ſeminis.

INT. ſimpliciſſimum, tenuiſſimum, arctiſſime adnatum, undique villis breviſſimis appreſſis & quaſi inter ſe conglutinatis tectum.

ALB. cartilagineum, duriſſimum, album, intus cavitate ampla, plano-compreſſa, fere ad peripheriam usque exſculptum.

EMB.

Emb. loculamento suo multoties minor, lacteus. *Cotyl.* cordatæ, acuminatæ, triplinerviæ, tenuissimæ. *Rad.* clavata, breviuscula, ad umbilicum posita, (supera *Juss.*).

*

a.) Seminis latus convexiusculum. b.) Ejusdem pars concava. c.) Albumen transverse dissectum. d.) Ejusdem cavitas aperta cum situ & figura embryonis naturali.

Strychnos Titou - cote. ibid.

E Madagascar. A Sereniss. Principe CAROLINA March. Bad.

Semina subglobosa (a. b.) vel turgidissime lenticularia, margine acuto (c.) angustissimo in ambitu cincta, e stramineo pallida absque ullo splendore sericeo. Integum. ex villis conglutinatis, vix discernibilibus. Albumen (c. d.) corneum, album, cavitate plana amplissima intus exsculptum. Embr. (d.) parvus, lacteus. Cotyl. ovato - lanceolatæ. Rad. brevis, extrorsum crassior.

His simillima & alia semina, ab eadem Sereniss. Principe, cum nomine *Makau - cojennia* accepi, quæ nulla conspicua nota & ne colore quidem aut magnitudine a prioribus differebant. Utrum igitur hæc, mera sint priorum varietas, & utrum alterutra eorum ad St. *potatorum* L. spectent, aliis enodandum relinquo.

Miro modo canum cadavera rigescunt, qui Vomica nuce interficiuntur. Anne vero idem quoque in piscibus eveniat, qui hoc pharmaco capiuntur, non recte memini.

IGNATIA. Linn. *gen.* 1370.

Ignatia amara. Tab. 179. fig. 8.

Faba St. Ignatii. Offic.

Per. Bacca pyriformis, unilocularis, polysperma, cortice lignoso. (*Linn.*)

Rec. . . . . nullum? semina nidulantia aut parieti affixa?

Sem. plura, grandiuscula, difformia: alia (centralia?) oblonga, obtusissime angulata; alia (parietalia?) breviora, quadrilatera: latero uno majore convexiusculo; tribus reliquis planis, triangulis, in pyramidem obtusissimam convergentibus. Color omnibus sordide fuscus aut fumosus; superficies rugis minutissimis scabrata; & Umbilicus perforatus in margine aut in basi.

Int. simplex, tenue, absque ullo villorum vestigio, albumini arctissime adnatum, ut ne scalpendo quidem separari possit.

Alb.

Alb. corneum, duriſſimum, aut in aliis cartilagineo-coriaceum, ampla cavitate compreſſa pro cotyledonibus exſculptum; cetera vel album, vel reſina liquida fuſca ita impraegnatum, ut nunc totum, nunc ſolummodo juxta peripheriam, & nunc in ſolo cotyledonum loculamento, colore nigro imbutum ſit.

Emb. longitudine dimidii albuminis, luteſcens. *Cotyl.* omnium tenuiſſimae, orbiculatae aut ovato-lanceolatae, in petiolum deſinentes! *Rad.* clavata, extrorſum inſigniter incraſſata, ſurſum vero attenuata & conſtanter flexuoſa.

*

a. b.) Semen centrale integrum & diſſectum. c. d.) Semen parietale integrum & diſſectum. e. E.) Embryo ſeminis centralis. f. F.) Idem ſeminis parietalis.

Ignatiam cum Strychno conjuxit Cl. Jussieu; nec carpologicum diſcrimen inter haec genera admodum grande eſt; niſi ſint cotyledones petiolatae, quas, praeter Ignatiam & Gyrocarpum, non alia hactenus oſtendit planta.

DIOSPYROS. Linn. *gen.* 1161.

Diospyros Hebenaſter. Tab. 179. fig. 9.

Hebenaſter. Rumph. *amb. 4. p. 13. t. 6.*

Diospyros foliis oblongis utrinque glaberrimis coriaceis venoſo reticulatis, floribus axillaribus ſolitariis ſeſſilibus. Linn. *ſyſt. veg. 918?*

Ebénier du bord de la mer. A Sereniſſ. Princ. CAROLINA March. Bad.

Per. Bacca globoſa, depreſſiuſcula, octo-l. duodecimlocularis. (*Juſſ.*)

Rec. . . . . . .

Sem. ſolitaria? in univerſum octona aut duodena, ſemi ovata, cuneiformi-compreſſa, hinc tamen leviter convexa, inde plana, per omnem ambitum linea depreſſa inſcripta, ruffo-ferruginea.

Int. ſimplex, a depreſſa marginis linea quaſi bivalve, pertinaciſſime albumini adnatum.

Alb. cartilagineum, duriſſimum, ut fere oſſeum, album.

Emb. grandiuſculus, niveus, inverſus? *Cotyl.* ellipticae, foliaceae, planae, nervis longitudinalibus inſcriptae. *Rad.* fuſiformi-ſubulata, longa, recta, ſupera?

*

a.) Semen integrum. b.) Idem tranverſe diſſectum. c.) Ejuſdem ſectio verticalis, cum figura & magnitudine naturali Embryonis (d).

Embryo-

Embryonem non erectum, qualem fig. c. repræſentat, ſed inverſum eſſe ſuſpicor.

SANGUINARIA. LINN. *gen.* 645.

SANGUINARIA virginiana. Tab. 180. fig. 6.

Ex horto regio Kewenſi.

PER. Capſula ſiliquoſa, ventricoſa, acuminata, unilocularis, bivalvis, (Linn.)

REC. filiforme, intervalvulare, utrinque ſeminiferum. (Juſſ.)

SEM.* numeroſa, parva, ovato-globoſa, inferne mucronata, ferruginea: *raphe* laterali ſpongioſa, albicante, a ſeminis vertice ultra baſin ejus producta.

INT. duplex: *exterius* cruſtaceum, fragile; *interius* tenuiſſimum, pallidum, chalaza fuſca in vertice notatum.

ALB. ſemini conforme, carnoſum, ſubfriabile, pallidum.

EMB. minutiſſimus, ſubgloboſus, niveus, in baſi albuminis. *Cotyl.* breviſſimæ. *Rad.* obtuſa, centrifuga.

*

a. A.) Semina integra. B.) Teſta ſeminis longitudinaliter aperta, atque integum. interius cum ſua chalaza denudatum. C.) Albumen verticaliter diſſectum cum ſitu embryonis. D.) Embryo inſigniter auctus.

Quid hæc ſpecies a vulgatiori canadenſi differat, me penitus fugit.

GRANADILLA. vid. Vol. 1. p. 289.

GRANADILLA normalis. Tab. 177. fig. 1.

Paſſiflora foliis bilobis baſi emarginatis: lobis linearibus obtuſis divaricatis: intermedio obſoleto mucronato. LINN. *ſyſt. veg.* 822.

Ex horto ducali Hohenheimenſi.

Bacca ſphærica (a — c.), herbaceo-carnoſa, ſexſtriata, hirſuta, pallida, unilocularis, cava ſ. non farcta. Receptac. tria (c.), linearia, parietalia. Semina (f. F.) ex ovulis pluribus nonniſi tria l. quatuor matureſcentia, ovata, utrinque acuminata, turgide lenticularia, transverſim rugoſa, nitida, ad alterum marginem funiculo umbilicali arcte adnato ſtipata, ferruginea, arillo tecta. Arillus (d. E.) membranaceus, pedicellatus, albus, apice pervius & denticulatus. Integ. exterius cruſtaceum, fragile. Albumen (G.) carnoſum, durum, niveum.

GRANA-

GRANADILLA ſuberoſa. ibid.

Paſſiflora foliis trilobis ſubpeltatis, cortice ſuberoſo. LINN. *l. c.*

Icon. JACQ. *hort. 2. t. 163.*

Bacca (a — c.) elliptica, glaberrima, atro-cærulea, tenuis, unilocularis, pulpa aquoſa farcta. Ovula e receptaculis tribus parietalibus (c.) pendula. Semina (d. — G.) duodecim, obovata (f. F.), utrinque mucronata, ſcrobiculata, ad alterum marginem funiculo umbilicali adnato ſtipata, nitida, nigricantia, arillata. Arillus (E. F.) membranaceo-pulpoſus, tranſparens, non pedunculatus: ore oblique truncato, edentulo. Teſta ſeminis cruſtacea, fragilis. Albumen (G.) niveum, ad normam teſtæ ſcrobiculatum. Embryo (H.) longitudine fere albuminis.

GRANADILLA Hondala. Tab. 180. fig. 10.

Clematis indica folliculo aureo rotundo triangulo. HERM. *muſ. zeyl. 41.*

Hondala. Zeylonens. E collect. ſem. hort. lugdb.

Semina (a. b.) orbiculato-cordata, ad cordis ſinum pedunculo brevi ſtipata, lenticulari-compreſſa (b.), tuberculis acutis undique ſcabrata & inter horum interſtitia foraminulis cœcis pertuſa, ſordide nigricantia. Integ. duplex: *exterius* cruſtaceum, durum, fragile, e ſuperficie ſua interiore (*a.*) proceſſus ſubulatos cavos & foraminulis externis reſpondentes promens, qui alte in albumen penetrant; *interius* tenuiſſimum, pallidum. Albumen (c. d.) ſeminis conforme & pariter pedunculo ſtipatum, profunde foraminulentum, carnoſum, album. Embr. (e. e.) albumine paulo minor, luteſcens. Cotyl. ovato-cordatæ, juxta apicem ad alterum latus quaſi præciſæ, planæ, foliaceæ, omnium tenuiſſimæ. *Rad.* brevis, obtuſa, in contrariam a ſeminis pedunculo plagam directa.

Hondalæ nomen diverſis plantis a Zinghalis tribuitur, ita præter modo dictam, etiam *Clematis indica purpurea, foliis profunde inciſis, radice ampla tuberoſa.* HERM. & *Bryonia Zeylanica folio quinquepartito.* BURM. Hondalæ nomen gerunt. Incertum igitur, nonne ſemina noſtra ſint Clematidis purpureæ? at certiſſimum id, quod Bryoniæ eſſe nequeant.

GARDENIA. vid. Vol. I. p. 140.

GARDENIA Rothmannia. Tab. 177. fig. 4.

Rothmannia capenſis. THUNB. *act. holm. 1776. p. 65. t. 2.*

Gardenia inermis, corollis acutis ſubcampanulatis, calyce glabro, foliis oblongis acutis. THUNB. *diſſ. n. 6.* LINN. *ſyſt. veg. 252.*

A Cl. THUNBERG. cum ſequenti.

Bacca

Bacca turbinata (a.), corticata, ſupra umbone conico rugato atque ſulcato faſtigiata, infra in baſin roſtratam gracileſcens & ex ea ſulcis elevatis nodulosis diſtantibus ſubduodenis longitudinaliter ſtriata, nigra, ſubbilocularis. Cortex (b.) coriaceus, per ætatem fragilis, tenuis, interne ad ſulcorum ſedem quaſi plicatus. Caro ſpongioſa, nigricans aut fuſca, cum cortice tantum uno, duobus, aut tribus locis cohærens, cetera vero ab illo diſcreta & tota ſolida, ut circa peripheriam duntaxat diſſepimentorum rudimenta quædam adeſſe videantur. Receptac. nullum, ſed ſemina abſque ordine in pulpa nidulantia. Semina (c.) plurima, irregulariter ovata, lenticulari-compreſſa (d.), nigro-fuſca, opaca. Integ. ſimpliciſſimum, tenuiſſimum, arctiſſime adnatum. Album. cartilagineum, durum, coloris pallide cornei. Embryo (e. E.) dimidio albumine brevior. *Cotyl.* orbiculatæ, trinerviæ, tenuiſſimæ. *Rad.* extrorſum craſſeſcens, vaga.

Baccam haud incongrue unilocularem duntaxat ſtatuit THUNB. *l. c.*

GARDENIA Thunbergia. ibid.

Thunbergia capenſis. MONT. *act. holm. 1773. p. 288. t. 11.*

Gardenia inermis, corollis obtuſis, calyce tereti, foliis ovatis acutis. THUNB. *diſſ. n. 3. t. 2. f. 6.* LINN. *ſyſt. veg. l. c.*

Bacca ovalis (a.), grandis, e ſtramineo pallida, corticata. Cortex lignoſus, craſſiſſimus, ex epidermide tenui rugoſula, & ex fibris ligneis filiformibus compaginatus, intus ſtipatus diſſepimentis quatuor incompletis anguſtis coriaceis. Caro mollis, in vetuſto fructu rufeſcens, undique ſeminibus nidulantibus referta, & juxta peripheriam ſaltem in quatuor lobos, neutiquam autem in vera loculamenta diviſa. Semina (b.) numeroſa, præcedentibus per ſingula puncta ſimillima, niſi quod paulo magis compreſſa (c.). Embryo (d. D.) atro-viridis. *Cotyl.* ellipticæ, trinerviæ. *Rad.* longiuſcula, vaga.

Ingens datur diſcrimen, reſpectu pericarpii, inter plantas ad Gardeniam vulgo relatas. Si tamen omnes unius ſint generis naturalis, melius ſane ex fructu, quam ex ulla alia parte, differentiæ earum ſpecificæ poterunt hauriri.

ANDROMEDA. vid. Vol. 1. p. 304.

ANDROMEDA japonica. Tab. 178. fig. 2.

Andromeda racemis paniculatis cylindricis bracteatis, foliis ellipticis reflexis apice ſerratis. THUNB. *jap. 181. t. 22.* LINN. *ſyſt. veg. 407.*

A Cl. HOUTUYN.

Racemi frugiferi (a) filiformes, flexuoſi, bracteati. Capſula (a. A.) globoſa, obſoletiſſime pentagona, baſi calyce perſiſtente & patente munita, apice leviter

leviter umbilicata, quinquelocularis (B.), quinquevalvis. Valvulæ chartaceæ, tenues, ſplendentes quaſi vernice obductæ, ruſeſcenti-luteæ, inferne lata macula fuſca notatæ. Receptac. fungoſum, centrale, quinquelobum. Semina (c. C.) oblonga, angulata, utrinque attenuata, ferruginea. Alb. (D. E.) ſemini conforme. Embr. (E.) teretiuſculus, lacteus.

CORCHORUS. vid. Vol. 1. p. 307.

CORCHORUS capſularis. Tab. 179. fig. 6.

Alcea olitoria, ſ. Corchorus americanus, prælongis foliis, capſula ſtriata ſubrotunda brevi. PLUK. *phyt. t. 255. f. 4.*

Corchorus capſulis ſubrotundis depreſſis rugoſis, foliorum ſerraturis infimis ſetaceis. LINN. *ſyſt. veg. 501.*

Capſula (a. b.) ſuberoſa, globoſa, depreſſiuſcula, decemſulcata & in ſulcorum dorſo irregulariter tuberculato rugoſa, pſeudodecemlocularis, decemvalvis. Loculamenta quinque *majora* (b.) fertilia, gemino ſeminum ordine ſtipata; *minora* totidem, ad interſtitia priorum juxta peripheriam poſita, ſterilia, vacua. Semina (c.) numeroſa, angulata, ferrugineo-fuſca. Integumenta, chalaza, albumen (D.) & embryo (E), prorſus ut in ſupra deſcriptis.

IPOMOEA. vid. ſupra p. 247.

IPOMOEA zeylanica. Tab. 178. fig. 1.

Kiri-tiella. Zeyloneus. E collect. ſem. hort. lugdb.

Bacca (a. b.) globoſa, carnoſa, in acutum mucronem apice deſinens, nunc penitus rotunda (a. c.), nunc vero obſolete rotundato-tetragona, pallide viridis, glabra, corticata. Cortex modice craſſus (c. d.) carnoſus, a pulpa facile ſeparabilis. Pulpa ſpongioſa, quadri — aut per abortum, bilocularis (c. d.); loculis membrana propria veſtitis, nec cum ſemine cohærentibus. Semina ſolitaria, in baccis bilocularibus gemina (c.), plano-convexa; in quadrilocularibus quaterna (d.), hinc convexa (f.), inde angulata (e.), e cinereo fuſca. Integ. exterius coriaceum, craſſum, glabrum. Album. pulpoſo-membranaceum, intra cotyledonum plicas demerſum. Embr. (G.) albicans, chryſaloideo-contortuplicatus. Rad. infera.

A reliquis hujus generis ſpeciebus, præter modo dictam pericarpii fabricam, eſſentialiter quoque differt: foliolis floralibus (x.) ſub ſingulo calyce ſingulis, lanceolatis, ſeſſilibus, perſiſtentibus & calyce ſuo triplo longioribus.

MEME-

MEMECYLUM. vid. ſupra p. 206.

MEMECYLUM umbellatum β. Tab. 179. fig. 2.

Bacca ſubgloboſa (a.), didyma, calyce obtuſe quadridentato coronata, unilocularis (b.), diſperma, glabra, pallide ſtraminea. Cortex per vetuſtatem tenuiſſimus & quaſi chartaceus. Calycis tubus intus lævis, absque ullo ſtriarum veſtigio. Semina duo (c.), hemiſphærica, lævigatiſſima, ſplendentia, gilva. Album. prorſus nullum. Embr. (d. e.) curvatus, albus. Cotyl. in globum convolutæ. Rad. ſubulata, curva, infera.

Differt a Memecylo ſupra deſcripto: 1.) Baccis multo minoribus. 2.) Corticе tenuiore & glabro. 3.) Calyce intus nequaquam ſtriato. 4.) Seminibus ſæpius geminis. Et 5.) Pedunculis baccarum longiuſculis ac manifeſte corymboſis.

Hæc absque ullo dubio eſt Samara *læta* L. ſed genericus character linnæanus, quoad ſitum floris & fructus, certiſſime eſt erroneus.

TETRAGONIA. vid. ſupra p. 204.

TETRAGONIA cornuta. Tab. 179. fig. 3.

Tetragonia herbacea, ramis expanſis elongatis, foliis parabolicis, floribus plerumque ſolitariis, fructu cornuto. MURR. *comm. goett. 1783. t. 5.* LINN. *ſyſt. veg. 467.*

Ex herbario Bankſiano.

Drupa exſucca (a. a.), infera, ſubturbinata, rhombeo-compreſſa (d.), obſolete ſulcata, calyce connivente quadridentato coronata, quadricornis. Cortex herbaceo membranaceus, ſuperne in calycem — & inferne in pedunculum deſinens; intus autem inter baſin putaminis atque principium pedunculi cavitate ſubhemiſphærica (c. c.), inani aut ſubſtantia araneoſo-celluloſa repleta, exſculptus. Putamen (b. c. c. d.) ſuboſſeum, fructu dimidio fere brevius, vertice ſuo nudo, ferrugineo, 6 - l. 8 tuberculato (b.) intra calycis cavitatem prominens, cetera autem a cortice tectum, quadricorne, octo ſulcatum (c. c.), ſex - l. octoloculare (d.). Semina (e. E.) ſolitaria, uncinato - conduplicata, ſurſum attenuata, rubro - ferruginea. Integ. ſimplex, membranaceum. Alb. (F.) tenue, farinoſum, niveum, embryonem includens. Embryo (F.) inverſus, luteſcens, uncinato - curvatus. Rad. ſupera.

FICUS.

F I C U S. vid. ſupra p. 66.

Ficus religioſa. Tab. 179. fig. 5.

Arealu. Rheed. *mal. 1. p. 47. t. 27.*

Ficus foliis cordatis oblongis integerrimis acuminatiſſimis. Linn. *ſyſt. veg.* 921.

E collect. ſem. hort. lugdb.

Fructus (a. b. c.) magnitudine nucis avellanæ minoris, leviter turbinatus, per exſiccationem tenuis, chartaceus, gilvus, baſi (a) munitus bractea florali monophylla, repande lobata, apice autem (b.) ſtipatus ſquamulis tribus minutulis, conniventibus, aperturam verticis claudentibus. Cavitas interna (c.) tota floſculis farcta. Floſculi feminei (d. D.) trifidi, nigro-fuſci. Semina (e. E.) parvula, globoſa, albicantia, glabra, cruſtacea, longo funiculo umbilicali capillari hærentia. Nucleus defuit.

Semina nigra dixit Rheede l. c. quod utique de floſculis ſemina involventibus, non autem de ſeminibus ipſis verum.

Etiam in hac ſpecie pericarpium proprium eſt mera pellucida pulpoſa, per maturitatem exareſcens & ſemen arcte claudens: hinc omnino *Drupæ* nomen in charactere Ficus *Caricæ* expungendum, & ejus loco *Utriculus pulpoſus* ponendus.

H E M E R O C A L L I S. vid. ſupra p. 14.

Hemerocallis cordata. Tab. 179. fig. 5.

Hemerocallis foliis cordatis venoſis. Thunb. *jap. 143.*

Jamma - ſakuſo. japon. A Cl. Houtuyn.

Capſula pollicaris longitudinis, ovata, angulata, ſexlocularis, ſexvalvis (*Thunb.*). Semina (a. b.) obovato - triangula, foliaceo - compreſſa, diaphana, marginata. Margo tenuiſſimus, latiſſimus, membranaceus, aureo ſplendens, transparens, a baſi verſus nucleum duabus lineis opacis notatus, quarum altera a funiculo umbilicali rectiuſcula, altera vero ſigmoidea, & ad albuminis latus flexa. Nucleus per integumentum externum transparens, obovatus, ferrugineo - fuſcus. Albumen (c. d.) ſemine multo anguſtius, carnoſum, durum, album, ſubpellucidum. Embryo (d. D.) minutulus, ovato - oblongus, compreſſus, niveus.

Etſi ab ipſo Cl. Thunbergio per litteras certior factus ſim, quod ſemina noſtra omnino ſint *Hemerocallidis cordatæ;* nondum tamen convictus ſum, quod ipſum Jamma - ſakuſo ſit genuina Hemerocallidis ſpecies, quandoquidem fructu ſuo, a vulgari, per ſingula puncta differat.

BARBARE.

B A R B A R Æ.

BALANGUE. Tab. 180. fig. 3.

E Madagafc. A Sereniff. Princ. CAROLINA March. Bad.

Bacca (a.) globofa, carnofa, atra, uni-aut bilocularis (b.), fepto membranaceo aut nullo. Recept. nullum; femina fundo baccæ affixa. Semina (c. d. e.) duo, obcordata, hinc gibba (c), inde plana (d. e.), fordide albicantia, arillata. *Arillus* (f.) completus, integerrimus, chartaceus, aridus, femen arcte claudens, nec nifi laceratione folvendus. Integum. proprium duplex: *exterius* (g.) craffum, offeum, ad bafin foramine umbilicali pertufum; *interius* membranaceum, fanguineum, aquam etiam colore rubicundo tingens. Albumen (h.) femini conforme, carnofum, album. Embr. (h. l.) magnitudine fere albuminis, gramineo-viridis. *Cotyl.* foliaceæ, planæ, aveniæ, emarginato-femilunatæ. *Rad.* teretiufcula, brevis, recta.

Proxime diftat a Nyctanthe; fed embryonis forma aliquantum diverfa & verus ejus in fructu fitus hactenus eft ignotus, quum baccas nonnifi valde mutilas viderim.

CUCUMEROIDES. Tab. 180. fig. 4.

Ex Japonia. A Cl. Houttuyn.

Semina (a. b. c.) fubtriangula, leviter compreffa, in medio cincta fafcia (α. α.) protuberante, latiufcula, elevato punctata & in mucronem compreffum definente; ad latera autem porrecta in duas apophyfes (β. β.) horizontales, breves, apice truncatas atque perforatas. Color totius feminis e fpadiceo ferrugineus. Integum. triplex: *extimum* (b.) cruftaceum, craffum, triloculare: loculo medio (c.) feminifero; lateralibus autem fterilibus vacuis; *medium* membranaceum, tenuiffimum, argenteo fplendens, omnibus loculamentis commune; *intimum* arachnoideum, pallidum, foli embryoni proprium. Albumen nullum. Embr. (c. d. e.) loculamento medio conformis. *Cotyl.* carnofæ, plano-convexæ (d. e.). *Plum.* minutiffima, acicularis. *Rad.* acuminata, brevis.

Cum feminibus Bryoniæ *laciniofæ* proximam affinitatem habent hæc fingulariffima femina. Genus fibi ignotum teftatur Cl. Thunberg. *in litt.*

EDOKKE

EDOKKE zeylonens. Tab. 180. fig. 7.

E collect. ſem. hort. lugdb.

Capſula coriacea, ovata l. obovata (a. b.), ſpinis acicularibus (y. Y.), retrorſum ſcabris & caducis undique obtecta, obſolete tetragona, unilocularis (c. d.), quadrivalvis (d): Valvularum ſuturis introrſum porrectis (c. d.), ut interna cavitas evadat quadriloba, aut quadrilocularis. Recept. nullum. Semina . . . . in pulpa capſulam replente nidulantia?

GIEK zeylonens. Tab. 180. fig. 8.

E collect. ſem. hort. lugdb.

Drupa carnoſa, parva (a. b.), ovato-reniformis, turgide lenticularis, deorſum gibba, rubra. Caro pulpoſa, per ætatem exareſcens, ut ſola cuticula rugoſa putamini ſuperinducta ſit. Putamen (b. B. C. D.) oſſeum, craſſiuſculum, ſcrobiculatum, uniloculare (C.), evalve. Semen unicum, cavitati putaminis (D) conforme. Nucleus defuit.

KOON zeylonens. Tab. 180. fig. 11.

E collect. ſem. hort. lugdb.

Nuces una plures receptaculo communi affixæ. Putamen (a. b.) obovatum, a lateribus compreſſiuſculum, cruſtaceum, durum, tenue, evalve, glabrum, ferrugineum aut caſtaneum, ad baſin deraſum & in duo tubercula albo-calcarea (*α. α. α.*) protuberans; intus ſemibiloculare: ſepto verticali cruſtaceo a baſi ad mediam nucis cavitatem (b.) porrecto. Semen unicum (c.), nucis cavitati conforme, ſ. hamato-conduplicatum. Integum. proprium duplex: *exterius* membranaceum, aridum, ſpadiceo nigrum, venis niveis, quaſi calcareis, pictum; *interius* ſubſpongioſum, ferrugineum. chalaza tuberculata fuſca in ſeminis crure craſſiore & longiore terminatum. Albumen prorſus nullum. Embr. (d.) ſemini conformis, amygdalino-carnoſus, albus. *Cotyl.* craſſæ, incumbentes, per maturitatem pertinaciſſime inter ſe coalitæ, ut ſaltem linea depreſſa, diviſionis index, in utroque latere ſuperſit. *Rad.* conica, brevis, in crure embryonis tenuiore & breviore.

Nullum plane dubium eſt, quin hæ nuces ſint genuinus fructus Ochnæ *zeylanicæ* Schreb. *gen. n. 891.* Receptaculum commune mihi videre non contigit, quia omnes nuces erant ſolutæ.

MORE

MORE zeylonens. Tab. 180. fig. 5.

E collect. sem. hort. lugdb.; ex seminar. Chelseano; & ex ins. Mauritii per Cl. HERMANN. Prof. argent.

Semina subglobosa (a. b.), coriaceo-nucamentacea, anthracina aut e ferrugineo-nigra, splendentia: basi derasa albicante. Integ. duplex: *exterius* coriaceum, tenue, per ætatem fragile; *interius* membranaceum, vasis & rugis obsoletis arcuatis (b.) inscriptum, cinerascens. Albumen nullum. Embryo (c. d. e. f.) semini conformis, subglobosus, basi leviter depressus (d.) s. aliquantum concavus, sordide albicans. *Cotyl.* (e. f.) hemisphæricæ. *Rad.* minutula (f.) basin seminis respiciens.

Similitudinem habent cum seminibus *Paviæ*. Conf. EHRET. *dec. t.* 75.

PITE-HEDDIJA javan. Tab. 180. fig. 2.

E collect. sem. hort. lugdb.

Bacca subglobosa, per ætatem coriacea, trisulca (a.), trilocularis (b.). Dissepimenta tenuia, sulcis externis respondentia. Recept. nullum, sed semina supremis loculamentorum fornicibus umbilicis suis derasis late affixa. Semina (c. c.) unum aut duo in singulo loculo, grandiuscula, nucamentacea, varie & irregulariter angulata, saturate castanea, sublucida, ad umbilicum ampla area derasa pallida notata. Integ. exterius (d.) crassum, osseo-crustaceum. Nucleus defuit.

TERME javan. Tab. 180. fig. 1.

E collect. sem. hort. lugdb.

Drupa parva carnosa. Putamen lapideum, depressiusculum, superne (a) mucrone brevi tetragono-pyramidata, & ex eo, sulco cruciato insignitum, inferne (b.) torulis octo, per paria junctis, exaratum & in media basi, canali tetragono (b. c.) perforatum, quadriloculare (c.), evalve. Recept. funiculi umbilicales, ex canali axeos, per propria in mediis loculamentis foramina, ad semina pertingentes. Semina (d. e.) solitaria, ovata, sursum acuminata, hinc convexa (d. d.), inde angulata (e.) & in medio angulo scrobiculo umbilicali notata, rufescentia. Nucleus defuit.

WAL-TIEDDE & KEIPISAN zeylonens. Tab. 180. fig. 12.

E collect. sem. hort. lugdb.

Semina (a. A. B.) obovata, curvato-conduplica, utrinque quadrisulcata: sulcis duobus exterioribus pulchre crenulatis, interioribus autem glabris, omnibus cum peripheria parallelis. Funiculus umbilicalis setaceus (B.), mediæ curvaturæ ventrali insertus. Integ. duplex: *exterius*, figuræ modo dictæ, crustaceum, tenue, fragile, cinereo - fuscum; *interius* membranaceum, pallidum. Albumen (c. C. D.) carnosum, tenue, album, uncinato-curvatum: curvatura dorsali convexa longitudinaliter striata; ventrali vero plana aut subconcava glabra. Embryo (D. E.) longitudine fere albuminis, linearis, compressus, uncinatus, albus. *Cotyl.* breves incumbentes. *Rad.* longa, in seminis crure longiore posita.

Utrum hæc semina nuda, utrumve pericarpio inclusa sint, hactenus ignotum est.

F I N I S.

INDEX GENERUM UNIVERSALIS.

Numeri romani Volumen, arabici anteriores paginam, posteriores tabulam indicant.

Abroma.	I	306	64	Aira.	I	4	1
Abrus.	II	328	164	Aizoon.	I	370	75
Absinthium.	II	393	151	Alcanna.	II	133	110
Abutilon.	II	251	135	Alchemilla.	I	346	73
Acacia.	II	317	148	Alectryon.	I	216	46
Acajuba.	I	192	40	Aletris.	I	54	15
Acalypha.	II	115	107	Alisma.	II	22	84
Acanthus.	I	253	54	Allamanda.	I	293	61
Acer.	II	166	116	Allium.	I	56	16
Achillea.	II	426	168	Alnus.	II	54	90
Achyranthes.	II	214	128	Aloë.	I	67	17
Achyrophorus.	II	370	159	Alopecurus.	I	2	1
Acnida.	II	197	126	Alpinia.	I	36	12
Aconitum.	I	311	65	Alsine.	II	223	129
Acorus.	II	27	84	Alstroemeria.	I	41	13
Actæa.	II	154	114	Althæa.	II	258	136
Adansonia.	II	253	135	Alyssum.	II	282	141
Adenanthera.	II	319	149	Amaranthus.	II	215	128
Adonis.	I	355	74	Ambrosia.	II	417	164
Adoxa.	II	141	112	Amellus.	II	459	173
Ægiceras.	I	216	46	Amethystea.	I	315	66
Ægilops.	II	467	175	Ammannia.	II	142	112
Ægopodium.	II	274	140	Ammi.	I	98	22
Ægopricon.	II	266	138	Amorpha.	II	305	144
Æschynomene.	II	347	155	Amygdalus.	II	74	93
Æthusa.	I	94	22	Anabasis.	I	374	77
Ageratum.	II	398	165	Anacardium.	I	191	40
Agrimonia.	I	347	73	Anacyclus.	II	397	165
Agrostemma.	II	228	130	Anagallis.	I	230	50

Ananas. I 30 11
Anastatica. II 286 141
Anaxeton. II 406 166
Anciſtrum. I 163 32
Andrachne. II 124 108
Andromeda. I 304 63 II 481 178
Androſace. I 232 50
Androſæmum. I 282 59
Andryala. II 361 158
Anemone. I 357 74
Anethum. I 91 21
Angelica. II 29 85
Anguillaria. I 372 77
Aniſum. I 102 23
Annona. II 193 125 138
Antelæa. I 277 58
Antennaria. II 410 167
Anthemis. II 433 169
Anthericum. I 55 16
Anthiſtiria. II 465 175
Anthyllis. II 307 145
Antichorus. II 144 112
Antideſma. I 188 39
Antirrhinum. I 248 53
Antitragus. II 7 80
Apeiba. II 187 121
Aphanes. I 346 73
Aphyteja. II 261 137
Apium. I 99 22
Apluda. II 466 175
Apuleja. II 439 171
Aquifolium. II 72 92
Aquilegia. II 175 118
Aquilicia. I 275 57 II 127 108
Arachis. II 302 144
Arbutus. I 284 59
Arctotis. II 438 172
Ardiſia. II 78 94
Areca. I 19 7
Arenaria. II 232 130
Argemone. I 287 60
Argyrocome. II 410 167
Ariſtolochia. I 45 14
Arnica. II 451 173
Arnoſeris. II 355 157
Artedia. II 32 85
Artemiſia. II 387 164
Arum. II 19 84
Aſarum. I 47 14
Aſclepias. II 170 117
Aſcyrum. I 297 62
Aſpalathus. II 304 144
Aſparagus. I 58 16
Aſphodelus. I 68 17
Aſter. II 449 170
Aſteropterus. II 460 173
Aſtragalus. II 339 154
Aſtrantia. I 78 22
Athanaſia. II 398 165
Athecia. I 141 28
Atractylis. II 381 161
Atragene. I 356 74
Atraphaxis. II 181 119
Atriplex. I 361 75
Atropa. II 240 131
Aubletia. I 379 78
Axyris. II 210 128
Ayenia. I 382 79
Azalea. I 301 63

Baccharis.	II	405	166
Bactris.	II	269	139
Badamia.	II	90	97
Baeckea.	I	157	31
Balanopteris.	II	94	98 99
Balangue.	II	485	180
Balſamina.	II	151	113
Baltimora.	II	443	169
Baniſteria.	II	167	116
Banksia.	I	220	47 48
Barleria.	I	253	54
Baryoſma.	II	73	93
Barnadeſia.	II	460	0
Barringtonia.	II	96	101
Bartramia.	II	137	111
Baſella.	II	200	126
Baſſia.	II	104	104
Begonia.	I	156	31
Bellis.	II	419	168
Bellium.	II	461	0
Berberis.	I	200	42
Bermudiana.	I	32	11
Besleria.	I	241	52
Beta.	I	359	75
Betula.	II	53	90
Bidens.	II	412	167
Bignonia.	I	240	52
Biſcutella.	II	278	141
Biſerrula.	II	340	154
Bixa.	I	292	61
Blaeria.	I	265	56
Blakwellia.	II	169	117
Blitum.	II	200	126
Bocconia.	I	204	44
Boerhavia.	II	208	127
Borago.	I	323	67
Boſea.	I	376	77
Bradleja.	II	127	109
Braſſica.	II	295	143
Briza.	I	4	1
Browallia.	I	246	53
Brunia.	I	152	30
Brunnichia.	I	213	45
Bryonia.	II	46	88
Bubon.	I	102	23
Buchnera.	I	259	55
Buddleja.	I	226	49
Buffonia.	II	220	129
Bulbine.	I	41	13
Bunias.	II	289	142
Bunium.	II	273	140
Buphthalmum.	II	434	169
Bupleurum.	I	97	22
Butomus.	I	74	19
Buxus.	II	125	108
Cacalia.	II	400	166
Cacao.	II	190	122
Cachrys.	II	274	140
Cæſalpinia.	II	301	144
Cactus.	II	265	138
Cakile.	II	287	141
Calamus.	II	267	139
Calea.	II	408	174
Calceolaria.	I	296	62
Calcitrapa.	II	376	163
Calendula.	II	421	168
Calla.	II	20	84
Callicarpa.	II	80	94
Callitriche.	I	330	68

Calo-

Calophyllum.	I	200	43
Caltha.	II	176	118
Camirium.	II	194	125
Campanula.	I	153	31
Canarium.	II	98	102
Canella.	I	373	77
Canna.	I	37	12
Cannabis.	I	357	75
Capnoides.	II	163	115
Capnophyllum.	II	32	85
Capraria.	I	250	53
Caprifolium.	I	135	27
Capſicum.	II	241	132
Caranda.	II	17	83
Cardamine.	II	294	143
Cardioſpermum.	I	381	79
Carduus.	II	377	162
Carex.	I	12	2
Carlina.	II	384	163
Carpeſium.	II	387	164
Carpinus.	II	52	89
Carthamus.	II	375	161
Carum.	I	106	23
Caryolobis.	I	215	45
Caryophyllus.	I	167	33
Caryota.	II	20	7
Caſſia.	II	313	147
Caſſine.	II	70	92
Caſſyta.	I	133	27
Caſtanea.	I	181	37
Caſuarina.	II	63	91
Catananche.	II	356	157
Catappa.	II	206	127
Caucalis.	I	81	20
Ceanothus.	II	110	106
Cedrela.	II	84	94
Ceiba.	II	244	133
Celaſtrus.	II	85	95
Celoſia.	II	215	128
Celſia.	I	262	55
Celtis.	I	374	77
Cenchrus.	II	4	80
Centunculus.	I	228	50
Cephalanthus.	II	41	86
Ceraſtium.	II	231	130
Ceratocarpus.	II	209	127
Ceratonia.	II	310	146
Ceratophyllum.	I	212	44
Cerbera.	II	192	123
Cercis.	II	303	144
Cercodia.	I	164	32
Cerinthe.	I	321	67
Cervaria.	I	90	21
Ceſtrum.	I	378	77
Chærophyllum.	I	107	23
Chamælea.	I	342	70
Chamæmelum.	II	426	168
Chamæriphes.	I	25	9
Chamitis.	I	94	22
Chara.	II	25	84
Cheiranthus.	II	296	143
Chelidonium.	II	164	115
Chelone.	I	256	54
Chenopodium.	I	360	75
Chiococca.	I	125	26
Chionanthus.	I	189	39
Chironia.	II	156	114
Chlamydia.	I	71	18
Chondrilla.	II	362	158
Chryſanthemum.	II	420	168

Chrysocoma. II 403 166
Chrysogonum. II 436 174
Chrysosplenium. I 208 44
Cicer. II 326 151
Cichorium. II 357 157
Cicuta. I 100 22
Cimicifuga. II 275 140
Cinchona. I 169 33
Cineraria. II 446 170
Circæa. I 114 24
Cirsellium. II 454 163
Cirsium. II 383 163
Cistus. I 370 76
Citharexylum. I 270 56
Citrus. II 189 121
Claytonia. II 221 129
Clematis. I 353 74
Cleome. I 368 76
Cleonia. I 318 66
Cleophora. II 185 120
Clerodendrum. I 271 57
Clethra. I 301 63
Clibadium. II 394 0
Clitoria. II 321 149
Clutia. II 117 107
Clypeola. II 283 141
Cnicus. II 385 162
Coccoloba. I 214 45
Coccos. I 15 4.5.6
Codon. II 87 95
Coffea. I 118 25
Colchicum. I 70 18
Coldenia. I 329 68
Collinsonia. I 317 66
Colutea. II 342 154
Comarum. I 349 73
Combretum. I 176 36
Commelina. I 49 15
Commersonia. II 79 94
Comptonia. II 58 90
Conocarpus. II 470 177
Convallaria. I 59 16
Convolvulus. II 247 134
Conyza. II 405 166
Corchorus. I 307 64 II 482 179
Coreopsis. II 457 171
Coriandrum. I 93 22
Corispermum. I 361 75
Cornus. I 126 26
Coronilla. II 344 155
Coronopus. II 293 142
Corrigiola. I 358 75
Cortusa. I 231 50
Corylus. II 52 89
Corymbium. II 42 86
Corypha. I 18 7
Cotula. II 388 165
Crambe. II 292 142
Crepis. II 364 158
Crinum. II 15 83
Critonia. II 411 174
Crotalaria. II 316 148
Croton. II 118 107
Crucianella. I 111 24
Cucubalus. I 376 77
Cucumeroides. II 485 180
Cucumis. II 47 88
Cucurbita. II 49 88
Cuminum. I 107 23
Cupania. II 469 177

Cuphea.

Cuphea.	I	210	44
Cupressus.	II	64	91
Curculigo.	I	63	16
Cuscuta.	I	297	62
Cuspidia.	II	454	171
Cyanella.	I	68	17
Cyanus.	II	382	161
Cymbaria.	I	252	53
Cyminosma.	I	280	58
Cynanchum.	II	171	117
Cynocrambe.	I	362	75
Cynoglossum.	I	323	67
Cynometra.	II	350	156
Cynosurus.	I	5	1
Cyperus.	I	9	2
Cysticapnos.	II	161	115
Dais.	I	187	39
Dalea.	I	235	51
Dammara.	II	100	103
Datisca.	I	147	30
Daucus.	I	79	20
Delima.	II	112	106
Delphinium.	I	310	65
Dianthera.	I	240	51
Dianthus.	II	227	129
Digitalis.	I	247	53
Diodia.	I	121	25
Doscorea.	I	66	17
Diosma.	II	82	94
Diospyros.	II	478	179
Dipsacus.	II	39	86
Disparago.	II	463	173
Ditoca.	II	196	126
Dodartia.	I	245	53
Dodecatheon.	I	232	50
Dodonæa.	II	134	111
Dolichos.	II	322	150
Dombeja.	II	259	137
Doronicum.	II	458	173
Draba.	II	284	141
Dracæna.	I	57	16
Dracocephalum.	I	319	66
Drosera.	I	291	61
Dryas.	I	352	74
Drypis.	II	218	128
Duranta.	I	272	57
Echinops.	II	385	160
Echium.	I	326	67
Eclipta.	II	441	169
Eclopes.	II	440	169
Edokke.	II	486	180
Elæis.	I	17	6
Elæocarpus.	I	202	43
Elæodendrum.	I	274	57
Elatine.	II	142	112
Elephanthopus.	II	414	165
Eleusine.	I	7	1
Elichrysum.	II	404	166
Emblica.	II	122	108
Embryopteris.	I	145	29
Empetrum.	II	107	106
Enargea.	I	283	95
Entoganum.	I	331	68
Epacris.	II	77	94
Epidendrum.	I	47	14
Epilobium.	I	157	31
Erica.	I	302	63
Erigeron.	II	448	170

Erinus.

Erinus. I 261 55
Eriocaulon. II 14 83
Eriocephalus. II 428 168
Eriolithis. II 277 140
Eriophorum. I 10 2
Erithalis. I 129 26
Erucaria. II 298 143
Ervum. II 328 151
Eryngium. I 77 20
Erysimum. II 297 143
Ethulia. II 389 164
Evax. II 393 165
Evonymus. II 149 113
Euparea. I 230 50
Eupatorium. II 401 166
Euphrasia. I 257 54
Evodia. II 100 103
Euterpe. Evonymus 149. 113. I 24 9. II 269 139
Exacum. II 158 114
Excoecaria. II 126 108

Fabricia. I 175 35
Fagara. I 334 68
Fagonia. II 153 113
Fagopyrum. II 182 119
Fagus. I 182 37
Favonium. II 431 174
Fedia. II 36 86
Ferula. II 28 85
Ficus. II 66 91. 484 179
Filago. II 404 166
Flagellaria. I 61 16
Fœniculum. I 104 23
Forskohlea. I 232 68
Fragaria. I 350 73
Fraxinella. I 337 69
Fraxinus. I 222 49
Fritillaria. I 63 17
Fumaria. II 162 115

Galium. I 109 24
Ganitrus. II 271 140
Gardenia. I 140 28 II 480 177
Garidella. II 174 118
Gaura. II 205 127
Gaulteria. I 306 63
Gazania. II 451 173
Gelonium. II 271 139
Genista. II 329 151
Gentiana. II 159 114
Geranium. I 383 79
Geropogon. II 374 160
Gesnera. II 471 177
Geum. I 351 74
Giek. II 486 180
Gladiolus. I 31 11
Glaucium. II 165 115
Gleditsia. II 311 146
Glinus. II 236 130
Globularia. I 211 44
Gloriosa. I 69 18
Glycine. II 342 154
Glycyrrhiza. II 319 148
Gmelina. I 268 56
Gnaphalium. II 391 166
Gomphrena. II 216 128
Gorteria. II 427 171
Gossypium. II 246 134
Granadilla. I 289 60 II 479 177
Gratiola. I 251 53

Greggia.

Greggia. I 168 33
Grewia. II 112 106
Grielum. I 180 36
Grossularia. I 143 28
Grumilea. I 138 28
Guajacum. II 148 113
Guajava. I 185 38
Guettarda. I 179 36
Guilandina. II 315 148
Gundelia. II 386 163
Gustavia. II 264 138
Gyrinops. II 276 140
Gyrocarpus. II 92 97

Hæmanthus. I 31 11
Halesia. I 160 32
Hasselquistia. I 84 21
Hebenstretia. I 238 51
Hedera. I 130 26
Hedypnois. II 373 160
Hedyotis. I 148 30
Hedysarum. II 346 155
Helenia. II 438 169
Helianthemum. I 371 76
Helianthus. II 443 172
Heliconia. II 270 139
Helicteres. I 308 64
Heliocarpus. I 225 49
Heliotropium. I 329 68
Helleborus. I 310 65
Helmintia. II 368 159
Hemerocallis. II 14 83. 484 179
Heptapleurum. II 472 178
Hermannia. II 146 112
Hermas. II 30 85
Hernandia. I 195 40.
Heuchera. I 177 36
Hibiscus. II 250 134
Hieracium. II 360 158
Hippia. II 390 164
Hippocastanum. II 135 111
Hippophaë. I 199 42
Hippuris. II 24 84
Hiptage. II 169 116
Holcus. II 2 80
Holosteum. II 231 130
Hordeum. II 10 81
Houstonia. I 226 49
Hugonia. I 281 58
Hyacinthus. I 37 12
Hydnocarpus. I 288 60
Hydrangea. I 150 30
Hydrocotyle. I 95 22
Hydrolea. I 263 55
Hydrophyllum. II 133 110
Hymenea. II 305 145
Hyophorbe. II 186 120
Hyoscyamus. I 369 75
Hyoseris. II 372 160
Hypecoum. II 164 115
Hypericum. I 300 62
Hyphæne. I 28 10 II 13 82
Hypochæris. II 374 160
Hypoxis. I 33 11

Iacobæa. II 445 170
Iambolifera. I 178 36
Iasione. I 149 30
Iasminum. I 196 42
Iatropha. II 121 108

Iberis.

Iberis.	II	279	141
Ignatia.	II	477	179
Illicium.	I	338	69
Imperatoria.	I	90	21
Indigofera.	II	317	148
Inula.	II	449	170
Ipomoea.	II 247 134.	482	178
Iris.	I	38	13
Iſatis.	II	294	142
Iſopyrum.	I	312	65
Iva.	II	394	164
Iuglans.	II	50	89
Iuncus.	I	53	15
Iungia.	I	175	35
Iuniperus.	II	62	91
Iuſſiæa.	I	158	31
Iuſticia.	I	255	54
Ixia.	I	40	13
Ixora.	I 117 25 II	88	95
Kalmia.	I	305	63
Kiggelaria.	I	206	44
Kleinhovia.	II	261	137
Knautia.	II	35	86
Knoxia.	I	121	25
Kœnigia.	II	212	128
Koon.	II	486	180
Lactuca.	II	361	158
Lagoecia.	I	103	23
Lagurus.	I	3	1
Lanciſia.	II	422	0
Lantana.	I	267	56
Lappa.	II	379	162
Lapſana.	II	353	157
Laſerpitium.	II	31	85
Lathræa.	I	242	52
Lathyrus.	II	330	152
Lavandula.	I	320	66
Lavatera.	II	256	136
Laurus.	II	68	92
Lechea.	II	222	129
Ledum.	II	145	111
Leontodon.	II	363	158
Lepidium.	II	281	141
Leptoſpermum.	I	174	35
Leyſera.	II	432	173
Libanotis.	I	84	21
Licuala.	II	268	139
Liguſticum.	II	28	85
Liguſtrum.	II	72	92
Lilium.	II	16	83
Limeum.	I	367	76
Limonia.	I	278	58
Limoſella.	I	228	50
Linum.	II	146	112
Lippia.	I	266	56
Liquidambar.	II	57	90
Liriodendrum.	II	475	178
Lithagroſtis.	I	7	1
Lithoſpermum.	I	327	67
Lobelia.	I	119	25
Loefflingia.	II	222	129
Loeſelia.	I	295	62
Lonas.	II	396	165
Lonicera.	I	132	27
Lontarus.	I	21	8
Lotus.	II	336	153
Ludwigia.	I	158	31
Lunaria.	II	288	142
Lupinus.	II	324	150

Lupulus.	I	358	75
Lychnis.	II	229	130
Lycium.	II	242	132
Lycopsis.	I	327	67
Lysimachia.	I	229	50
Lythrum.	I	269	62
Magnolia.	I	343	70
Malva.	II	254	136
Malvaviscus.	II	253	135
Mandragora.	II	236	131
Mangifera.	II	95	100
Mangostana.	II	105	105
Manicaria.	II	468	176
Manisuris.	II	468	17[illegible]
Manulea.	I	258	55
Mariscus.	I	11	2
Martynia.	II	131	110
Matricaria.	II	420	168
Mays.	I	6	1
Medicago.	II	348	155
Meesia.	I	344	70
Melaleuca.	I	172	35
Melampodium.	II	436	169
Melampyrum.	I	244	53
Melasma.	I	260	55
Melastoma.	II	203	126
Melia.	II	474	180
Melica.	II	5	80
Melicocca.	I	197	42
Melicytus.	I	205	44
Melochia.	II	153	113
Memecylum.	II 206 127.	483	179
Menispermum.	I	219 46.	70
Menyanthes.	II	157	114
Mercurialis.	II	114	107
Mesembryanthemum.	II	201	126
Mespilus.	II	43	87
Messerschmidia.	II	129	109
Metrosideros.	I	170	34
Meum.	I	105	23
Michelia.	II	263	137
Microcos.	I	273	57
Micropus.	II	389	164
Milleria.	II	423	168
Mimosa.	II	344	155
Mimulus.	I	245	53
Mimusops.	I	198	42
Mirabilis.	II	207	127
Mitella.	I	208	44
Moehringia.	II	226	129
Mollugo.	II	235	130
Moluccella.	I	320	66
Momordica.	II	48	88
Monarda.	I	318	66
Montia.	II	220	129
Montinia.	I	170	33
Moraea.	I	39	13
More.	II	487	180
Morinda.	I	144	29
Moringa.	II	314	147
Morisonia.	I	378	78
Morus.	II	199	126
Muntingia.	I	285	59
Murraja.	II	76	93
Musa.	I	28	11
Mussænda.	I	140	28
Mutisia.	II	454	0
Myagrum.	II	288	141
Myosotis.	I	328	68

Myosurus

Myosurus.	I	354	74
Myrica.	I	190	39
Myriophyllum.	I	331	68
Myristica.	I	194	41
Myrobalanus.	II	90	97
Myrrhis.	I	108	23
Myrsine.	I	281	59
Myrtus.	I	184	38
Nageia.	I	191	39
Nama.	I	209	45
Nandina.	II	69	92
Napæa.	II	259	136
Nauclea.	I	151	30
Nelitris.	I	134	27
Nelumbo.	I	73	19
Nenax.	I	165	32
Nepenthes.	II	18	83
Nephelium.	II	272	140
Nerium.	II	172	117
Nertera.	I	125	26
Neurada.	I	162	32
Nicandra.	II	237	131
Nicotiana.	I	264	55
Nigella.	II	173	118
Nitraria.	I	297	58
Nissolia.	II	309	145
Nolana.	II	242	132
Nyctanthes.	II	109	106
Nymphæa.	I	72	19
Obione.	II	198	126
Ochna.	I	341	70
Oedera.	II	464	172
Oenanthe.	I	96	22
Olax.	II	474	179
Oldenlandia.	I	147	30
Olea.	II	75	93
Omphalobium.	I	217	46
Onagra.	I	159	32
Onobroma.	II	380	160
Onobrychis.	II	318	148
Ononis.	II	343	154
Onopordum.	II	376	161
Onosma.	I	325	67
Opercularia.	I	111	24
Opetiola.	I	14	2
Ophiorrhiza.	I	264	55
Ophioxylon.	II	129	109
Ornithogalum.	I	65	17
Ornithopus.	II	345	155
Orobus.	II	327	151
Ortegia.	II	224	129
Oryza.	II	5	80
Osbeckia.	II	202	126
Osmites.	II	442	174
Osteospermum.	II	424	168
Othonna.	II	452	170
Ovieda.	I	272	57
Oxalis.	II	152	113
Pæonia.	I	309	65
Paliurus.	I	203	43
Panicum.	I	2	1
Papaya.	II	191	122
Papaver.	I	289	60
Parietaria.	II	184	119
Parilium.	I	234	51
Paris.	II	19	83
Parnassia.	I	287	60
Poronychia.	II	218	128

Parthenium.	II	429	168	Phryma.	I	363	75
Paſpalum.	II	1	80	Phylica.	I	114	24
Paſtinaca.	I	87	21	Phyllanthus.	II	125	108
Pavetta.	I	116	25	Phyllis.	I	123	25
Paullinia.	I	381	79	Phyſalis.	II	238	131
Pectinea.	II	136	111	Phyteuma.	I	149	30
Pectis.	II	455	171	Phytolacca.	I	377	77
Pedalium.	I	276	58	Picris.	II	366	159
Pedicularis.	I	246	53	Pimelea.	I	186	39
Peganum.	II	87	95	Pimpinella.	I	161	32
Pella.	I	143	28	Pinguicula.	II	140	112
Peltaria.	II	283	141	Pinus.	II	59	91
Pentapetes.	II	248	134	Piper.	II	67	92
Pentaphyllum.	I	349	73	Pirus.	II	44	87
Penthorum.	I	312	65	Piſonia.	I	367	76
Peplis.	I	237	51	Piſum.	II	331	152
Perdicium.	II	450	170	*Pite-heddija.*	II	487	180
Perſicaria.	II	180	119	Pittoſporum.	I	286	59
Petaſites.	II	406	166	Plantago.	I	236	51
Petiveria.	I	363	75	Platanus.	II	57	90
Petræa.	II	471	177	Plumbago.	I	234	50
Peucedanum.	I	88	21	Poinciana.	II	322	150
Phaëthuſa.	II	425	169	Polemonium.	I	299	62
Phaca.	II	341	154	Polycarpon.	II	224	129
Phalaris.	II	6	80	Polycnemum.	II	211	128
Pharnaceum.	II	234	130	Polygala.	I	294	62
Phaſeolus.	II	323	150	Polygonum.	II	181	119
Philadelphus.	I	173	35	Polymnia.	II	429	174
Phillyrea.	II	71	92	Polypremum.	I	294	62
Philydrum.	I	62	16	Populus.	II	56	90
Phlebolithis.	I	201	43	Porocarpus.	II	473	178
Phleum.	I	1	1	Portlandia.	I	153	31
Phlomis.	I	319	66	Portulaca.	II	212	128
Phlox.	I	299	62	Potamogeton.	II	23	84
Phoenix.	I	73	9	Praſium.	I	321	66

Premna.

Premna.	I	269	56
Prenanthes.	II	358	158
Primula.	I	233	50
Protea.	I	239	51
Prunus.	II	74	93
Pſoralea.	II	308	145
Pſychotria.	I	120	25
Pſydrax.	I	125	26
Ptelea.	I	223	49
Pterocarpus.	II	351	156
Pteronia.	II	407	167
Pugionium.	II	291	142
Pulicaria.	II	461	173
Punica.	I	183	38
Pygeum.	I	218	46
Pyrethrum.	II	430	169
Pyrola.	I	303	63
Quaſſia.	I	340	70
Quercus.	I	182	37
Queria.	II	217	128
Rajania.	I	42	14
Randia.	I	128	26
Ranunculus.	I	353	74
Raphaniſtrum.	II	300	143
Raphanus.	II	299	143
Rapiſtrum.	II	285	141
Rapuntium.	I	151	30
Rauwolfia.	I	242	52
Reſeda.	I	368	75
Reſtio.	II	12	82
Retinaria.	II	187	120
Rhagadiolus.	II	354	157
Rhamnus.	II	111	106
Rheum.	II	177	119
Rhexia.	II	143	112
Rhinanthus.	I	255	54
Rhipſalis.	I	137	28
Rhizobolus.	II	93	98
Rhizophora.	I	212	45
Rhododendrum.	I	304	63
Rhus.	I	205	44
Richardia.	I	123	25
Ricinus.	II	116	107
Rivina.	I	375	77
Robinia.	II	307	145
Roëlla.	I	154	31
Roridula.	I	298	62
Roſa.	I	347	73
Rothia.	II	371	174
Royena.	II	79	94
Rubus.	I	350	73
Rudbeckia.	II	435	172
Ruellia.	I	254	54
Rumex.	II	178	119
Ruppia.	II	23	84
Ruſcus.	I	60	16
Ruta.	II	138	111
Saccharum.	II	11	82
Sagina.	II	225	129
Sagittaria.	II	21	84
Sagus. I 27 10	II	186	120
Salicornia.	II	210	127
Salix.	II	55	90
Salſola.	I	359	75
Salvia.	I	316	66
Samadera.	II	352	156
Sambucus.	I	137	27
Samolus.	I	146	30

Sangui

Sanguinaria.	II	479	180	Serapias.	I	46	14
Sanicula.	I	79	20	Sergilus.	II	409	174
Santolina.	II	391	165	Seriola.	II	370	159
Sapindus.	I	341	70	Seriphium.	II	416	167
Saponaria.	II	233	130	Serratula.	II	379	162
Sapota.	II	103	104	Seſamum.	II	132	111
Sariſſus.	I	118	25	Sherardia.	I	110	24
Sarothra.	II	168	114	Sibbaldia.	I	348	73
Saxifraga.	I	177	36	Sibthorpia.	I	261	55
Scabioſa.	II	38	86	Sicyos.	II	45	88
Scabrita.	II	265	138	Sida.	II	249	134
Scandix.	II	33	85	Sigesbeckia.	II	424	16[illegible]
Schinus.	II	276	140	Silene.	II	233	130
Schmidelia. vid. *Toxicodend.*				Siler.	I	92	22
Schwalbea.	I	259	55	Silphium.	II	444	17[illegible]
Scirpus.	I	10	2	Silybum.	II	378	162
Scleranthus.	II	196	126	Sinapis.	II	299	143
Scleria.	I	13	2	Sitodium.	I	344	71
Sclerocarpus.	II	428	0	Sium.	I	104	23
Scolymus.	II	355	157	Smilax.	I	59	16
Scoparia.	I	251	53	Smyrnium.	I	101	22
Scorpiurus.	II	345	155	Solanum.	II	239	131
Scorzonera.	II	367	159	Solidago.	II	447	170
Scrophularia.	I	249	53	Sonchus.	II	359	158
Scytalia.	I	197	42	Sophora.	II	320	149
Sebeſtena.	I	364	76	Sparganium.	I	75	19
Secale.	II	9	81	Sparganophorus.	II	395	165
Securidaca.	II	337	153	Spartium.	II	358	15[illegible]
Sedum.	I	313	65	Spathelia.	I	278	[illegible]
Selago.	I	238	51	Spergula.	II	230	13[illegible]
Selinum.	I	89	21	Spermacoce.	I	122	2[illegible]
Sempervivum.	I	314	65	Sphæranthus.	II	413	164
Senecillis.	II	453	173	Sphenoclea.	I	113	24
Senecio.	II	400	166	Sphondylium.	I	86	2[illegible]
Senna.	II	312	146	Spilanthus.	II	413	16[illegible]

Spin[illegible]

Spinacia.	II	198	126
Spiræa.	I	337	69
Spondias.	II	101	103
Stæhelina.	II	412	0
Staphylea.	I	334	69
Statice.	I	210	44
Stellaria.	II	229	130
Stellera.	I	186	39
Stemodia.	I	243	52
Steripha.	II	81	94
Stœbe.	II	415	167
Stramonium.	II	243	132
Stratiotes.	I	48	14
Strychnos.	II	476	179
Styrax.	I	284	59
Suprago.	II	402	166
Symphytum.	I	325	67
Synedrella.	II	456	171
Syringa.	I	224	49
Syzygium.	I	166	33
Swertia.	II	160	114
Swietenia.	II	89	96
Tacca.	I	43	14
Tagetes.	II	437	172
Talinum.	II	219	128
Tamarindus.	II	310	146
Tamarix.	I	291	61
Tanacetum.	II	395	165
Tarchonanthus.	II	392	166
Tarenna.	I	139	28
Taxus.	II	65	91
Tectona.	I	274	57
Telephium.	II	221	129
Terme.	II	487	180

Tetracera.	I	336	69
Tetragastris.	II	130	100
Tetragonia.	II 204 127.	483	179
Thalictrum.	I	355	74
Thapsia.	I	88	21
Thea.	II	83	95
Thesium.	II	40	86
Thlaspi.	II	280	141
Thuja.	II	61	91
Thymelæa.	I	188	39
Tilia.	II	150	113
Tillæa.	II	147	112
Tithymalus.	II	115	107
Tolpis.	II	371	160
Tordylium.	I	85	21
Torilis.	I	82	20
Tournefortia.	I	365	76
Toxicodendrum est Schmidel.	I	207	44
Trachelium.	I	155	31
Tradescantia.	I	51	15
Tragopogon.	II	368	159
Trapa. I 127 26	II	84	95
Trianthema.	II	213	128
Tribulus.	I	335	69
Trichilia.	II	86	95
Trichopus.	I	44	14
Tridax.	II	451	0
Trientalis.	I	227	50
Trifolium.	II	333	153
Triglochin.	II	26	84
Trigonella.	II	332	152
Trinacte.	II	415	0
Triopteris.	II	168	116
Triosteum.	I	129	26
Tripsacum.	I	3	1

Triticum

Triticum.	II	8	81
Triumfetta.	II	137	111
Trixis.	I	115	24
Trollius.	II	176	118
Tropæolum.	I	380	79
Troximon.	II	360	0
Tulbagia.	I	57	16
Tulipa.	I	64	17
Turnera.	I	366	76
Turritis.	II	297	143
Tuſſilago.	II	447	170
Typha.	I	8	2
Ulex.	II	330	151
Ulmus.	I	224	49
Unxia.	II	421	0
Urena.	II	252	135
Urſinia.	II	462	174
Urtica.	II	183	119
Uvaria.	II	155	114
Vaccinium.	I	142	28
Valeriana.	II	35	86
Vareca.	I	290	60
Velaga.	II	245	133
Velezia.	II	226	129
Vella.	II	285	141
Ventilago.	I	223	49
Veratrum.	I	71	18
Verbaſcum.	I	262	55
Verbena.	I	315	66
Verbeſina.	II	457	171
Veronica.	I	257	54
Viburnum.	I	133	27
Vicia.	II	325	151
Vinca.	II	172	117
Viola.	II	139	112
Virea.	II	365	159
Viſcum.	I	131	27
Viſnaga.	I	92	21
Vitex.	I	269	56
Vitis.	II	108	106
Volkameria.	I	267	56
Wachendorfia.	I	52	15
Wedelia.	II	435	0
Wal - tiedde.	II	488	180
Xanthium.	II	418	164
Xeranthemum.	II	399	165
Xylophylla.	II	123	108
Xylopia.	I	339	69
Xyris.	I	52	15
Yucca.	II	34	85
Zacintha.	II	358	157
Zamia.	I	15	3
Zannichellia.	I	77	19
Zanthoxylum.	I	333	68
Zingiber.	I	33	12
Zinnia.	II	459	172
Zizania.	II	11	82
Zizyphora.	I	316	66
Zizyphus.	I	202	43
Zoegea.	II	452	0
Zoſtera.	I	76	19
Zygophyllum.	II	144	113

INDEX SYNONYMORUM.

Abies. II 59
Abrotanum. II 391
Abutilon. II 259
Acacia. II 307 311
Acajaiba. I 192
Acajou. *ibid.*
Acanthium. II 376
Aceri affinis. I 278
Acetosa. II 180
Achillea. II 396
Achras. II 103
Achyrophorus. II 370
Acmella. II 412
Aconitum. I 311
Actæa. II 275
Adaca - manjen. II 413
Ademonie - Totakke. II 278
Adhatoda. I 255
Aeschynomene. II 344
Aesculus. II 135
Aethakirindi. II 109
Aethusa. I 105
Agamulinetti. I 134
Agerato affinis. II 394
Ageratum. I 261
Agriphyllum. II 439
Alaternoides. I 114 115
Alaternus. II 85
Alaternus. II 111
Alcea. II 248 250 254 482
Alcea. II 258
Alchemilla. I 346
Alectorolophus. I 255
Aleurites. II 195
Alga ad mare. I 76
Alkekengi. II 237
Alkekengi. II 238
Allow. I 35
Almandras. II 278
Alnifolia. I 302
Alnus. II 470
Aloë. II 34
Alsinanthemos. I 227
Alsinastrum. II 142
Alsine. I 146 261 358 376
II 220 225 226 229 230 231
232 234 235 236
Alsinoides. II 220
Althæa. II 153 250 256
Alughas. I 35
Alysson. II 284
Amarantho affinis. II 216
Amaranthus. I 375 II 214 215
Amellus. II 448
Amethystina. I 315
Ammi. I 104
Ammioselinum. I 98
Amomum. I 185

Amomum.	I 33	Arbor Judæ.	II 303
Ampana.	I 21	— lactaria.	II 192
Amygdalus.	II 93	— ovigera.	I 193
Anacampſeros.	I 314	— Taccada.	I 119
Anacardium.	I 192	— Vitæ.	II 62
Anagallis.	I 228	— Zeylanica.	I 280
Anaſchovadi.	II 414	Arbre à fleurs en bouquets.	II 260
Anaſtatica.	II 290	Arbriſſeau grimpant.	II 187
Anchuſa.	I 326	Arbuſcula baccifera.	I 376
Anchuſa.	I 322	— Sinica.	II 127
Andropogon.	II 465	— Zeylanica.	I 189
Androſace.	I 232	*Arctium.*	II 378 379
Anemonoſpermos.	II 439	Arctotis.	II 452 462
Anethum.	I 105	Ardiſia.	II 77
Angelica.	I 89	Arealu.	II 484
Angræcum.	I 47	Areca.	I 27 II 269
Aniſum indicum.	I 338	Aria - bepou.	II 475
Ankænda.	I 280	Armeniaca.	II 75
Anomala.	II 142	Artemiſia.	II 393
Anonis.	II 343	*Artocarpus.*	I 345
Anonymos.	II 80	Arum.	II 20
Anthemis.	II 426	Arundo.	I 61
Antholyza.	I 31	Aſperula.	I 111
Anthoxanthum.	II 7	Aſphodelus.	II 15
Anthyllis.	II 225	Aſpidalis.	II 454
Aparine.	I 109 110	Aſter.	II 387 403 434 438
Aphyllanthes.	I 211	Aſtragalus.	II 341
Apocynum.	II 171 172	Atamaram.	II 193
Arabis.	II 279	*Athamanta.*	I 84 91
Arachidna.	II 302	Athanaſia.	II 391 396
Arbor americana.	I 336	Atractylis.	II 384 440 455
— aromatica.	II 119	Atriplex.	II 181 199 200
— excœcans.	II 126	Atropa.	II 237 242
— foliis pinnatis.	II 89	*Aubletia.*	II 187
— indica.	I 188 200	Avellana.	II 98

Avena.

Avena. I 5
Azadirachta. II 475
Azedarach. II 474

Baccharis. II 405
Badulam. I 373
Balanus. II 315
Balsamina. II 48
Bancalus. I 151
Bancudus. I 144
Bandura. II 18
Bannisteria. II 169
Bannisterioides. I 143
Banksia. I 186
Banu - Kurundu. II 69
Baobab. II 254
Barba Jovis. II 308
Bardana. II 379
Bastard - Gloves. I 168
Battari. II 3
Been. II 315
Bela - Modagam. I 119
Belilla. I 140
Belladonna. II 240
Bellis. II 396 442
Belutta pola - taly. I 42
Bempul. I 44
Bemschetti. II 88
Bem - tamara. I 73
Berelie. I 215
Bermudiana. I 40
Beta. II 179
Betula. II 55
Bidens. II 413 414 456 459
Blattaria. I 262 II 248
Blitum. II 214
Bois d'Olive. I 274
Bombax. II 244
Bonduc. II 315
Bonnet quarré. II 96
Borassus. I 21
Brassica. II 290
Broad palma - cocco. I 22
Bromelia. I 30
Bryonioides. II 46
Bucca ferrea. II 24
Buceras. II 332
Buis de Chine. II 76
Buglossum. I 119
Bukera. II 472
Bunias. II 287 291
Bulbocastanum. II 273
Bupariti. II 253
Buphthalmo simile. II 397
Buphthalmum. II 459 464
Bupleurifolia. II 42
Bupleurum. II 30
Burende. I 271
Bursa Pastoris. II 280
Burule. I 275
Butonica. II 96 97

Cacalianthemum. II 400
Caka Mullu. I 276
Calappa. I 16
Calea. II 409
Caltha. II 451
Caltha. II 421
Cambogia. II 105
Camelina. II 297

 Campa-

Campanula. I 155
Campoides. II 345 346
Camunium. II 76
Canangga. II 156
Candel - avanacu. II 119
Caniram. II 476
Cannabis. I 147 II 197
Cannacorus. I 37
Cantharifera. II 18
Capparis. II 144
Caput galli. II 318
Cardamindum. I 380
Cardamomum. I 34 35
Carduncellus. II 380
Carduus. II 376 378 379 380 383 385 427 455
Carelu - vagon. I 45
Caretti. II 315
Carex. I 13
Carica. II 191
Carim - pana. I 21
Carlina. II 455
Carthamoides. II 380
Carthamus. II 380 381 440
Carua. II 69
Carvi. I 106
Caryophyllaster. II 134
Caryophyllata. I 351
Caryophyllus. I 178 II 437
Caryophyllus. II 227
Caſſia. II 69 312
Caſſuvium. I 192
Caſſyta. I 137
Caſtanea. II 135
Caſtorea. I 272
Cataputia. II 116
Catulampa. I 202
Caucalis. I 80 82 83 II 32
Cauda muris. I 354
Cedrus. II 84
Cenia. II 422
Centaurea. II 376 385
Centaurea. II 382
Centaurium. II 156 161
Cerafus. II 70
Ceratia. II 305
Cerefolium. I 107 109
Ceriſſus. I 140
Chærophyllum. I 108
Chamæbalanus. II 303
Chamædaphne. I 304 305
Chamædrys. I 352
Chamæmelum. II 433
Chamærhododendros. I 301 304
Chamærops. I 25
Chamænerion. I 177
Chelidonium. II 165
Chenopodium. II 211
Cholomou - mille. II 3
Chondrilla. II 356
Choriſtea. II 431
Chou - palmiſte. II 269
Chriſtophoriana. II 154
Chryſanthemoides. II 424
Chryſanthemum. II 387 388 390 391 396 397 425 430 431 435 436 443 457
Chryſocoma. II 409
Cicuta. I 94
Cicutaria. II 29

Cicho-

Cichorio affinis. II 424
Cichorium. II 358
Cineraria. II 453
Cinnamomum. II 69
Cirsium. II 402
Cistus. I 371
Clematis. I 356 II 480
Clerodendron. I 267
Cliffortia. I 165
Clinopodium. I 316
Clypeola. II 284
Cneorum. I 342
Cnicus. II 375 378 380
Cochlearia. II 293
Cochleata. II 349 350
Cocos. II 269
Coda-pilava. I 144
Codda-pana. I 18
Coddam-pulli. II 106
Coix. I 7
Colutea. II 320
Coma aurea. II 398
Commersona. II 96
Conium. II 32
Conium. I 100
Conna. II 313
Conocarpodendron. I 239
Convolvulus. II 247
Conyza. II 405 408 415 434 461
Corallaria. II 319
Cordia. I 364
Cornus. II 207
Corona. I 64 II 443
Coronilla. II 337
Cortusa. I 177 208
Corypha. II 2[illegible]8
Cotula. II 396 441
Couradi. II 112
Cracca. II 326
Crambe. II 291
Crataegus. II 43
Crepis. II 372
Crinum. I 42
Crista galli. I 255
— pavonis. II 315
Cuanga. I 19
Cucurnis. II 46
Cuminoides. I 103
Cuminum. *ibid.*
Cunonia. I 31
Cupresso-pinulus. I 152
Curbaril. II 305
Cururu-ape. I 382
Cuscuta. I 134
Cyanus. II 408
Cycas. I 15
Cydonia. II 44
Cynapium. I 94
Cynoglossoides. I 323
Cynoglossum. I 328
Cynomorium. II 350
Cynosurus. I 8
Cyperus. I 13
Cyprus. II 134
Cytisus. II 329

Dam. I 166
Damasonium. II 22
Damine. II 113
Daphne. I 188

Dasy-

Dasypogon. II 79
Datura. II 243
Daucus. I 84 92 102
Dayenia. I 383
Decaspermum. I 135
Dens leonis. II 373
Dens leonis. II 363
Dentariæ affinis. II 133
Dichondra. II 81
Dicoccos. I 125
Dictamnus. I 337
Digitalis. II 132
Dipsacus. II 39
Dodda - mare. II 128
Dodham - pana. II 136
Draba. II 279
Dracuntium. II 19
Drepania. II 371
Dryas. I 352
Dulcis radix. II 319

Ebbas. II 6
Echinophora. I 80 81 82 II 202
Echium. I 327
Echoides. *ibid.*
Ekawerya. I 264
Elæocarpus. II 271
Elengi. I 198
Elettari. I 36
Elichryso affinis. II 392
Elichrysum. II 396
Embelia. I 143
Embira. I 339
Endivia. II 361
Ensal. I 35

Epacris. II 78
Ephemerum. I 51
Epipactis. I 46
Equisetum. I 12
Erica. I 152 II 107
Erigeron. II 401
Eriophoros. II 244
Eriophorus. II 361
Eruca. II 283 291
Erucago. II 289
Eryngium. II 455
Esula. II 115
Ethulia. II 395
Eugenia. I 167 II 97
Eupatoriophalacrum. II 441
Eupatorium. II 398 405 411 463
Euphorbia. II 115
Euphrasia. I 245
Evonymo affinis. I 206 II 148
Evonymoides. I 217 II 85
Evonymus. I 337 II 86 110

Fabago. II 144
Faba St. Ignatii. II 477
Fagara. I 333
Fagotriticum. II 182
Fagus. I 181
Falcaria. I 104
Falcata. II 348
Faufel. I 19 27
Ficoidea. I 370
Filago. II 391 410
Filago. II 393
Filici folia. II 123
Filipendula. I 97

Flamma

Flamma sylvarum. I 116 117
Flos cæruleus. II 321
— clitorius. *ibid.*
— constantinopolitanus. II 229
— cuspidum. I 198
— globosus. II 216
— manoræ. II 109
— passionis. I 289
— solis. I 371
Foenum græcum. II 332
Folium principissæ. I 141
— tinctorum. I 255
Forstera. I 141
Fragaria. I 348 349
Fragarius ruber. II 203
Frangula. II 70
Frangula. II 111
Fraxinus. I 223
Fructus cajeputi. I 34
— forma pyri. II 267
— hirsutus. II 277
— musculi formis. I 221
— tetragonus. II 96
Frumentum monococcum. II 9
— — turcicum. I 6
Frutex æthiopicus. II 117
— baccifer. II 81
— cineraceus. II 416
— flore Heliotropii. I 365
— foliis padi. I 160
— — saligneis. I 158
— pavoninus. II 322
— trifolius. I 207
Fucus. II 23
Fumaria. II 141 161 163
Funis musarius. II 155
— viminalis. I 223

Gærtnera. II 169
Gandola. II 200
Ganitrum. I 202
Garcinia. II 105
Gardenia. I 141
Genista. II 304 330 338
Genistella. II 304
Genista - spartium. II 330
Gentiana. II 160
Gentianella. II 159
Gerardia. I 260
Ghæri. I 190
Ghærietagas. I 189
Ghæsembilla. *ibid.*
Ghalkarande. II 17
Ghoigiwæl. I 61
Gienie - hierie. II 251
Gingidium. I 92 II 33
Gladiolus. I 37 57
Glaux. I 237 II 124 340
Globuli majores. II 315
Glochidion. II 128
Gnaphalium. II 389 391 393 404 407 410
Gnaphalium. II 404
Gorteria. II 439 440 452 454
Gramen. II 229
— aculeatum. II 7
— avenaceum. II 5
— bufonium. I 53
— cum cauda muris. I 5
— cyperoides. I 12 13 14

Gramen dactyloides. I 8
— dactylon. I 8 II 1
— hirsutum. I 54
— junceum. II 14
— miliaceum. II 2
— onocordon. I 2
— parnassi. I 287
— pumilum. I 9
— spica echinata. II 4
— spicatum. II 476
— typhinum. I 1
Grana paradisi. II 34
Granum moluccum. II 119
Grewia. I 273
Grossularia. I 189
Guajabara. I 214
Guajacum. II 148
Guilandina. II 314
Gul - morre. I 218
Gunu - Kierille. II 128

Hacub - alkardeg. II 386
Halecus. II 119
Halesia. I 179
Halicacabum. II 338
Harmala. II 87
Hebenaster. II 478
Heberdenia. I 372
Hedypnois. II 369
Hedysarum. II 318 337 347
Helenium. II 438 449
Helichrysoides. II 416
Heliotropium. I 327
Helleborine. I 46
Helleborus. I 71 312 355
Helminthotheca. II 366
Helmintkotheca. II 368
Hemerocallis. I 41 II 16
Hen - ratambala. I 117
— Taccada. I 118
Heracantha. II 384
Heracleum. I 86
Herba Paris. II 19
— St. Jacobi. II 445
— Trinitatis. II 139
— vitiliginum. I 159
Hevi. II 101
Hibiscus. II 253
Hieracioides. II 364
Hieracium. II 354 355 364 366 368 369 370 372 456
Hippophæstum. II 376
Hiræa. II 169
Hondala. II 480
Hou - midi. II 110
Humulus. I 358
Hyacinthus. II 15
Hydroceratophyllum. I 212
Hydnora. II 262
Hyoseris. II 355 373
Hypericum. I 282
Hypochæris. II 370

Iabotapita. I 341
Iacca. I 345
Iacea. II 382 402
Iacobæa. II 452
Ialappa. II 207
Iambolana. I 178
Iambos. I 135

Iambosa. I 268
Iamma - sakuso. II 484
Ianraja. I 42
Iaparandiba. II 264
Iasminoides. I 378
Iasminum. I 117 125 II 88 109
Iatus. I 275
Ibira. I 339
Ietaiba. II 305
Ilex. II 72
Illa. II 81
Illecebrum. II 218
Impatiens. II 151
Induru. II 474
Inula. II 461
Iondraba. II 279
Iontlilaspi. II 283
Iris. I 39
Irya. I 195
Iryaghedhi. I 196
Iuncago. II 26
Iuncaria. II 224
Iuncellus. I 10
Iuncus. I 74
Iungia. II 415
Kadali. II 203
Kali. I 359 375
Kallu - haberelli. I 216
Kalmia. I 304
Kanna - koraka. II 107
Kannawakoraka. ibid.
Kati - marus. II 261
Katou - kadali. II 203
Katta - kotje. I 188
Katu - schena. I 43

Katu - tsjacca. I 151
Kebbele. II 120
Kebella. *ibid.*
Kerpa. II 11
Ketmia. II 146
Ketmia. II 250
Kette - kahala. II 473
Khatu - Kurundu. I 279
Kierinda. I 216
Kiri - Pælla. I 143
— tiella. II 482
Knawel. II 226
Kobbæ. I 207
Kogdala. I 138
Konni. II 328
Korakaha. II 207
Kotsjiletti - pulli. I 52
Kuhnia. II 411
Kyllingia. I 12

Lacryma Iobi. I 7
Lagopus. II 333 335
Lanifera. II 244
Lanquas. I 34
Lantania. II 185
Lantanier. *ibid.*
Lapathum. II 178
Lappago. II 137
Lappula. II 137 138
Lapsana. II 354 355 358
Larix. II 59
Laserpitium. I 92
Laureola. I 188
Laurus. I 60
Lawsonia. II 133

Ledum. I 305 371
Leea. I 275
Lentiſcus. II 276
Leontodon. II 364 373
Leontodon. II 365
Leontopetaloides. I 43
Leucanthemum. II 431 442
Leucojum. II 278
Leucojum. II 296
Leyſera. II 460
Liatris. II 402
Li - ci. I 197
Lignum guajacum. II 148
— leve. I 174
— Sappan. II 301
— vitæ. II 148
Liguſtrum. I 267 II 129
Liliaſphodelus. II 14
Lilium. I 42 69
Lilium convallium. I 59
Limnanthemum. II 157
Limnia. II 221
Limnopeuce. II 24
Limonia. II 189
Limonium. I 210
Linagrœſtis. I 10
Linaria. I 187 248 249
Linum. I 229 294
Lippia. I 235
Liquidambar. II 59
Li - tchi. I 197
Lithoſpermum. I 7
Lobelia. I 151
Locuſta. II 36
Lonicera. I 135
Loranthus. I 132
Lujula. II 152
Lumyen. I 197
Lunu - ankenda. I 334
— medella. I 277
Lyan - gheddie. II 120
Lychnis. II 226 228 231
Lycium. II 85
Lyſimachia. II 143 205
Lythrum. I 210

Mackaw - tree. I 22
Madablota. II 169
Madan. I 216
Mail - anſchi. II 133
Makau - cojennia. II 477
Makul. I 166
Makulu - ghaha. I 288
Malleamothe. I 116
Mallococca. II 113
Malus. I 203 279
Malus. II 44
Malva. II 257
Mammea. II 97
Mandſiadi. II 319
Manga. II 95 96
Manghas. II 192
Mangium. I 212 213 216 379
Manja - pumeram. I 234
Manihot. II 121
Mariſcus. I 10
Marſana. II 76
Martagon. II 17
Mau. II 95
Meadia. I 233

Medella.

Medella. II 97
Mehenbethene. II 98
Melanthium. II 173
Melegetta. I 34
Melicope. I 332
Melilotus. II 335 336
Melilotus. II 333
Melissa. I 321
Melopepo. II 49
Mendoni. I 69
Mercurialis. II 116
Methonica. I 69
Metrosideros. I 174
Miele. I 134 II 104
Milium. II 3
Millefolium. I 331
Millefolium. II 426
Mimosa. II 317
Mindi. I 269
Mirobalanus. II 122
Mniarum. II 196
Modira - canni. I 281
Molle. II 276
Mollugo. II 217
Molucca. I 320
Moræa. I 40
Morunga. II 314
Moschatella. II 141
Moschatellina. *ibid.*
Mudumane. I 159
Mu - kelengu. I 66
Mullam - toddali. I 285
Munamal. I 198
Mundubi. II 303
Muringu. II 314
Muscadier. I 194
Mutellina. I 106
Myagrum. II 285 290 292 297
Myosotis. II 231
Myrica. I 191
Myrrhis. I 83 84 II 33
Myrtus. I 166
Myxa. I 364
Naghawalli. I 264
Nagi. I 191
Nanca. I 345
Napellus. I 311
Narum - panel. II 155
Nasturtium. II 281 286 295
Natsjatam. I 220
Nigella. II 175
Nigellastrum. *ibid.*
Nigrina. I 260
Nili - camaram. II 122
Nir - notsjil. I 271
Nitu - todda - vaddi. II 317
Noeli - tali. I 188
Noix Pacanes. II 51
Novella. II 253
Nuci - dactylus. I 28
Nucula indica. I 17
Nux americana. I 197
— indica. I 16 195
— larvata. I 18
— moschata. I 195 196
— myristica. I 194
— vomica. II 476
Nux. II 50
Nyctanthes. I 234
Nymphæa. I 73

Nymphoides. II 157
Ocymoides. II 233
Odollam. II 193
Odorata. I 108
Oenothera. I 159
Oleaſter. I 199
Olus ſanguinis. I 66
Onagra. I 159
Ophioxylon. I 226
Opulus. I 133
Opuntia. II 265
Orchis. I 63
Orelia. I 293
Orellana. I 292
Origanum. I 318
Orleana. I 292
Oronocco - noeten. II 93
Orucoria. II 351
Oſyris. I 279 II 403
Otillis. I 275
Oxys. II 152
Paddy - kooning. II 6
Pai - paroea. II 112
Paliuro affinis. I 278
Palma. I 17 22 23 24 26 27
II 186 469
Palmjuncus. I 61 II 268
Palukæna. II 155
Panaces chironium. I 371
Panam - palca. I 195
Panicaſtrella. II 4
Papaver. I 287 II 165
Parietaria. I 244
Pariti. II 251
Paronychia. II 225
Partheniaſtrum. II 429
Pafferina. I 186
Paſſiflora. I 289 II 479
Paſtinaca. I 79
Pecten Veneris. II 33
Pekea. II 93
Pelecinus. II 340
Pentapetes. II 245
Petaphylloides. I 348
Pentapteris. I 331
Peplos. II 115
Pepo. II 49
Perfoliata. I 97 II 30
Periclymenum. I 50 125
Perim - toddali. I 203
Peripu. II 112
Perſicaria. II 182
Pervinca. II 172
Pes anſerinus. I 360
— equinus. I 95
Petaſites. I 271
Petroſelinum. I 100 102
Petum Tabacum. I 264
Phalangium. I 55
Phaſeolus. II 321 323 328 343
Phellandrium. I 106
Philadelphus. I 174 175
Phleum. II 7
Phormium. I 71
Phyllanthus. II 122 123
Picea. II 60
Picris. II 368
Pigmentaria. I 292
Pilila. I 132
Piloſella. II 284 360 410

Pimpi-

Pimpinella. I 102
Pinnakola. I 271
Pinanga. I 19 24
Pinguin. I 30
Piper. I 334 II 155 241
Pirigara. II 264
Pisang Batu. I 28
Pisum. I 381 II 326
Pittonia. I 365
Pittosporoides. I 286
Plantaginella. I 228
Plantago. II 22
Poa. II 5
Podagraria. II 274
Polemonium. I 196
Polygonatum. I 59
Polygonum. II 24 147 180 182 220
Polymnia. II 431 435 444
Pomax. I 112
Populago. II 176
Portulaca. II 219 236
Portulacæ affinis. II 213
Potamogeton. II 24
Potamogetoni similis. I 77
Potentilla. I 349
Poterium. I 161
Prenanthes. II 363
Proboscidea. II 131
Proserpinaca. I 115
Prunella. I 318
Pruno affinis. II 148
Pseudacacia. II 307
Pseudo - ambrosia. II 293
— - china. I 59
— - fumaria. II 163
Pseudo - glycyrrhiza. II 319
— - lysimachium. I 157
— - rubia. I 111
Psidium. I 135
Psidium. I 185
Psychotrophum. I 120
Pterospermadendrum. II 245
Pulicaria. II 461
Punu - kere. II 128
Pyrola. I 227
Quince. II 45
Quinquefolium. I 349
Quinquina. I 169
Radælisawæl. I 281
Raddi - lyi. I 217
Radix mustelæ. II 129
— vesicatoria. I 234
Randalia. II 14
Ranunculus. II 177
Raphanistrum. II 298
Raphanus. II 300
Rapistrum. II 292 300
Rapunculus. I 155
Rapunculus. I 149
Ratambala. I 117
Ravensara. II 101
Resedæ affinis. I 369
Rhabarbarum. II 177
Rhamnoides. I 199
Rhamnus. I 199 202 203 II 110
Rhizophora. I 379
Rhus. I 297
Ribes. I 143
Ribesioides. I 189
Rhamnoides. II 118

Ricotia.

Ricotia. II 288
Rindera. I 324
Riri - bonaiwæl. I 59
Rorella. I 292
Rosa hierochuntica. II 286 290
Rosmarinum. II 145
Ros - solis. I 291
Rothmannia. II 480
Rottang zalack. II 267
Royena. I 295
Rubeola. I 111
Rubioides. I 112 113
Rudbeckia. II 459
Rumbut-putri. I 134
Sagitta. II 21
Samara. II 206
Sambucus. I 129 133 269
Samstravadi. II 96
Sanguisorba. I 161
Sanicula. I 208
Sansio. I 334
Santalum. I 129
Santolina. II 398
Saribus. I 18
Saxifraga. I 208
Scabiosa. II 41 444 462
Scævola. I 119
Scammonea. II 171
Scandix. I 83 107 108
Schageri - cottam. I 273
Schetti. I 117
Schœnus. I 13 II 7
Schoenus. I 11
Schonga - cuspi. II 322
Schunda - pana. I 20
Scirpus. I 12 13
Sclarea. I 316
Scoparia. II 223
Scorpioides. II 345
Scorzonera. II 359
Securidaca. II 340
Sedum. I 314
Selago. I 258
Semecarpus. I 192
Senna. II 302
Senecio. II 400 445
Seguaster. I 20
Seriana. I 381
Serratula. II 402
Seseli. I 106 II 29
Sjamin. II 248
Sicyoides. II 45
Sida. II 251
Sida - pou. II 169
Sigesbeckia. II 425
Silibum. II 386
Siliqua. II 310
Siliqua fusca. II 84
Siliquastrum. II 303
Simaruba. I 340
Sinapistrum. I 368
Sio. I 334
Sio affinis. II 295
Sisarum. I 104
Sison. I 109
Sisyrinchium. I 32
Site. I 205
Sitz - dsiu. *ibid.*
Skimmi. I 338
Skinnera. II 170

Soccus.

Soccus arboreus. I 345
Solanum. II 239 240
Solidago. II 446 453
Somo. I 338
Sonchus. II 358 361 362 363
Sorbus. II 44
Sorghi. II 2
Spina alba. II 43
Spinachia. II 198
Spiræa. II 82
Squamaria. I 242
Staphylea. II 127
Staphylinus. I 79
Staphylodendron. I 335 II 80
Stellaria. I 330 346
Stiphelia. II 78
Stoebe. II 463
Styraciflua. II 58
Syagrum. I 346
Symphytum. I 326
Syringa. I 173 378
Taccada. I 119
Tachites. I 206
Tamara. I 73
Tamariſcus. I 291
Tanacetum. II 390 430
Tani. II 90
Tanjourou. II 306
Taraxaconoides. II 365
Taraxacum. II 363
Tarennæ. I 139
Teganium. II 242
Tekka. I 275
Telephioides. II 124
Telephium. I 313
Telopea. II 195
Tembul-wænna. I 113
Tendale-cotti. II 316
Tenga. I 16
Terminalia. II 91
Terminalia. II 206
Ternatea. II 321
Tetragonia. I 164
Tetragonocarpos. II 204
Tetragonotheca. II 444
Thapſia. II 33
Thee. II 83
Theki. I 275
Theligonum. I 362
Theobroma. II 190
Thlaſpi. II 279 284 286
Thlaſpidium. II 280
Thlaſpidium. II 278
Thunbergia. II 481
Tinus. I 373
Tordylium. I 82
Tothila. II 94
Tothya. *ibid.*
Tournefortia. II 130
Tovara. II 180
Tragacantha. II 340
Tragopogon. II 367
Tragum. I 359
Tribuloides. I 127
Tribulus. *ibid.*
Trifolio affinis. II 252
Trifolium. I 349 II 152 153 307 308
Triopteris. II 134
Trioſteoſpermum. I 130
Triumfetta. II 138

Tſjacca-

Tsjacca maram. I 345
Tsjampaca. II 263
Tsiam - pangam. II 301
Tsjenke. I 167
Tsjern - kotsjiletti - pulu. II 14
Tsjetti - mandaru. II 322
Tsjieria - samstravadi. II 97
Tsjocatti. I 344
Tsjovanna. II 129
Tuba baccifera. I 219
Tulipifera. II 475
Tunica. II 227
Tusai. I 64
Tussilago. II 406

Umbraculum maris. I 216
Urospermum. II 368
Utricaria. II 18
Utrinque serrata. II 340

Vaccaria. II 234
Valantia. I 109
Valeriana. I 299 II 36
Valerianella. I 95 123 238
II 36 37 208
Verbena. I 265
Verbesina. II 425 441 456 459
Veronica. I 251
Vesicaria. I 381
Viburnum. I 267
Vidi - maram. I 364
Vincetoxicum. II 170
Vindoricum. II 105
Viola. I 380 II 288
Virga aurea. II 447
Virga aurea. I 365
— sanguinea. I 126
Viscago. I 376 II 233
Viscus. I 132
Vitalba. I 353
Vitis. I 282
Voigtia. II 371
Volkameria. I 271
Vulneraria. II 307

Wæl - Kieridi. I 216
Wæniwæl. I 219
Wal - jambu. I 135
Walkappethya. II 119
Walkera. I 344
Walla. II 276
Walwareka. I 290
Wela wæl. I 145
Winterania. I 373

Xanthoxylon. I 353
Xeranthemoides. II 410 462
Xeranthemum. II 410
Xylon. II 246
Xylopicrum. I 339
Xylosteum. I 136

Yecotl. I 27
Yerva mora. I 376

Zalacca. II 267
Zea. II 9
Zea. I 6
Zingi. I 338

ERRATA

ERRATA TOMI II.

IN PRÆFATIONE.

Pag. 9. lin. ult. *fere* leg. ferre. p. 8. l. 12. *Aliſſi* leg. Alyſſi. p. 16. l. ult. poſt JUSSIEU. dele punctum. p. 18. l. 8. poſt *crines glandulas* pone virgulam. p. 24. l. 7. *interjacientis* leg. interjacentis. ibid. l. 20. *Chamælea* leg. Chamelæa. p. 25. l. 15. *eaqua* leg. eaque. p. 26. l. 6. *Tiphæ* leg. Typhæ. p. 29. l. 16. *contemplatur* leg. inſpicitur. p. 30. l. 18. *ſedes* leg. ſedem. ead. lin. *ſuſpicatur* leg. ſuſpicamur. ibid. lin. antepenult. *foma* leg. forma. p. 31. l. 1. *ſcrutari* leg. examinari. ibid. l. 9. poſt *dignoſci* pone non. p. 33. l. 2. *LAUREIRIUS* leg. LOUREIRIUS. ibid. l. 4. *calyx grandefactus: obtegens* leg. calycem grandefactum, obtegentem. p. 35. l. 6. *clancule* leg. clanculum. p. 37. l. 15. *Buphtalmi* leg. Buphthalmi. p. 39. l. 15. *clancule* leg. clanculum. p. 40. l. 11. *tæneis* leg. lineis. ibid. l. ult. *largitum fore* leg. datum iri. p. 41. l. 2. *muſæis* leg. muſeis. ibid. l. 3. *Belgiam* l. Belgium. ibid. l. 11. ante *quod* adde 2°. ibid. lin. penult. *obtenuero* leg. obtinuero.

IN CENTURIIS.

Pag. 5. lin. 20. *naturalis* leg. naturali. p. 8. l. 32. *Icon* leg. Icon. p. 13. l. 16. *ſemineas* leg. femineas. p. 39. l. 28. *ſcabiuſculos* leg. ſcabriuſculos. p. 44. l. 9. *Scorbus* l. Sorbus. ibid. l. 25. *camoſa* leg. carnoſa. p. 57. l. 12. INT. leg. REC. p. 60. l. 14. Aliæ leg. Alæ. p. 61. l. 17. *ſpæricum* leg. ſphæricum. p. 73. l. 28. *obſoletæ* leg. obſolete. p. 75. l. 13. *ſuperficie* leg. ſuperficies. p. 81. l. 28. poſt *Banks*, adde: Dichondra. SCHREB. gen. 451. p. 82. l. 19. *accidit* leg. accedit. p. 101. l. 28. *queadmodum* leg. quemadmodum. p. 103. l. 1. *ovatis* leg. ovata. p. 104. l. 24. transfer parentheſin (*ex Linnæo*) ad lineam ſequentem, ponendo eam poſt *lacteſcens*. p. 106. l. 5. *tenuiſſimum* leg. tenaciſſimum. p. 117. l. 1. *foramine* leg. foramina. p. 131. l. 22. *vero* leg. vera. p. 138. l. 24. *Mabraceis* leg. Malvaceis. p. 146. l. penult. *foliis* leg. follis. p. 163. l. 21. *ſemiferum* leg. ſeminiferum. p. 164. l. 13. poſt *ac*, adde: ſic porro. p. 179. l. 21. *autem* leg. aut. p. 217. lin. antepenult. *Arenaria* leg. Herniaria. p. 255. l. 10. *verticillatus* leg. verticillus. p. 258. l. 12. *impures* leg. impuberes. p. 266. l. 5. 10 & 11. *ÆGOPRICON* leg. ÆGOPICRON. p. 291. l. 31. poſt *ſpinoſis?* dele ſignum interrogationis. p. 293. l. 1. *fluxu.* leg. flexu. p. 295. l. 9. *dehiſcento* leg. dehiſcendo. p. 311. l. 25. *abruce* leg. abruæ. p. 314. l. 3. *excupata* leg. exſculpata. p. 346. l. 6. *ſtaminea* leg. ſtraminea. p. 349. l. 26. *ſpicis* leg. ſpiris. p. 363. l. 14. *turalis* leg. ruralis. ibid. l. 16. *prunis* leg. quinis. p. 384. l. 11. *rarius* leg. radius. ibid. l. 30. *connatum* leg. connatis. p. 385. l. 10. *involucris* leg. involucratis. p. 393. l. 19. *DCCCCIV.* leg. DCCCCLIV. p. 403. lin. antepenult. *villoſa* leg. villoſa. p. 412. l. 7. *verſus* leg. verus. p. 414. l. 25. poſt *ſcaber* adde: Tab. 165. fig. 2. p. 416. l. 9. *limatum* leg. limitatum. p. 417. l. 18. *pentandri-antheris* leg. pentandri, antheris. p. 420. l. 20. *conxexum* leg. convexum. p. 430. l. 17. *paleas* l. paleis. p. 440. l. 13. *Attractylis* leg. Atractylis. p. 465. l. 12. 153. leg. 123. ibid. lin. penult. *colletas* leg. collectas. p. 466. l. 33. *Seme* leg. Semen. p. 468. l. 2. poſt *in eadem* adde: ſpica. p. 477. l. 28. *latero* leg. latere.


Paspalum
virgatum.
paniculatum.
distichum.
tenue.
Holcus
sorghum.
saccharatus.
Cenchrus
echinatus.
Melica
nutans.
Oryza
sativa.
Phalaris
canariensis.
Antitragus
aculeatus.

J. G. Sturm fc.

Triticum
hybernum
album
monococcum
Secale cereale
Hordeum
hexastichon
distichon

J. G. Sturm sc.


Zizania palustris.
a b d e f c G H I
Saccharum spontaneum.
a B F c E D C A
Restio dichotomus.
a c b d F E G h i k l
Hyphæne crinita.
α β γ δ ε ζ η ϑ ι

J. G. Sturm sc.

Eriocaulon setaceum.
Hemerocallis lutea.
Crinum africanum.
Lilium
bulbiferum.
Martagon.
Caranda pedunculata.
Nepenthes destillatoria.
Paris quadrifolia.

J.G. Sturm sc.

Tab. LXXXIV.



J.G.Sturm sc.

Tab. LXXXV.

J. G. Sturm sc.


Valeriana rubra.
Scabiosa papposa.
atropurpurea.
stellata.
leucacantha.
alpina.
Knautia orientalis.
Fedia
olitoria.
sibirica.
cornucopiæ.
coronata.
Dipsacus laciniatus.
Thesium alpinum.
Cephalanthus occidentalis.
Corymbium scabrum.

J.G. Sturm sc.

Tab. LXXXVII.



J. G. Sturm sc.

Tab. LXXXVIII.



J. G. Sturm sc.

Iuglans
alba.
compressa.
rubra.
a
b
c
d
e
f
H
α
G
i
k
Carpinus
Betulus.
a
b
C
D
E
f
F
g
H
I
Corylus
Avellana.
a
b
c
d
e
f
g
G
H
aa.
bb.

J. G. Sturm sc.


Betula nigra.
Alnus glutinosa.
Salix arenaria.
Platanus orientalis.
Populus nigra.
Liquidambar Styraciflua.
Comptonia asplenifolia.

J. G. Sturm sc.


Pinus
mariana.
americana.
Cupressus
sempervirens.
japonica.
Thuja orientalis.
occidentalis.
Taxus
baccata.
nucifera.
Iuniperus comũnis.
Casuarina nodiflora.
Ficus Carica.

J. G. Sturm sc.


Piper *Cubeba.*
Cassine *Maurocenia.*
Phillyrea *media.*
Laurus
Cinnamomum.
Cassia.
nobilis
Ligustrum *vulgare.*
Nandina *domestica.*
Aquifolium *spinosum.*

J. G. Sturm sc.


Baryosma Tongo.
a b c d e f F
Prunus domestica.
a b c d e f G
Amygdalus nana.
a b c d e F f
Olea europæa.
a α α b c d β e f g
Murraya exotica.
a b B c C e d f g h

J. G. Sturm sc.


Epacris frondosa.
Ardisia acerosa.
Commersonia echinata.
Royena lucida.
Steripha reniformis.
Callicarpa americana.
tomentosa.
Diosma hirsuta.

J. G. Sturm sc.

Thea viridis.
Celastrus pyracanthus scandens.
Trichilia hirta. trifolia.
Cedrela odorata.
Peganum Harmala.
Codon aculeatum.
Trapa bicornis.
Ixora alba.

J. G. Sturm sc.

J. G. Sturm fc.

Tab. XCVII.

J. G. Sturm sc.

Rhizobolus *Pekea.*



Balanopteris minor.

J. G. Sturm sc.

Balanopteris *Tothila*.

J. G. Sturm fc.

Tab. C.



J. G. Sturm sc.

Baringtonia
speciosa.
a
b
c
d
e
f
g
acutangula.
a
c
d
c
b
J. G. Sturm sc.



J. G. Sturm sc.

Dammara *graveolens.*

Euodia *Ravensara.*

Spondias *cytherea.*

J. G. Sturm fc.


Sapota Achras.
a
b
c
d
h
f
e
g
i
Bassia
longifolia.
dubia.
β
α
a
b
c
d
b
Spondias Myrobalanus.
a
b
c
d
e
f
G

J. G. Sturm fc.


Mangostana
Garcinia.
a
b
c
d
e
f
g
Cambogia.
a
b
c
d
e
f
Morella.
α
a
e
d
c
f
g
b

J. G. Sturm fc.


Empetrum album.
Rhamnus Frangula.
Vitis vinifera.
Delima sarmentosa.
Nyctanthes sambac.
Grewia orientalis.
Ceanothus americana.
Mallococca.
Damine.
circumscissa.

J.G. Sturm sc.

Tab. CVII.



J. G. Sturm sc.


Jatropha Curcas.
Xylophylla latifolia.
Emblica grandis. officinalis.
Andrachne telephioides.
Phyllanthus madraspatana.
Buxus sempervirens.
Excoecaria Agallocha.
Aquilicia sambucina.

J. G. Sturm sc.

Tab. CIX.



J. G. Sturm sc.


Martynia
annua.
Sesamum orientale.
Hydrophyllum
virginianum.
Alcanna spinosa.

J. G. Sturm sc.


Dodonaea viscosa.
Pectinea zeylanica.
Hippocastanum vulgare.
Triumfetta Plumieri.
Bartramia Lappago.
Ruta graveolens.
J. G. Sturm fc.

Tab. CXII.



J.G. Sturm sc.

Tab. CXIII.



J. G. Sturm sc.


Actæa spicata.
Menyanthes Nymphoides.
Uvaria zeylanica.
trifoliata.
manilifera.
Exacum grandiflorum.
Gentiana
acaulis.
aquatica.
Swertia perenis.
Chironia baccifera.
Sarothra gentianoides.


Cysticapnos africana.
Fumaria capreolata.
Capnoides lutea.
Hypecoum procumbens.
Glaucium phoeniceum.
Chelidonium majus.

J. G. Sturm sc.


Acer tataricum.
campestre.
rubrum.
Banisteria laurifolia.
Triopteris jamaicensis.
bifurca.
Hiraea.
Hiptage Madablota.

J.G. Sturm sc.

Tab. CXVII.

J. G. Sturm sc.


Nigella
damascena.
sativa.
orientalis.
Garidella
Nigellastrum.
Aquilegia
vulgaris.
Caltha palustris.
Trollius europæus.

J. G. Sturm fc.


Rheum
palmatum
compactum
undulatum.
Rumex
spinosus.
Patientia.
bucephalophorus.
obtusifolius.
digynus.
sanguineus
Persicaria
virginiana.
Atraphaxis
spinosa.
Polygonum
frutescens.
orientale.
Parietaria
judaica.
Fagopyrum tataricum.
Vrtica dioica.

J. G. Sturm sc.


Cleophora lontaroides.
a
b
c
d
e
f
I
g
h
Hyophorbe indica.
a
a
b
e
f
c
d
Retinaria volubilis.
a
b
c
d
e
f
G
F
H
I
K
Sagus farinifera.
F
e
f
a
b
c
d

J. G. Sturm fc.

Tab. CXXI.



J. G. Sturm sc.

Tab. CXXII.

J G Sturm sc.


Cerbera Manghas.
α
α
d
e
ee
b
c
σ
σ
J. G. Sturm sc.



J. G. Sturm sc.

Annona *Myristica.*

Camirium *cordifolium.*

J. G. Sturm fc.

Ditoca muscosa.
Scleranthus annuus.
Acnida cannabina.
Morus alba.
Obione muricata.
Spinacia oleracea.
Basella rubra.
Mesembryanthemum crustallinum.
Blitum capitatum.
Osbeckia hirta.
Melastoma
malabathrina.
aspera.

J.G. Sturm fc.

Tetragonia frutescens.
Mirabilis longiflora.
Gaura biennis.
Boerhavia scandens.
erecta.
Catappa Benzoin.
Ceratocarpus arenarius.
Memecylon umbellatum.
Salicornia strobilacea.

J. G. Sturm sc.


Axyris ceratoides.
Achyranthes lappacea
aspera.
Queria canadensis.
Polycnemum arvense.
Amaranthus hypochond:
Paronychia nitida.
Koenigia islandica.
Celosia cristata.
Drypis spinosa.
Portulaca pilosa.
Trianthema pentandra.
Gomphrena globosa.
Talinum paniculatū.

J. G. Sturm sc.

Tab. CXXIX.



J.G. Sturm fc.


Agrostema *Coronaria*
Lychnis *chalcedonica*.
Stellaria *Holostea*.
Spergula *arvensis*.
Holosteum *umbellatum*.
Cerastium *vulgatum*.
Saponaria *Vaccaria*.
Silene *noctiflora*.
Arenaria *serpyllifolia*.
Pharnaceum *Cerviana*.
Molugo *verticillata*.
Glinus *lotoides*.

J. G. Sturm sc.

Mandragora acaulis.
Nicandra physaloides.
Physalis
Alkekengi.
somnifera.
Solanum nigrum.
Atropa Belladonna.

J. G. Sturm sc.


Capsicum añuum.
Lycium barbarum.
Nolana prostrata.
Stramonium vulgatum.

J. G. Sturm sc.


Ceiba
pentandra.
a
b
c
d
e
f
f
g
h
i
K
Velaga
xylocarpa.
globosa.
a
b
c
d
e
F
a
b
c
D

J. G. Sturm sc.


Gossypium religiosum.
a
b
c
d
e
f
g
h
I
K
Convolvulus hederaceus.
a
b
c
d
e
F
f
G
Ipomoea bona nox.
a
b
c
d
E
F
Pentapetes phœnicea.
a
B
α
c
α
d
D
F
e
E
Sida triquetra.
a
B
C
d
D
E
F
Hibiscus Trionum.
a
b
c
C
E
c
d
G
F

J. G. Sturm fc.

Tab. CXXXV



J. G. Sturm sc.


Malva
Alcea.
syvestris
verticillata.
capensis. α
scabrosa.
capensis. β.
moschata.
Lavatera
thuringiaca.
arborea.
trimestris
Althæa
officinalis.
cannabina.
Napæa
dioica.

J. G. Sturm sc.

Tab. CXXXVII.



J. G. Sturm sc.

Tab. CXXXVIII.



J. G. Sturm sc.


Zalacca.
Calamus.
Rotang.
Licuala spinosa.
Heliconia alba.
Euterpe pisifera. β
Bactris minima
Ganitrus sphærica.
Hymenæa verrucosa.
Gelonium cupanioides


Nephelium lappaceum.
Bunium Bulbocastanum.
Cachrys odontalgica.
Ægopodium Podagraria.
Cimicifuga foetida.
Gyrinops Walla.
Schinus Molle.
Eriolithis. mirabilis.

J. G. Sturm sc.


Biſcutella auriculata.
apula.
Iberis umbellata.
Thlaſpi arvenſe.
Bursa paſtoris.
Clypeola Jonthlaspi.
Vella annua.
Peltaria alliacea.
Anaſtatica hierochuntica.
syriaca.
Draba verna.
Alyſſum calycinum.
Cakile Serapionis.
Rapiſtrum paniculatum.
Lepidium sativum.
Myagrum perfoliatum.

J. G. Sturm sc.


rediviva. Lunaria Ricotia.
Erucago. Bunias ægyptiaca.
spinosa. orientalis.
Crambe hispanica.
Coronopus Ruellii.
Pugionium cornutum.
Isatis tinctoria.

J. G. Sturm sc.

Tab. CXLIII.



J. G. Sturm fc.


Cæsalpinia Sappan.
vesicaria.
Arachis hypogæa.
Cercis Siliquastrum.
Aspalathus spinosus
Amorpha fruticosa

J. G. Sturm sc.

Tab. CXLV.


Hymenæa
Courbaril.
Robinia
Pseud-acaciæ.
Anthyllis tetraphylla.
Barba jovis.
Nissolia fruticosa.
Psoralea bituminosa.


Ceratonia Siliqua.
Tamarindus occidentalis.
Gleditschia triacantha.
Senna officinalis.

J. G. Sturm f.


Caſſia
Fiſtula.
α
β
a
b
c
d
e
f
g
H
h
I
K
L
Moringa
pterygosperma
a
d
c
e
f
g
h
a
b


Guilandina Bonduccella.
Crotalaria retusa.
Acacia virgata.
Indigofera sumatrana.
Onobrychis Cristagalli.
Glycyrrhiza echinata.

J. G. Sturm sc.

Tab. CXLIX.



Adenanthera pavonina.
Sophora
tomentosa.
australis.
Clitoria Ternatea.


Poinciana pulcherrima.
Phaseolus vulgaris.
Dolichos Lablab.
Lupinus varius.

J. G. Sturm fc.



pisiformis. Vicia nodosa.
biennis.
sativa.
hybrida.
Orobus niger.
Ervum Ervilia.
Abrus precatorius.
Cicer arietinum.
Genista candicans.
Ulex europaeus.

sativus. Lathyrus articulatus.
a
b
c
d
d
e
f
H
g
a
b
c
d
E
F
G
Pisum sativum.
a
b
c
d
e
F
G
Trigonella Foenugraecum.
a
b
c
d
E
F
spinosa.
a
a
b
c
C
D

J. G. Sturm fc.

Trifolium
clypeatum.
stellatum.
incarnatum.
glomeratum.
arvense.
spumosum.
resupinatum.
bengalense.
Melilotus.
polonica.
cœrulea.
indica.
cretica.
italica
Lotus siliquosus.
Securidaca legitima.
Spartium scoparium.

J. G. Sturm sc.

Tab. CLIV.


Astragalus
bœticus.
alopecuroides.
hamosus.
pentaglottis.
galegiformis.
Tragacantha.
Phaca alpina.
Colutea
arbo-rescens.
herbacea.
Biserrula Pelecinus.
Glycine bituminosa.
Ononis spinosa.
J. G. Sturm sc.

Coronilla valentina
Mimosa pudica.
Ornithopus scorpioides.
Scorpiurus vermiculata.
sulcata.
Medicago
falcata.
aculeata.
circinata.
hispida.
radiata.
coronata.
truncatula.
orbiculata.
marina.
scutellata.
intertexta.
Hedysarum
coronarium.
alpinum.
Æschynomene americana.

J. G. Sturm sc.

Cynometra *cauliflora.*

Pterocarpus *hemiptera.*

aptera.

Samadera *indica.*


Lapsana comunis.
Scolymus gymno= spermos.
angiospermos.
Rhagadiolus stellatus.
Arnoseris pusilla.
Cichorium Intybus.
Catananche lutea.
Zacintha verrucosa.

J.G. Sturm sc.



J.G. Sturm fc. Norimb.


Scorzonera
laciniata.
hispanica.
Seriola aethnensis.
Helmintia echioides.
Tragopogon
pratense.
picroides.
Dalechampii.
Picris pyrenaica.
Virea hastilis.
Achyrophorus

J. G. Sturm sc.


Tolpis barbata.
Hedypnois radiata.
Hyoseris cretica.
Geropogon glabrum.
Hypochoeris glabra.
Echinops sphaerocephalus.
Onobroma caeruleum.

J. G. Sturm f.



J. C. Bock sculp Norimb


personatus. Carduus leucographus.
Lappa major.
Silybum marianum.
cernuum.
Serratula cyanoides.
Cnicus benedictus.

Tab. CLXIII.



J. G. Sturm sc.



Artemisia *vulgaris.*
Ethulia *divaricata.*
Micropus *supinus.*
Carpesium *cernuum.*
Sphæranthus *indicus.*
Hippia *frutescens.*
Absinthium *vulgare.*
Iva *frutescens.*
Xanthium
strumarium.
orientale.
spinosum.
Ambrosia *trifida.*

J. G. Sturm sc.


Santolina chamaecyparissus.
Elephantopus scaber. spicatus.
Gnaphalium legitimu.
Tanacetum vulgare.
chrysanthemoides.
Cotula coronopifolia.
Evax umbellata.
Anacyclus valentinus.
Ageratum conizoid.
Sparganophorus Vaillantii.
Xeranthemum annuum.
Lonas inodora.
Athanasia crithmifol:

J G Sturm sc.

Cacalia
Kleinia. hastata.
Petasites albus.
Senecio vulgaris.
Eupatorium
purpureum. ageratoides.
Suprago glauca.
Conyza squarrosa.
Elichrysum
orientale.
Filago
germanica.
Baccharis
ivæfolia.
Anaxeton
foetidum.
Chrysocoma
Linosyris. villosa.
Tarchonanthus
camphoratus.

Liatris spicata.
Pteronia
camphorata.
oppositifolia.
Seriphium cinereum.
Argyrocome retorta.
Antennaria
dioica
Bidens
tripartita.
frondosa.
pilosa.
Stoebe æthiopica.
Spilanthus oleracea.

J.G. Sturm sc.


Bellis
perenis.
Matricaria
suaveolens.
Chrysanthemum
coronarium.
Calendula
arvensis.
officinalis
pluvialis.
Milleria quinqueflora.
biflora.
Osteospermum
moniliferum.
Eriocephalus racemosus.
Parthenium
integrifolium.
Achillea
Millefolium.
Chamaemelum
arvense.
Sigesbeckia
orientalis.

J. G. Sturm sc.

Pyrethrum
corymbiferum.
frutescens.
Eclopes viscida.
Phaëthusa americana.
Anthemis
Cota.
Buphthalmum
salicifolium.
aquaticum.
Eclipta erecta.
prostrata.
Helenia autumnalis.
Melampodium
americanum.
Baltimora recta.

J.G. Sturm sc.

Tab. CLXX.

I. L. Sturm fe.


Apuleja rigida.
Pectis linifolia.
Synedrella nodiflora.
Silphium terebinthinatum.
Tetragonotheca.
Verbesina alata.
Gorteria personata.
Aspidalis araneosa.
Coreopsis alternifolia.

J.G. Sturm sc. Norimb.

Arnica montana.
Gazania rigens.
Amellus lychnitis.
Senecillis glauca.
Doronicum Pardalianch:
Asteropterus Callicornia.
Pulicaria vulgaris.
Disparago ericoides.
Leysera paleacea.

J. G. Sturm sc.

Tab. CLXXIV.



J. G. Sturm sc.

Anthistiria ciliata.
Apluda mutica.
Ægilops ovata.
Manisuris granularis.

Manicaria saccifera.
d
e
F
g
G
h
i
k
K
l
α
c
f
J. G. Sturm sc.


normalis. Granadilla suberosa.
a b c d E G F f
a b c d H G f F E
Cupania americana.
a b c d e
Conocarpus erecta.
aa b c D H a c d E F G
Rothmañia. Gardenia Thunbergia.
a c d e E b
b a c d D
Petræa volubilis.
a c b D C e
Gesnera tomentosa.
a b c D e E

J. G. Sturm sc.

Tab. CLXXVIII.



J. G. Sturm sc.

Olax zeylanica.
Ficus religiosa.
Hemerocallis cordata.
Memecylum umbellatum. β.
Tetragonia cornuta.
Corchorus capsularis.
Nux vomica.
Strychnos
Titon-cote.
Ignatia amara.
Diospyros Hebenaster.

J. G. Sturm sc.


Terme.
Edokke.
Pite-heddija.
Giek.
Balangue.
Azadirachta.
Cucumeroides.
Hondala.
More.
Koon.
Sanguinaria.
Wal-tiedde.

J.G. Sturm sc.